


ΧΡΗΣΜΟΙ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΟΙ.

ORACULA SIBYLLINA.

EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES,
INSTITUTI REGII FRANCIÆ TYPOGRAPHI, VIA JACOB, 56.

ΧΡΗΣΜΟΙ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΟΙ.

ORACULA SIBYLLINA,

TEXTU AD CODICES MANUSCRIPTOS RECOGNITO,
MAIANIS SUPPLEMENTIS AUCTO;
CUM CASTALIONIS VERSIONE METRICA INNUMERIS PÆNE LOCIS
EMENDATA, ET, UBI OPUS FUIT, SUPPLETA;
COMMENTARIO PERPETUO, EXCURSIBUS ET INDICIBUS;

CURANTE C. ALEXANDRE.

VOLUMEN PRIUS.

PARISIIS,
APUD FIRMIN DIDOT FRATRES,
VIA JACOB, 56.

MDCCCXLI.

PRÆFATIO.

Sibyllina, quæ nunc edimus, oracula, ab antiquis Ecclesiæ patribus sæpe laudata, sæpe citata, sed deinde lapsu temporis et ævi medii situ pæne obliterata; postquam anno demum 1545 typis edita prodierunt, diu multumque controversiis hominum doctorum agitata; ubi tandem uno consensu in apocryphorum ordinem relata sunt, negligi rursus et obsolescere cœperunt.

Sed, nobis quidem judicibus, apocrypha quævis, modo antiqua, non tanto contemptu excipienda, imo gravissime consideranda sunt. Præterquam enim artis pretium idem prope habent quod genuini ætatis suæ fetus, multum etiam prosunt ad cognoscendas antiquitatis opiniones; tum vero præsertim, quum de rebus agitur ad religionem pertinentibus, quarum omnis fere doctrina versatur in perpendendis hominum, qui prius vixerunt, sententiis.

Atqui Sibyllinorum carminum maximam partem convenit nunc a primævis Christianis esse confictam, idque jam ante Justini martyris opera, in quibus frequens occurrit illorum mentio, quum necdum omnia constarent nascentis Ecclesiæ dogmata, et inter pullulantium sectarum altercationes ægre sibi viam moliretur christiana veritas. Quorum temporum eo minus aspernanda sunt monumenta etiam apocrypha, quod a primis Apostolorum prædicationibus ad prima Justini scripta, intra annos plus centum, si sacrum excipias novi Fœ-

deris instrumentum, et Barnabæ, Clementis, Ignatii, Polycarpi, paucas brevesque epistolas, quibus adde, si libet, Hermæ libros, nihil fere scriptum a Christianis reperias, quod non sit apocryphis accensendum.

Itaque non immerito doctissimus vir Thorlacius abalienatos jamdiu eruditorum animos rursus ad Sibyllina convertit, editis Hafniæ dissertationibus duabus annis 1815 et 1816, in quibus, quum de theologica illorum carminum materia potissimum ageret, quærendum prius habuit, quo tempore pars eorum quæque et a quibus scripta videretur. Sunt enim in Sibyllinis recentiora, sed, ut a nobis ostendetur, non tertio sæculo juniora. Sunt vero etiam multo antiquiora, siquidem, quod olim conjectaverat Is. Vossius, plene autem ac felicissime demonstraverunt viri duo eruditissimi, Bleekius quidem in Ephemeride theologica (*Theologische Zeitschrift*), Berol. 1819 et 1820; Gfrörerus autem in sua de Philone et Alexandrinis commentatione, Stuttgardiæ, 1831; Sibyllinorum nonnulla, inque iis tertii præsertim libri bona pars, duobus fere sæculis ipsum christianismum præcesserant, a Judæis Alexandrinis conficta, regnante Ptolemæo Philometore; quibus maxime temporibus Judæa gens ab Antiocho oppressa, Machabæorum virtutibus ad nova fata resurgebat. Atqui si bene attendis, clara illa Judæorum annalibus tempora, apud profanos non historiæ modo, sed et literarum monumentis pæne destituta sunt: quo minus fortasse legentium cura indigni habebuntur quingenti versus græci Alexandriæ facti inter clamosas grammaticorum disputationes et in summo poetarum silentio, ante Nicandrum Colophonium annis circiter viginti. Nec antiquitatis pretio carent ii etiam qui, primo aut secundo æræ nostræ sæculo scripti, Celso et Luciano innotuerunt. Quin et labentis poeseos græcæ vestigia tertio sæculo, circa Oppiani tempora, non sine aliqua voluptate relegentur.

Gratum igitur fore censuimus non theologis modo et philosophis circa rerum sacrarum origines occupatis, sed etiam philologis et antiquarum literarum curiosis, si novam editionem Sibyllinorum carminum adornaremus, quam jamdiu desiderabilem fecerat priorum raritas, prorsus vero necessariam addita nuper appendix quatuor librorum e doctis Italiæ thesauris erutorum ab eruditissimo et illarum rerum sagacissimo indagatore Angeo Maio, qui librum XIV ex Ambrosiana bibliotheca Mediolani edidit anno 1817, quatuor autem integros, XI-XIV, e Vaticana, Romæ, 1828.

Nos, ut plenam ab omni parte editionem proferremus, nihil neglеximus quod nostræ facultatis esset. Prius volumen octo primores libros exhibebit, veteres illos et jamdudum publici juris factos, sed nunc denuo ad optimorum codicum fidem emendatos, cum Castalionis versione metrica prorsus renovata, commentarioque perpetuo. Alterum volumen quatuor recens editos libros, simili cura adornatos; quibus addentur Excursus copiosi de Sibyllis et Sibyllinis, Indicesque rerum ac verborum plenissimi.

Cur vero in his carminibus vertendis orationem strictam solutæ prætulerimus, duæ fuerunt causæ; prior, quod nollemus Castalionis operam sane laudabilem perire; altera, quod experti comperissemus, in poemate satis mediocri, sententiis parum eminenti, pleonasmis diffuso, repetitionibus crebro, cujus si qua esset gratia tota fere numeris contineretur, non posse tolli numeros, quin opus ipsum penitus jaceret; ac nemini tolerabilem fore latinæ interpretationis lectionemabsque illo poetici lenocinii fuco, ne illis quidem qui græca parum curant, in latinis res potius quam verba quærunt, viris doctrinæ expeditæ cupidis, in quorum præcipue gratiam latina græcis addi solent.

Ceterum quid novi præstet editio nova, quid effece-

rimus aut effectum voluerimus, quibus denique adjumentis usi simus, plenius exponetur in Admonitione nostra ceterorum editorum præfationes brevi subsecutura. Restat ut debitum grati affectus testimonium offeramus clarissimis viris et in omni eruditionis genere principibus Letronne et Hase, qui nos sæpe consiliis, interdum libris, semper exemplis suis adjuverunt. Nec obliviscemur eruditi viri E. Miller officiosam comitatem, qua nobis codicum manuscriptorum, quibus servandis adjunctus est, reconditiores fontes aperuit. Etiam trans mare currat animus noster necesse est ad amicum doctissimum J. A. Cramer, Oxoniensis Academiæ publicum oratorem, de re literaria et theologica optime meritum Anecdotis suis Oxoniensibus Parisiensibusque et jam plena fere in Novum Testamentum catena, cujus eximii viri beneficio Bodleiana bibliotheca nobis tanquam privata et propria patuit. Et inter Vindobonenses philologos clarum non slavicæ modo, qua regnat, sed etiam græcæ et plurimæ literaturæ copia, insuper humanitatis laude commendabimus Cæsareæ bibliothecæ custodem B. Kopitar, qui a nobis per literas rogatus ut Antimachi codicem nostra causa conferendum curaret, ipse opus ingratum suscepit, tantaque diligentia perfecit, ut factam ab eo collationem pluris quam ipsum codicem æstimemus, quando et par fides, et accedit benevolentia.

BETULEII EPISTOLA NUNCUPATORIA

AD EDITIONEM PRINCIPEM.

Clarissimis Viris DD. Thomæ et Ambrosio Blaureris, germanis fratribus, alteri reipublicæ, alteri ecclesiæ Constantiensis præsidibus benemeritis, dominis suis colendissimis, Xystus Betuleius Augustanus S. D.

Meministis, viri sanctissimi, quantus philophilus noster Bonifacius Lycosthenes, felici memoria, extiterit, quamque polyphiliæ fuerit deditus. Tam fuit ille cœlestis illius doctoris præcepti studiosus, ut nihil prius charitate, nihil antiquius juvandi studio habuerit: neque ab hoc officio ulla ingratitudine fuit deterritus unquam, ita ut suis sæpe osoribus benefecerit ultro. Ille inquam philophilus, ille mirabilis amicitiarum conciliator, merito mihi, nisi ingratus esse velim, multis celebrandus est nominibus: sed hoc maxime, quod neminem, pie saltem doctum, ita solus amavit, aut coluit, quin me vel ex parte aliqua ab ea amicitia hærere voluerit. Sincerus profecto in illo homine candor, et singulare divinæ voluntatis studium. Qui cum nos, ut par erat, arctissimo amore complecteretur, se mihi hoc debere arbitratus est, ut per occasionem, quam hospitii jure habebat oblatissimam, mihi vestram conciliaret benevolentiam, quam hucusque plurimis erga me declarastis argumentis, ita ut absque ingratitudinis vitio facere non possim, quin meum erga vos studium, quo tacite vos hactenus colui, publica aliqua significatione declarem. Et licet hoc ingenii mei (quod exiguum admodum esse fateor) monumento non fiat: non ingratum tamen vobis fore arbitror, munus hoc, multorum seculorum vetustate sepultum, vestro sub nomine in lucem asseri. Non, inquam, admittere potui, ut quisquam mortalium Sibyllas tot seculis sepultas, hodie renasci prius resciscat, quam intellexerit, Xystum vestri nominis studiosissimum esse. Divina providentia factum arbitor, quod ex multis longe optimis ex veneranda vetustate erutis monumentis, hoc ceu primitiæ mihi

contigerunt. Nam cum Lactantii Firmiani, acerrimi illius facundissimique religionis Christianæ adversus gentes defensoris, libros de Divina institutione ad Constantinum Magnum scriptos, in schola mea juventuti enarrarem, et libri illi Sibyllinis testimoniis creberrimis essent conspersi, arbitrabar me non id quod in fabis se reperisse clamitant, nactum. Neque profecto me spes fefellit. Nam dum Lactantiana testimonia cum Sibyllinis χρησμοῖς confero, animadverto vanam eorum esse opinionem, qui credere non potuerunt, Sibyllas quicquam de Christo fuisse vaticinatas : cæteras forte ex anu Vergiliana, quæ Æneæ dux ad inferos fuisse a Poeta fingitur, mentientes. Sed rursus illorum sententia confirmatur optime, qui quartam ejusdem Maronis Eclogam de Christi adventu interpretantur, quum de aureo nascentis Christi seculo, de miraculis, de passione, de resurrectione tam certo prædixerint, ut major illis fides etiam de secundo adventu vaticinantibus, meo quidem judicio, sit habenda merito. Et si Roma saperet, sese primo quoque tempore ad pœnitentiam converteret, quæ iterato audit : ἔσται ῥώμη ῥύμη. Imo si toti orbi non læva mens esset, de alio vivendi genere cogitaret, diemque Domini magnum magnis expectationibus expectaret. Sic prorsus sentio, Deum totius universitatis opificem et administratorem æternam suam voluntatem, et totam illam fatorum seriem, præsertim ad salutem mortalium spectantem, sicut Israelitis per Prophetas, ita gentibus per Sibyllas ostendere voluisse, per idem numen fatidicum. Sibyllæ siquidem nomenclatio, si modo Lactantii expositioni credimus, consilium Dei significat. Quantum autoritatis Augustinus Sibyllinis tribuat oraculis, nemo Theologorum, in patrum modo monumentis versantium, est, qui nesciat, qui tamen præter Lactantiana, et Acrosticha illa, ut opinor, ex Sibyllinis vidit nihil. Non vendico illis propheticam majestatem, quam veneramur in Hebræorum prophetis, Esaia, Hieremia et aliis. Sed interim quorundam prophetarum voces clare expressas dissimulare non possumus. An non audimus Zachariam manifeste in his versiculis,

Αὐτὸς σοῦ βασιλεὺς ἐπιβὰς ἐπὶ πῶλον ἐσάγει,
Πρᾶος πᾶσι φανείς,

et quæ sequuntur? An non prorsus idem cum Osea dicit, hoc versu:

Καὶ θανάτου κέντρον, καὶ ὕστερον εἰς κρίσιν ἥξει, etc.

Quid quod eandem civitatem cœlestem describit, cujus ἔκφρασις speciosa in Apocalypsi legitur. Ergo gentes ad salutem olim vocandæ, non tantum lumen illud habuerunt, quo τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ ex creatione, et perenni illa visibili mundi administratione intelligere potuerunt. Misit benignissimus Deus et ad ipsas, suæ æternæ voluntatis interpretes, non furiosas, aut Apollinis alicujus dæmoniaco spiritu agitatas: sed quæ divini alicujus numinis afflatu, magnalia cunctipotentis Dei cecinere. Non inquam illis Enthusiasmus fuit furibundus, id quod vel ex Acrostichis animadvertere est, quibus, literis mystica serie positis, judicium Christi describitur accuratissime. Quæ cum cæca gentilitas intelligeret minime, pro insanis fuerunt habitæ. Non dubito quin futuri sint, qui his vaticiniis, licet multis in locis truncatis et mutilis, vel interpretatione, vel enarratione sint lumen aliquod illaturi: ad quod mihi nec ocii satis, nec eruditionis esse, facile agnosco. Conquisivi ex his ea quæ Lactantianæ, ut dixi, enarrationi inservire videbantur. Et cum omnino edendi hi χρησμοὶ viderentur, visus sum mihi lectoribus rem minime ingratam facere, si illas ipsas Lactantianas collationes adjicerem. Quicquid itaque illius est, sub vestro, viri clarissimi, patrocinio in lucem exire volui. Quare munus hoc æquo animo a vestro cultore suscipite, et Xystum vestrum solita benevolentia complecti pergite. Valete. Ex Augusta Vindelicorum, quarto Calendas Novemb. anni a Redemptoris nativitate 1544.

BETULEII EPISTOLA AD OPORINUM,

EDITIONIS PRINCIPIS ANNOTATIONIBUS PRÆFIXA.

Joanni Oporino suo Xystus Betuleius S.

Inter cæteros illos Græcos codices, Oporine charissime, non alius mihi meisque studiis commodior in præsenti erat, quam

Sibyllinus hic : eo quod Lactantio, quem juventuti nostræ in schola tum enarrabam, mirifice inservire videbatur. Nec fefellit me opinio. Nam Sibyllina testimonia, quæ iste autor plurima citat, exceptis pauculis, inveni omnia, mirabiliter multis in locis a scripto Sibyllino codice variantia : sed emendatiora et expeditiora plerumque. Sed, Deus bone, quanta lux alterutri ex alterutrius collatione affulget! Fidelissime siquidem mutuas tradunt operas. Invenimus etiam acrosticha illa ex Eusebio, quæ hactenus seorsim ab Aldo excusa, apud Augustinum olim translata circumferebantur. Invenimus item casu versiculum a Sozomeno iu Tripartita de cruce Domini citatum. Unde plurima fides huic Sibyllino volumini acquiritur. Adde quod exemplum scriptum nuspiam indicabat, cujusnam Sibyllæ quique versus essent : quod licet circumspectus lector facile subolfaciet, ex Lactantiana tamen collatione quilibet, si non in omnibus, in plerisque certe intelligere poterit. Quare visus sum mihi non parvam a piis lectoribus initurus gratiam, si collationem quam privatim propter Lactantianam enarrationem primum feceram, Sibyllinæ quoque editioni annecterem, suum interim cuique judicium relinquens. Neque tibi, cujus judicio plurimum tribuo, hoc nostrum consilium improbari arbitror. Ne autem margines quæ has annotatiunculas nostras vix capere videntur, delini-remus (sic), pauculas aliquot pagellas addere voluimus, et in marginibus Sibyllinis numerorum characteres ponere, qui velut indices, quæ Lactantiana vel Augustiniana libro Sibyllino respondent, indicarent. Admiscuimus his annotatiunculis, quæ in scripto codice passim fuerant adjecta. Hæc omnia pro tua industria et solertia, mi Oporine, ita dispones, ut lectoribus grata fore intellexeris. Vale.

BETULEII EADEM EPISTOLA

QUALIS IN EDITIONE CASTALIONIS LEGITUR.

Joanni Oporino suo Xystus Betuleius S.

Inter cæteros illos Græcos codices, Oporine charissime,

quos magnificus noster senatus nuper Venetiis emi curaverat, non alius mihi meisque studiis commodior in præsenti erat, quam Sibyllinus hic: eo quod Lactantio, quem juventuti nostræ in schola tum enarrabam, mirifice inservire videbatur. Nec fefellit me opinio. Nam Sibyllina testimonia, quæ iste autor plurima citat, exceptis pauculis, inveni omnia, mirabiliter multis in locis a scripto Sibyllino codice variantia : sed emendatiora et expeditiora plerumque, nonnunquam tamen impedita quoque magis. Sed, Deus bone, quanta lux alterutri ex alterutrius collatione affulget! Fidelissime siquidem mutuas tradunt operas. Invenimus etiam Acrosticha illa, quæ ex Eusebio hactenus seorsim ab Aldo excusa, apud Augustinum olim translata circumferebantur. Sed quia nunc Eusebiana historia integra superioribus annis Parisiis regia litera in lucem edita, et a Musculo compatre nostro nuper latinitate donata est, integram adjicere visum est : quanquam interpres in Acrostichide, Gyraldi quam sua versione uti maluit. Explicat autem Eusebius obiter quartam Virgilii Eglogam, sæpe a multis de Christo expositam, quam etiam Græce pius pater reddidit. Eam, inquam, rem totam adjiciendam censui, quæ Sibyllis nostris ut lucem multam adfert, sic mirifice cum hoc argumento congruit. Invenimus item casu versiculum a Sozomeno in Tripartita de cruce Domini citatum, quem in eadem quoque Lutetiana editione invenimus. Quid de Theophilo dicam, qui ducentis prope annis Lactantium superat? Hic operi Sibyllino ἀκεφάλῳ, jam postremo tantum non integrum caput reddidit : cæterum vulnera non Sibyllina modo, sed etiam Lactantiana curavit. Ex quibus plurima fides huic Sibyllino volumini acquiritur. Adde quod exemplum scriptum nuspiam indicabat, cujusnam Sibyllæ quique versus essent : quod licet circumspectus lector facile subolfaciet, ex Lactantiana tamen collatione quilibet, si non in omnibus, in plerisque certe intelligere poterit. Quare visus sum mihi non parvam a piis lectoribus initurus gratiam, si collationem quam privatim propter Lactantianam enarrationem primum feceram, tum etiam ex aliis quos dixi quæque suis annotaram locis, et Sibyllinæ quoque editioni annecterem, suum interim cuique judicium relinquens. Neque tibi cujus judicio plurimum tribuo hoc nostrum consilium improbari arbitror.

Ne autem margines, quæ has annotatiunculas nostras minime capere videntur, obliniremus (*sic*), pauculas aliquot pagellas addere voluimus, et in marginibus Sibyllinis numerorum characteres ponere, qui velut indices, quæ vel ex Lactantio vel ex aliis quos memoravi Sibyllinis respondent, indicarent. Admiscuimus his quæ ex Antimachi, quam mihi communicaras, collatione lacunas suppleverunt; librariorum errores, quos emendavit, omittentes : non ignorantes te pro tua solertia mendas e medio sublaturum. Inseruimus item inter annotatiunculas, quæ in scripto codice passim fuerant in margine adjecta. Hæc omnia pro tua industria, mi Oporine, ita dispones, ut lectoribus grata fore intellexeris. Vale.

BETULEII PRÆFATIO

AD EDITIONEM ALTERAM A SE PRÆPARATAM.

Ad candidum lectorem Xystus Betuleius.

Video quosdam non levis autoritatis viros, qui videntur, quicquid de Sibyllis memoratur, ceu fabulam ex vetustate petitam judicare : necdum illis satis fieri vel a Castalione, viro doctissimo, atque de re literaria, maxime pia, optime merito, qui evidentibus probationibus edocuit, vere hæc esse et germana Sibyllina : neque moventur tot doctissimorum utriusque linguæ theologorum consensu, quibus post Apostolorum tempora acerrimum adversum obstinatas gentes certamen fuit : quibus, suo ipsos gladio jugulantes, ut Orphica, ita Sibyllina objiciunt: ex quorum monumentis nos, collatione cum nostris fragmentis facta, annotatiunculas nostras consuimus. Quorum potissimi ex Græcis sunt, Theophilus, Clemens, atque ipse adeo Eusebius: ex Latinis Lactantius noster, et cui maxima fides passim habetur, Augustinus. Non ignorant illi admiratores, historiam de libris illis vel novem, vel tribus (variant enim scriptores) quos anus Tarquinio vendiderat : non ignorant horum curam duumviris mandatam, et ad Syllæ usque tempora, quibus incendio absumpti fuerunt, nunc a decemviris, nunc a quindecimviris

sacrorum (quos, opinor, ob idipsum Σιβυλλιστὰς Plutarchus in Mario nominasse videtur) fuisse curatos. Non ignorant, ad eos tanquam ad certum oraculum Romanos veteres in rebus dubiis accessisse. Hinc, opinor, arbitrantur, ex illo Syllano incendio eos ita fuisse obliteratos, ut ne iota quidem amplius supersit. Sed non cogitant homines illi, Romanorum Sibyllinos latine scriptos fuisse, cum hi nostri Græci sint: ignorantes fortassis, postea Gabinium, M. Octacilium, et L. Valerium, ex consulto senatus Erythras profectos, mille versus Erythrææ summa cura conquisitos, in sacrario collocasse. Ignorantes fortassis etiam, quod Augustus incenso tempore belli socialis Capitolio, sacerdotibus negotium dederit, ut per omnem Samum, Ilium, Erythras, Africam, Siciliam et Italiam, conquirerent omnia Sibyllæ carmina: et quantum fieri posset, vera discerni et interpretari jussit. Certum est, Ciceronem (ex 2. de Divinatione) Sibyllina vidisse, atque adeo ipsam Acrostichidem: sive in Asia viderit, sive domi, nil refert. Quid igitur prohibet, quin illa ipsa sæpius descripta, tandem ad posteros sint transmissa? nec dubito, quin Orphica quoque alicubi lateant: si quis modo sit, qui illa lectori philologo communicet: cujusmodi multa etiam apud Clementem, Eusebium et alios inserta leguntur. Nec mihi fraudi esse volo, ista evulgasse: non hoc crede est cornicum oculos configere. Nec vereor, nostros homines tam ingratos, ut ab iis idem expectem supplicium, quo Tarquinius tyrannus M. Aquilium (sic enim legendum censeo) misere affecit: quem culeo insutum ceu parricidam in mare projecit, quod Petronio cuidam describendos dedisset. Imo ego spero grates a mortalibus non exiguas, et nunquam intermorituras: qui Oporino, solertissimo bonorum librorum judici, in usum rei literariæ describendos communicavi. Vale. Augustæ, mense Januarii, anno 1551.

CASTALIONIS EPISTOLA NUNCUPATORIA

AD EDITIONEM SUAM LATINAM, ANNI 1546.

Sebastianus Castalio, Mauro Musæo, Francisci Galliæ regis apud Helvetios legato S. D.

Moses ille divinus Hebræorum legislator, rationem nobis, Maure Musæe, tradidit, qua veros vates a falsis dijudicare possimus. Si quis enim apud vos, inquit, aut vates extiterit, aut somniator, qui vobis signum aliquod aut prodigium edat, idque signum aut prodigium vobis ab illo prædictum evenerit: et tamen idem vos cohortetur ad deos alienos nobisque ignotos, sequendos colendosque, nolitote illius aut vatis orationi, aut somniatoris obtemperare somnio. Tentat enim vos Iova Deus vester, ut discat an se toto pectore, totoque animo ametis. Ex his Mosis verbis perspicuum fit, eum qui et futura prædicat, et Deum colere, atque a falsorum deorum cultu abhorrere doceat, verum, afflatumque divinitus esse vatem. Quod si ea est Sibylla (cujus hæc nos oracula tractamus) ut et cum de cæteris omnibus fere rebus, tum de Christo (ad quem oracula omnia referri debent) ea prædixerit, quæ mirabiliter ad rem cecidere: et eadem Deum unum colere docuerit: dubitari profecto non potest, quin ea vere vates sit. Sed sunt nonnulli, quibus hæc oracula nimis aperta videantur: ideoque ficta putent ab aliquo Christiano, ad pelliciendos gentiles ad Christum, et a Christianis gratificandum. Alii, qui quamvis vera esse fateantur, negent tamen his egere Christianos, satis ad Christi cognitionem scriptis Hebræorum munitos. Contra quos mihi dicendum existimo. Igitur qui nimis aperta putant, faciunt arroganter sane, qui Deo vaticinandi modum præscribant: quasi non ei liberum sit, aperte, obscure, apud gentes, apud Judæos, futura suo arbitratu prædicere: aut quasi non extent in sacris quoque literis prædictiones quædam clarissimæ: ut illius qui dicit fore quendam de stirpe Davidis, nomine Iosiam, qui sit ad aram Bethelensem sacerdotes ipsos immolaturus: ut Esaiæ, qui Cyrum multis ante annis nominavit, quam natus est Cyrus: ut Danielis, qui mundi imperia sic descripsit, ut ex re gesta oraculum sumpsisse videri possit: et cætera hujusmodi, quæ sunt plurima. Sed fateamur sane, Sibyllina oracula esse clariora. Nonne quæ de Christo gentilibus prædicta sunt, ea clariora esse oportuit, quod Mose, et cætera disciplina carebant, quæ eis ad Christi lumen quasi præluceret: ut quod hic deerat, id oraculorum perspicuitate compensaretur? Accedit eo, quod (quemadmodum patet ex Esaia) voluit Deus Judæis obscurio-

rem esse Christi adventum, ut in eum sævirent, atque ita suæ pertinaciæ pœnas darent, quod idem de gentilibus dicere non licet. Quanquam non debemus hæc oracula ex ea quæ nunc est, luce existimare. Nam quæ nobis post res gestas notissima sunt, ea cum futura prædicerentur, erant obscurissima. Maria, Gabriel, Bethleem, cum nominantur, omnes quid sit intelligunt. At cum hæc tot ante sæculis in Græcia a Sibylla dicerentur, quis posset conjicere, quid ea sibi vellent? Adde quod Deus, qui fuit horum tam clarorum autor oraculorum, idem voluit etiam ea multis latere sæculis, nec in vulgi venire manus, sed a paucissimis legi: quod perinde fuit, ac si essent obscurissima. Quanquam hæc perspicuitas eo valet, ut vera esse, non falsa appareat. Nam si quis ea finxisset, profecto obscuriora de industria fecisset, ut ante rem gestam scripta, et his similia viderentur quæ sunt in literis sacris. Quod si hæc ficta sunt, quando tandem ficta sunt? Ante Christi tempora? an post? Si ante, vera sunt oracula. Post ficta esse quî possunt? cum multis autorum testimoniis constet, ea Romæ asservata esse usque a Tarquinii Prisci temporibus? semperque Romanos magnis in rebus solitos adire libros Sibyllinos? At dicet aliquis, in eis oracula fuisse de Romanis: sed de Christo non item. O tergiversationem! Cur minus enim de Christo, quam de Romanis? cujus imperium et majus est, et in florentissima Romanorum tempora incidit. Quid si validis testimoniis planum facio, illic oracula fuisse de Christo? Est apud Ciceronem in secundo de Divinatione libro, disputatio de carmine Sibyllino, in qua mentio fit de rege appellando, et de illa Acrostichide: quem locum in annotationibus paulo copiosius explicaturi sumus. Atqui extat Acrostichis, in qua est, JESUS CHRISTUS DEI FILIUS SERVATOR, qui in eadem rex appellatur: de qua loqui mihi videtur Cicero. Quid de Virgilio dicam? qui Eclogam quartam sumpsit ex carmine Cumææ Sibyllæ (testatur enim se ea dicere de ultima Cumæi carminis ætate) quæ Sibylla fuisse videtur eadem quæ et Erythræa et Persica dicta est, quemadmodum sumus in annotationibus ostensuri: cujus sunt ea quæ hic in manibus habemus oracula. Atqui in ea Ecloga, ea dicuntur, quæ non nisi de Christo dici possunt. An videlicet ea dicebat Virgilius, de nescio quo Pollionis filio, quæ ne de Cæsare quidem

(quantumvis assentando) dicere auderet? præsertim cum Pollionis filium nusquam nominet? neque felicitatem illam Pollione patre venturam dicat, sed consule? Sed esto sane, dixerit illa de Pollionis filio : nesciebat enim de quo scripta essent. At Sibylla de Christo dixerat, quemadmodum nunc editis his oraculis patet, in quibus videre licet (si quis diligenter legat) quid ex quoque loco sumpserit Virgilius. Ex quo perspicuum fit, ante Christi ætatem fuisse Romæ de ipso oracula. Quæ cum ita sint, non video quodnam supersit istis effugium, nisi si hoc dicent: fuisse quidem Romæ vera de Christo oracula Sibyllæ, sed ea intercidisse : hæc autem, quæ modo prodierunt, esse suppositicia. Utrum tandem facilius fuit, fingere quæ non extarent? an invenire quæ extarent? Aut si hæc subditicia sunt, cur non idem de sacris omnibus profanisque literis dicitur? an est enim in illis omnibus quicquam magis sui autoris proprium, quam hic omnia Sibyllæ congruunt? At serius prodierunt Sibyllæ. Credo: et quidem quotidie veteres publicantur libri, quos non ideo fictos dicimus, quod diutius latuerunt. Adeone vero facile est tale quid ita fingere, ut nusquam appareat fucus? Age, interciderunt multi tum Græcorum, tum Latinorum autorum libri. Fingant omnes docti aliquem illorum, si possunt, et autores mentiantur antiquos. Scribant Menandri comœdias, aut Ciceronis de Republica libros, aut aliquid tale, quod pro vetere emittant. Dicam amplius. Convertit in Latinum sermonem Cicero duas orationes Græcas, Æschinis et Demosthenis : quæ versio interiit, Græcis adhuc extantibus. Convertant eas iterum, si possunt, ita, ut ipsius Ciceronis interpretatio esse videatur. Quod si non modo hoc, sed nec locos in Ciceronis operibus depravatos probabiliter emendare, aut supplere possunt, cum tamen tot homines docti tam diu in eam rem summis studiis elaborent : quid fieri posse censemus in oraculis Sibyllæ? in quibus etiam intelligendis multum sudandum nobis est? quorum ea majestas orationis atque ornatus est, ut etiam si res in promptu foret, tamen vix inveniri posset, qui orationem tam feliciter componeret : rursum tanta rerum diversitas, copia, in nonnullis etiam obscuritas est, ut si nullus eloquendi labor sit, nemo tamen tam multa discere, et ea sic effari possit, ut non appareat facile mendacium. Oportet enim eum qui hoc præsta-

turus sit, omnia didicisse, omnesque autores, qui de Sibyllis aliquid dixerunt, diligenter evolvisse, ut probabiliter mentiri possit : adeo ut non paulo facilius esse ducam vaticinari, quam talia fingere. Præterea cur hic tam multi sunt depravati loci? tam multi ex quibus nulla potest elici sententia? tam multi mutilati, perturbati, confusi? quæ omnia sunt corrupti vetustate libri argumenta. Cur etiam quæ a Lactantio et Theophilo citantur, alicubi aliter hic quam apud illos leguntur? Cur qui finxit, non illinc sumpsit, quæ inde peti poterant? An hoc fecit, ut nobis suum probaret mendacium? Potestne mendacium probabilius esse, quam verum? O magna vis veritatis. Potestne aliquid esse in veris oraculis, quod non sit in his? Quod si est, aut hæc vera esse fateamur, aut omnia quæ usquam sunt scripta, in dubium vocemus. Quando autem post Lactantium fingi potuerunt? nam ante Lactantium ficta nemo dicet, cum ea ille Romæ legerit, ubi admitti ficta nunquam potuissent. Ficta sunt credo, per illa tam barbara sæcula, quibus Græcæ linguæ elementa novisse pro miraculo habebatur : cum ea si fingi potuissent, non nisi a doctissimo potuissent. Quid igitur? An ficta sunt paulo supra nostram ætatem? cum literæ in Italia a Valla Sipontino, Politiano, Pico, Gaza et cæteris excitatæ sunt? Cur non statim edebantur? cur nunc demum prodierunt? Quid si planum facio testibus fide dignis, vetusta esse hæc? an dicent testes esse falsos? Sed refellant eos, si possunt : ego tamen citabo. Volo enim ut intelligant homines, undenam hæc oracula prodierint, et ubi manuscripta extent. Nam et ipse principio hoc scire cupii, et in non paucos incidi qui eadem interrogarent. Igitur cum super hac re scripsissem ad Xystum Betuleium, qui apud Augustam Vindelicorum bonas literas docet, cujusque opera pervenit Sibyllæ Græcum exemplar ad Joannem Oporinum, a quo impressum est, rescripsit ille mihi in hæc verba: «Quæris ubi nactus sim exemplum? Nactus sum in biblio-« theca nostra, inter libros nuper a magistratu nostro Venetiis a « Græco quodam emptos. Archetypus (unde sedulo transcribi « curavi) recens est : eleganter quidem et splendide, sed (ut « vides) parum orthographice scriptus. Nam contuli religiose : « nolui tamen quicquam in his temere agere. Sed malui vel « mendosum in lucem edere, et medicis submittere manibus,

« quam committere ut diutius lateat.» Hæc ille. Præterea est Ferrariæ in Italia M. Antonius Antimachus, vir raræ doctrinæ, qui vetus habet exemplar : quod cum hoc, quod ab Oporino excusum est, contulit, et emendationem (nam multos locos ex collatione correxit) Oporino misit : qua ego in transferendo usus sum. Habet et aliud exemplar (sicuti nos ex amico quodam fidelissimo intelleximus) quidam nomine Ranconetus in Gallia : qui tibi, Maure Musæe, notus est : qui vellem imitaretur Antimachum, impressumque exemplar cum suo conferret, et Oporino mitteret emendationem. Atque hos ego testes fide dignos ex tribus diversis terrarum regionibus produco, eosque (ut spero) adhuc viventes : quos, si mentirer, mei mendacii testes adhibere neque possem, neque vellem. Et fortasse noluerint se nominari. Sed quemadmodum si litigarem, eis testimonium denunciarem, quibus nota res esset : ita hic eorum uti testimonio non dubitavi, præsertim in re non parva. Jam vero qui negant opus esse Sibyllinis, quoniam extent hebraica, inepte faciunt. Quid enim tam absurdum est, quam in philosophia, in grammaticis, in arte dicendi, in poetica, nulla posse librorum multitudine satiari : in oraculis de Servatore nostro, tam cito nauseare? Ego vero et Balaami, et Sibyllarum, et Josephi de Christo testimoniis non mediocriter delector, putoque his non solum Christianos confirmari, sed etiam externos allici posse, atque convinci, tanquam productis ex ipsorum intimo penetrali testibus. Hæc igitur oracula Sibyllæ (quæ sicuti satis ostendimus, et sicut omnes æqui judices facile confitebuntur, vera sunt) a nobis in Latinum sermonem conversa, tibi optime Maure, dedicare visum est, cum ob tuam singularem erga omnes pios et literatos, et erga me benevolentiam et liberalitatem : tum quia hoc studiorum genus non solum foves, sed tractas et ipse non infeliciter. Secutus sum autem eam in vertendo rationem, ut sententiæ nihil neque adderem, neque detraherem : adeo ut si oratione soluta vertissem, magis sententiam exprimere vix potuerim. Memineram enim, si verbis ludendum est, alibi ludere fas esse : in hoc quidem scripti genere, ut sacro, religiose incedendum esse. Itaque malui alicubi durior esse, quam verbis longius efferri. Sed scito, in hoc libro (sicut in tam veteri, totque sæculis abdito fuit, accidere necesse)

multos esse locos corruptos, multos mutilos, multos confusos et perturbatos, adeo ut in vertendo plerunque non haberem quod sequerer, videreque mihi vere Sibyllæ folia tractare. Igitur quos potui locos emendavi : fuerunt autem non pauci, qui, cum iterum græce edentur, Deo volente, ostendentur. Quos autem corrigere non potui, hos, si quo constabant verborum ordine grammatico, pene ad verbum verti : ideoque durius, ut libera sit in latino quoque conjectura. Confusa et obscura, sicut erant, reliqui. In quibus autem neque verba neque sententiæ constabant, ea aut oratione soluta reddidi ad verbum : aut etiam græca reliqui, donec emendatius inveniatur exemplar : quemadmodum qui in nocte ambulant, suspendunt gressum, donec viam exorta luce videant. Ergo inter legendum cum ea occurrent, quæ non intelligentur : aut cum ea legentur, in quibus tibi a gallo ad asinum (ut habet Gallicum proverbium) salire videaris, noli in me culpam rejicere, qui interpres cum sim, ea reddo quæ scripta sunt, et quæ possunt intelligi : sed in vetustatem, quæ, juvante barbarie, corrumpit omnia. Verum fingito, ea sola quæ incorrupta sunt (quæ sane et plurima sunt, et optima) hic inesse : et his ea compensato, quæ sunt vitiata : ita fiet ut nihil habeas nisi integrum. Cæterum de genere Sibyllæ (nam et hoc fortassis expectes) cognosces ipse in ea legenda, et nos in Annotationibus nonnihil dicemus. Scripsimus enim Annotationes, quibus nonnullos locos aperiremus : quæ si videbuntur jejuniores, et pauciores, memineris nos neque ea quæ facilia sunt, debuisse : neque ea quæ non intelligimus, explicare potuisse. Interea boni consule hoc, et tuæ erga me beneficentiæ, et meæ erga te benevolentiæ monimentum : et hoc cœlestium Musarum studium, ut ingenio et nomine tuo dignum est (Musæus enim vocaris) fovere et defendere persevera. Vale.

Basileæ, mense Maio : Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

CASTALIONIS PRÆFATIO

AD EDITIONEM SUAM GRÆCO-LATINAM, ANNI 1555.

Contulit Marcus Antimachus primam editionem Oporini cum exemplari suo manuscripto, et inde multa emendavit, atque Oporino misit. Hinc nos in hac secunda editione correximus, quæ certe corrigenda vidimus. Quod sicubi dubitari poterat, utra lectio verior esset : utramque reliquimus, et Antimachianam in margine literis *Al.* quæ indicent alibi sic legi, indicavimus. Atque eodem modo ex Theophilo et Justino Martyre et Clemente Alexandrino (qui citant alicubi Sibyllina) paucis locis fecimus. Ipsi præterea quæ manifesta errata deprehendimus, plurima correximus, et multis in locis perturbatum ordinem verborum in integrum restituimus, cujusmodi est versus ille in libro primo [1] :

Ἐξ ὅθεν πρωτόπλαστος γένετ' ἀνὴρ, οὔνομα δ' αὐτῇ,

quem nos sic restituimus :

Ἐξ οὗ πρωτόπλαστος ἀνὴρ γένετ', οὔνομα δ' αὐτῇ.

Et duabus pag. post hunc locum[2] , sic legebatur :

Δείξει γὰρ αἰώνιον ζωὴν ἀνθρώποισιν,

cum versus ratio postulet,

Δείξει γὰρ ζωὴν αἰώνιον ἀνθρώποισιν.

Ubi vero dubitavimus, lectionem quamvis vitiosam non mutavimus : sed conjecturas nostras in margine posuimus, signatas litera *F.* qua ostendatur, fortassis ita legendum esse. Et quidem id sæpe fecimus, etiam in iis locis, in quibus conjectura propemodum certa erat : ut Lectori integrum judicium relinqueremus. Cætera quæ sunt in margine, non sunt Sibyllarum, sed a nobis adjecta, ut essent indicia locorum. De Xysti Annotationibus ea delevimus, quæ in margine posuimus, ne bis eadem ponerentur.

1. Ed nostr. p. 50, lib. 1, v. 285.
2. Ed. nostr. p. 56, lib. 1, v. 349.

EDITORUM PARISIENSIUM

EPISTOLA NUNCUPATORIA AD OPSOPOEI EDITIONEM.

Clarissimo viro Jacobo August. Thuano Aimerio, sanctioris Consistorii Consiliario, et supremi Galliarum Senatus integerrimo Præsidi, Societas Typographica Parisiensis S. D.

Nemo est qui nesciat (Vir clarissime) quantis bellorum fluctibus et procellis hactenus agitatum fuerit hoc quondam florentissimum Galliæ regnum, quamque miserabiliter afflicta hæc urbs, et intestinis malis quassata formam plane pristinam amiserit. Unde accidit, ut Parisiensis Academia, quæ olim cæteris tanquam fax clarissima præfulgebat, diu oppressa infelix jacuerit, atque in deterrimum statum omnibusque miserandam conditionem adducta sit, ita ut eam pene extinctam diceres. Verum tandem aliquando Dei Opt. Max. benignitate singulari, strenuaque augustissimi et invictissimi principis Henrici IV opera et admirabili virtute effectum est, ut præter spem isti bellorum æstus et tempestates conquieverint, et nobis nihil tale sperare audentibus lætissimæ pacis sol affulserit. Quo felici rerum eventu maximopere recreati sunt boni omnes, et extemplo tristem præteritorum temporum et malorum memoriam abjecerunt, confestimque omne suum studium curamque omnem in eo collocarunt, ut huic amplissimæ civitati, quam civiles discordiæ paucorum annorum curriculo pene perdiderant, pristinus splendor quamprimum restitueretur. Et quoniam, ut quodam loco scribit Cicero, nullum munus reipub. afferre majus meliusve possumus, quam si doceamus atque erudiamus juventutem, iis præsertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrænanda atque coercenda sit : ideoque Rex Christianissimus prudentissime statuit e Consilii sui sententia, ut in hac urbe scholæ et gymnasia instaurarentur, et Academia ad legitimum germanæ formæ exemplum reformaretur. Cui rei tam necessariæ exequendæ, viros aliquot præstantes, omnique laude insignes, teque inter cæteros, Præses integer-

rime, delegit, quibus hæc provincia demandaretur. At vero id jam præstitistis, ut in plerisque gymnasiis disciplinæ cujusque certi doctores, artium professioni suæ commissarum prælectiones et exercitationes via et tempore definitas, officio, fide et diligentia tueantur. Quæ res facit, ut nos spes teneat optima, brevi hanc Academiam, quantum detrimenti, incommodi et calamitatis a civili bello tulit, tantos a virtute et industria vestra, atque adeo majores fructus, Deo annuente, esse percepturam. Et sane studiosi omnes huic eximio operi perficiendo omne studium, omnesque vigilias, et labores suos addicunt : et ne quid hac in re a nobis desideraretur, qui libris excudendis, et evulgandis jamdudum operam damus, nuper inter nos Societatem Typographicam ante decennium initam et inchoatam, sed bellorum turbine dissolutam renovavimus, et dissipatam redintegravimus, nobisque est animus in posterum, rei literariæ, quantum in nobis situm erit, prodessse, et eo omnes nostras curas et facultates conferre. Utque hujusce nostri instituti et consilii specimen aliquod ederemus, librum hunc Sibyllinorum oraculorum titulo insignem, a Joan. Opsopœo viro eruditissimo undequaque collectum et notis illustratum typis mandari curavimus, eumque tibi nunc inscribimus et nuncupamus. Multæ nos impellunt causæ, ut hæ laborum nostrorum primitiæ sub augusti nominis tui splendore edantur et appareant, quarum duas hic recensere satis erit. Primum, quia omnibus iis artibus et disciplinis ornatus, et scientiis abunde instructus es a teneris annis, quæ liberales vocantur, et unus optime nosti non Latina tantum, sed etiam Græciæ monumenta omnia, quod cumulatissime libri a te conscripti testantur, et nunc arcem tenes omnis doctrinæ et eruditionis ; unde maximo tuo merito ab augustissimo Principe tibi potissimum cura est commissa restituendæ Academiæ. Altera ratio est, quia tu Opsopœum ipsum, dum viveret, ut et literatos omnes, singulari benevolentia es prosecutus, eique Procopii codicem græcum legendum dedisti, quo in hoc libro concinnando se esse usum profitetur, et ea de causa librum hunc tanquam aliqua ex parte tuum jure potes vindicare. Superest, Vir ornatissime, ut pro eximia tua humanitate munus hoc nostrum qualecumque libenter

accipias, et grati in te animi specimen boni consulas, ac demum utilitatis publicæ studium probes, et ea, qua erga invictissimum Regem vales, auctoritate efficias : ut is secundum Deum nostris conatibus adsit propitius, et beneficia seu privilegia, quæ nobis a cæteris Regibus jampridem concessa sunt, sarta tecta esse jubeat. Bene vale. Lutetiæ Parisiorum, Idib. Septembr. anno a Christo nato quingentesimo nonagesimo nono supra millesimum.

JOANNIS OPSOPOEI

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Fuisse fœminas fatidicas, quas Chaldæi Sambethas, Græci et Latini Æolico more Sibyllas appellarunt, adeo certum est, ut nullus in dubium vocare possit aut debeat. Sed quot fuerint, quæ singularum patria sit, qui parentes, quæ nomina, quæ ætas, quæ oracula, plane incertum est et controversum, ut facile colligitur e sequenti Onuphrii libello, et ex testimoniis Græcorum et Latinorum auctorum in unam synopsin in hac editione collatis. In quibus quoniam quæcumque de Sibyllis dici poterant, sub suis auctoribus consignantur, ampliore enarratione supersedebo. Nunc tantum, quod ad rem præsentem attinet, duo capita inquiram in hujus libri vestibulo, et lectori dijudicanda proponam. I. an oraculorum istorum Sibyllarum nomine publicatorum, et octo libris comprehensorum, Sibyllæ sint auctores. II. an omnia sint unius Sibyllæ, an vero plurium. Novi equidem me in multorum reprehensionem incursurum, quod rem certam et omnibus confessam convellere, et incertam facere ausim. Sed ii mihi, ut spero, æquiores erunt, ubi quas habeam dubitandi causas perspexerint. Hactenus libri isti de quibus quæstionem instituti, communi fere omnium hominum consensu Sibyllis adscripti, et pro veris Sibyllarum oraculis habiti sunt, propter crebra testimonia, quæ passim ex illis apud antiquos Ecclesiæ scriptores, Justinum Martyrem, Theophilum Antioche-

num, Athenagoram, Clementem Alexandrinum, Firmianum Lactantium, et alios contra gentiles citata leguntur. A quo consensu recedere nefas duxissem, nisi tempus, ordo, dictio, et res ipsæ horum oraculorum auctoritatem elevare viderentur. Nam si ætatem Sibyllarum qua vixerunt, consideremus, et Justino Martyri, Tatiano, Clementi Alexan. Eusebio, cæteris denique ecclesiasticis scriptoribus credimus, nulla Sibylla Mose prior fuit. Quomodo ergo nostra Sibylla lib. 3. pag. 236[1], de Mose vaticinari, quomodo diluvium prædicere, quomodo pag. 183. [2] una cum Noe in arca esse potuit? ait enim se cum suo marito, cum socero et socru, cum leviribus et glossibus in undis tempore diluvii fuisse jactatam : quod ipsum auditu insolens, et anemine hactenus proditum est. Sin Sibyllæ plus quam illis credimus, oracula hæc conscripta sunt mille quingentis annis post Græcorum imperium, ut patet ex pag. 261 [3]. Incertum quidem est, quodnam Græci imperii initium statuat Sibylla : sed undecunque illud sumatur, sive ab Argivorum, sive a Sicyoniorum, sive ab Atheniensium regno : de Mose, de regno Solomonis, de imperio Macedonico, de quatuor monarchiis vana Sibyllæ vaticinia erunt, utpote post res gestas prolata. Quod si post Mosem demum Græcorum regnum cœpit, versibus istis multo minus auctoritas sua constabit. Nam ab exitu Mosis ex Ægypto usque ad ultimam politiæ Judaicæ destructionem sub Vespasiano, numerantur mille quingenti octuaginta duo anni. Et certe ut plurima ex istis oraculis post Christum conscripta esse credam, triplici causa moveor. Una, quia lib. 5. pag.332, [4] asserit Sibylla se alterum incendium ædis Vestalis vidisse. Hoc autem, teste Eusebio in Chronicis, contigit anno Dom. CXCIX. sub Imperatore Commodo : quo non modo ipsa Vestæ ædes, sed etiam palatium et plurima urbis pars solo coæquata sunt. Nam primum incendium fuit Olympiad. CXXXIV. Altera, quia circa Antonini Pii et Commodi tempora innotescere, in vulgus efferri, et a scriptoribus ejus ætatis citari cœperunt ista vaticinia Sibyllina antea

1. Editionis nostræ, p. 114, lib. III, v. 252, sqq.
2. Ed. nostr. p. 50, lib. I, v 289, sq.
3. Ed. nostr. p. 140, lib. IV, v. 551, sqq.
4. Ed. nostr. p. 218, lib. V, v. 397, sqq.

ignota, nec ab ullo quem sciam adducta. Eo autem magis in hac opinione confirmor, quod ultra Commodum non extendantur, quippe post Adrianum tres Imperatores (id est, Antoninum Pium, Anton. Philosophum, et Commodum) regnaturos lib. 5. pag. 304. [1] et lib. 8. pag. 367. [2] et tunc tempora finem habitura esse scribitur. Tertia, quia video opiniones nonnullas post Christum demum a Christianis excogitatas, hisce libris insertas esse. Impios post aliquot sæcula ex æterno supplicio liberatum iri, sententia est Origenis, ut docet August. lib. 21. de civit. Dei cap. 17. et Neronem in vigore ætatis subtractum et occultatum suo tempore revelatum iri et Antichristum fore, suspicio fuit nonnullorum orta ex dicto Pauli ad Thessal. « Mysterium iniquitatis jam operatur », ut idem August. tradit lib. 20. de civit. Dei cap. 29. Atqui prior extat pag. 212. [3] et reprehenditur in Græco quodam scholio oræ vet. codicis apposito, quod infra in notis retuli : posterior passim inculcatur, ubi de Nerone mentio fit, quemadmodum notatum est ad pag. 368. [4] Unde non levis suspicio me tenet, oracula ista a quodam opinionibus illis imbuto potius quam a Sibylla concinnata fuisse. Hæc de tempore. Sed et ordo ipse multum Sibyllinis libris detrahere videtur. Sibyllæ carmina, ut Justinus refert, sunt inconcinna, obscura, mutila, ne ab ipsa quidem intellecta, quia cum furore quodam effusa : ita ut proverbio locum dederint, quo rem perplexam, foliis Sibyllæ obscuriorem esse dicimus. At nostri libri Sibyllini, etsi metri ratio interdum claudicet, fere perpetuum rerum ordinem servant; in primo de mundi creatione et ætatibus, de Noe, de diluvio, ea serie qua in Genesi : in tertio de Saturno et Titanibus, de Mose, de lege, de Babylonica captivitate : in quarto de quatuor monarchiis : in quinto de rebus gestis xv. Imperatorum integræ historiæ contexuntur : ita concinne denique et perspicue omnia referuntur, ut historiæ potius quam oraculi, animi sedati potius quam furoris, perspicuitatis potius quam obscuritatis indicia de se præbeant. His consentit

1. Ed. nostr. p. 186, lib. V, v. 51.
2. Ed. nostr. p. 258, lib. VIII, v. 65, sqq.
3. Ed. nostr. p. 88, lib. II, v. 331, sqq.
4. Ed. nostr. p. 258, lib. VIII, v. 71 : sed et alibi sæpe

dictio ipsa, sive voces, sive phrases spectemus. Voces partim insolentes et novæ sunt, partim e sacris litteris et scriptoribus desumptæ, partim ineptis etymologiis offusæ. Insolentes, ut αὐδήσει in audiendi significatione pag. 188. 9. [5] τραχὺς in genere fœminino pag. 279. 20. Novæ, ut οἰκουμενικὸς 195. 23. γαλικανὸν 316. 19. κελτιγυὴ 356. 11. E sacris litteris et scriptoribus desumptæ, ut σητόϐρωτα 156. 2. προσοχθίζων 236. 23. θεόχριστοι 307. 3. Istas forsan aliquis furori divino adscribendas dixerit : sed an quoque nominum rationes et derivationes eidem tribuentur, qualis est ἀλφιστήρων 167. 14. Βαϐυλῶνος 224. 3. Διὸς 227. 15. Δία, inquit, Jovem nominarunt, ὅτι οἱ διεπέμφθη, quia illuc missus est. O bellum etymum Græcis auribus dignum, illi plane simile, quo Δευκαλίων deducitur παρὰ τοῦ δεῦρο καλεῖν ! O præclarum inventum, quo τετραγράμματος Ἀδὰμ pag. 216. [6] quatuor mundi plagas designare dicitur. Quasi vero istud furoris sit, et non potius otiosi ingenii : quemadmodum et illud quod legitur pag. 388. [7] de quatuor vestigiis clavorum. Phrases vero, stylus, tota denique lectio, paucis exceptis, nihil animi numine afflati spirant, nihil impetus et stimuli divini præ se ferunt : imo ne quidem Homericam majestatem attigunt, quod magno indicio est nos veris Sibyllinis carere. Illorum siquidem tanta fuerat gravitas, tanta excellentia, tanta venustas, ut Homerus, Diodoro teste, plurimos versus ex Sibyllæ oraculis in sua opera transtulerit. At in nostris hodie vix sex vel septem hemistichia Homericis similia reperias. Carmina nostra Sibyllina, si verum fateri volumus, maxima ex parte sibi multum dissimilia, dura, coacta, et ex sacris literis Orpheo, Hesiodo, oraculis Apollinis, Phocylide et cæteris gnomicis poetis consarcinata sunt, ut passim in notis observavi.

Venio nunc ad res ipsas in Sibyllinis expositas, quarum pleræque adeo plene, copiose, et aperte describuntur, ut vel

5. Ed. nostr. p. 56, lib. II, v. 361, ubi nos ἐνθήσει legimus. Quæ sequuntur, apud nos invenies, τραχύς, seu potius, τρηχέες ὄχθαι, lib. III, v. 776; οἰκουμενικός, II, 40; Γαλικανόν, V, 202; Κελτιγυή, pro quo nos Κέλτι γαίη, VII, 103; σητόϐρωτα, proœm. 64; προσοχθίζων, III, 272; θεοχρίστους, V, 68; ἀλφηστῆρες, I, 98; Βαϐυλῶνα, III, 104; Δία, III, 141.

6. Ed. nostr. lib. III, v. 24

7. Ed. nostr. lib. VIII, v. 320, sqq.

inde tantum conjicere liceat, illas non prædictas, sed prius visas, auditas, aut lectas, ita perspicue recitatas fuisse. Vaticinia alioqui non solent omnibus suis circumstantiis limitari, multo minus nomina propria personarum in illis designari, ut constare potest ex scriptis Prophetarum.

Esaias indefinite prædixit, Ecce virgo pariet puerum. At Sibylla nominatim, Ecce virgo Maria pariet puerum Jesum in Bethlehem. [1] Quasi vero Prophetæ minus instinctu divino agitati futura prædixerint quam Sibyllæ : aut quasi nomen Jesu ante Angeli in Evangelio annuntiationem, a Sibyllis publicatum fuerit. Christi baptismum in Jordane nullus Prophetarum prædixit : at Sibylla lib. 6. [2] et baptismum illum, et Spiritus sancti apparitionem in columbæ specie, multo ante, si credere fas est, præsignificavit. Si ita est, cur non plus Sibyllis quam Prophetis tribuimus ? sed quicumque istorum Sibyllinorum auctor est, suo se indicio sicuti sorex prodit cum in historia de Christo, tum in descriptione xv. Imperatorum Romanorum statim ab initio lib. 5. [3] ubi singulorum nomina et facta ita perspicue et graphice tanquam in breviario quodam referuntur, ut ab historico aliter narrari non potuerint. Ne tamen fraus animadvertatur, non integra nomina exprimuntur, sed numeri tantum quos primæ seu capitales singulorum nominum litteræ Græcæ designant; ut, si Diis placet, mera ænigmata videantur. Sed cur non eadem serie subsequentium imperatorum nomina similibus ænigmatibus et gryphis involvit? An quia imperio jam defunctorum et regnantium nomina nota erant, posterorum imperatorum primæ literæ et numeri ignoti ? Sibylla autem hæc de præteritis et notis vaticinatur. Quod si interdum de futuris loqui velit, ex numeris qui ex nominum propriorum litteris exurgunt, hariolatur : ut pag. 375. [4] prædicit Romam perituram, postquam numerum nominis sui compleverit. Plura his addere possem, si minuta omnia quæ in notis attigi, hic persequi vellem. Verum prudenti hæc sufficere arbitror, ut intelligat judicium meum de Sibyllinis

1 Lib. VIII, v. 429, et 457, sqq.
2 Lib. VI, v. 4, sqq.
3 Lib. V, v. 12, sqq.
4 Ed. nostr. p. 264, lib. VIII, v. 148, sqq.

libris satis probabilibus rationibus esse suffultum. Quod, ne veteribus Ecclesiæ scriptoribus qui Sibyllas frequenter laudant, aliquid detraxisse videar, et ne Camarinam, ut Sibylla nostra monet, agitem quam præstat non agitari; hac interpretatione temperabo. In libris istis hactenus vulgatis aliquot vera Sibyllarum oracula, pauca integra, sed multa depravata et interpolata contineri; at reliqua omnia nova, supposititia, ex variis auctoribus comportata, ex eventu composita, in eum quo leguntur hodie ordinem redacta, et subinde versibus aliquot adaucta esse : quemadmodum sæpius in notis monui, et jam uno et altero exemplo ostendam. Lib. 2. [1] mentio fit agonis Iselastici. Ut vero ex Plinii epistolis constat, Trajani tempore certamina Iselastica instituta et celebrata fuere, ut suspicio sit eum locum post Trajanum conscriptum fuisse. Nero cum Romam excitato incendio inflammasset, ejus criminis invidiam in Judæos et Christianos derivavit. Quod ut videretur a Sibyllis prædictum, a bono quodam viro versus iste intersertus fuit [2], Εἰς ἔριν ἡμετέρην τυχὸν ἄστατα ταῦτα προβάλλου. Clemens, Lactantius, Theophilus, Pausanias, et alii, multa citant ex Sibyllinis, quæ aut non extant in his nostris, aut multum evariant, et vel verbis, vel versibus integris interpolata sunt, ut diligenter suis locis infra notavi. Quæ omnia eo spectant, ut doceant Sibyllina nostra maximam partem esse spuria, pauca legitima. Utinam vero, ut nota Ciceronis voce utar, tam facile vera invenire possem quam falsa redarguere! Sed quia id præstare non licet, falsa cum veris, et mala cum bonis erunt toleranda; ul saltem aliquot Sibyllinorum oraculorum vestigia conservemus. Atque hæc de priore capite satis. Sequitur alterum, an omnia ista unius sint Sibyllæ, aut scriptoris. Hoc, ne quidpiam de styli et rerum discrepantia dicam, breviter ex Lactantio expediri potest. Ille namque lib 1. de falsa rel. cap. 6. singularum Sibyllarum singulos libros esse scribit : unius tamen credi, quia Sibyllæ nomine circumferuntur : neque discerni ac suum cuique propter confusionem assignari posse, nisi Erythrææ, quæ et nomen suum verum carmini inseruit, et Erythræam se nominat. Erythrææ autem est is qui in libris

1. Lib. II, v. 39
2. Lib. V, v. 235.

nostris tertium ordinem tenet. Primi libri auctor dicit se nurum Noe fuisse. Secundum, ut et septimum, adscribit sibi scortum quoddam adeo impudicum, ut (si recte verba mendosa pag. 360. [1] accipio) cum patre incestum commiserit : quale pecus ne quidem Ethnici inter Sibyllas castas et Deo plenas agnoscerent. Quintum librum sibi vindicat Isidis soror. Cæteri sub incertis auctoribus feruntur. Absolutis ergo duobus illis capitibus, finem præfationi imponam, ubi eorum nomina publicavero, qui suam operam nobis ad hanc editionem contulerunt. Quid enim in ipsa præstitum sit, ex aliorum collatione dici malo, quam ex prædicatione fortassis suspecta. Primum itaque duo manuscripta Sibyllarum exempla habuimus, quorum unum integrum, alterum posterioribus libris, id est, parte quinti, sexto et septimo mancum fuit. Nam qui in nostris ultimus est, ibi erat primus. Integrum pro suo erga studia publica favore concessit nobis integerrimus Juriscons. Fr. Pithoeus : mancum eumque vetustiorem suppeditavit bibliotheca clariss. Catharinæ Mediceæ reginæ Gallorum olim prudentissimæ. Deinde exemplar Sibyllarum ab Æmaro Ranconeto præside suo tempore doctissimo alicubi emendatum, quaternionem unum m. s. et magni illius Ad. Turnebi emendationes in I. librum et partem secundi, Nic. Turnebus filius patre dignus liberaliter communicavit. Post ea multum nos juverunt Joan. Aurati variæ lectiones in I. librum, quas partim ex ipso vivo excepti, partim ab Ant. Bayfio accepi. Sed et Lactantiani codicis vetustiss. ope plurima loca emendata sunt, quem optimum sane vir opt. Cl. Puteanus ex sua biblioth. pro ea qua me solitus est prosequi humanitate lubenter concessit. Postremo viri nobiliss. et eruditissimi P. Delbernius et Aimerius Thuanus, ille Hermeram (*sic*) philosophum, hic Procopium Græcos utendos dederunt, ex quibus elogia et fragmenta Sibyllarum nonnulla decerpta sunt. Quos viros omnes, ut et cæteros amicos mei studiosos Deus clementer in istis Gallicanis furoribus salvos et incolumes præservet, et ab iisdem cito

1. Ed. nostr. p. 250, lib VII, v. 160, sq.

liberet, inprimis eos qui me Lutetia abeuntem, his Ciceronis versibus prosequuti sunt :

Dic hospes Spartæ, nos te hic vidisse jacentes,
Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

E GALLÆI PRÆFATIONE.

AD LECTOREM BENEVOLUM PRÆFATIO.

Post dissertationes nostras de Sibyllis earumque Oraculis anno superiore editas sequi debuisse ipsa oracula Sibyllina, nemo (sic opinamur) qui inficias ibit, reperietur; quid vero ad illa fuerit præstitum, alii potius, quam nos, judicent : hoc tamen, impræsentiarum ingenue heic profiteri consultum duximus, nos quam maxime fuisse annisos, ut quam emendatissima hæc Oracula lucem conspicerent, eumque in finem etiam usos nos fuisse, præter Mss. a Johanne Opsopœo in notis suis allegata, codice Ms. antiquissimo, cujus copiam nobis fecit doctissimus D. Eduardus Bernardus Oxoniensis professor dignissimus, vir mihi amicissimus et multo nomine venerandus, ex hoc autem MS. codice loca quam plurima pristino nitori plane restituisse nos speramus ac existimamus. Omnibus autem num placituri sint hi nostri conatus, non est ut operose inquiramus : tali enim nunc vivitur ævo, quo omnibus placere posse non datur. Ne ipse quidem Jupiter aut pluens aut serenans cunctis placet. Frustra hactenus coquus talis quæritur, qui omnium palato cibos gratos præparare possit. Inveniuntur enim tales qui, ut cum doctissimo quodam viro loquamur, « nihil aliud solent « quam minuta aliorum errata ventilare, et quidquid ignorant, « hoc errorem vocare : inter quos illi qui non scribunt, quia « nec forsan possunt (saltem non bene), longe acriores et seve- « riores se aliorum operum censores solent ostendere, quam qui « in scriptorum suorum publicatione, eidem examini se subji- « ciunt, quod in alios sibi sumpserunt. » Commentaria et notas ex diversorum scriptorum scriniis petitas addere placuit, ut

multa quæ absque illis laterent, Lectori sedulo innotescerent ac majori cum voluptate legi possent. Qua autem de causa prolixiora nonnulla exhibuerimus, plurimas præter illas quas habuimus rationes, et quas alio tempore dicendas reservamus, etiam hæc una fuit ex maxime notatu dignis, quandoquidem omnes illi libri ex quibus fuere desumpta, in omnibus illis regionibus ad quas oracula hæc Sibyllina pervenient, vænales forsan non reperiuntur, ideoque ampliora danda fuisse consultum duximus, ut sic data occasione res etiam aliæ scitu necessariæ, saltem non injucundæ, ad plurimorum cognitionem pervenirent, quæ alias tenebris æternis involutæ manerent:

Compendia nonnunquam etiam fuere dispendia.

Atque hæc etiam maxime esse evitanda, nostra fert opinio. Quidquid enim ogganiant alii, certum est quod

Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis.

NOVI EDITORIS

ADMONITIO AD LECTORES

DE PRIORIBUS EDITIONIBUS AC DE HUJUS NOVÆ APPARATU ET CONSILIO.

Sibyllina oracula, non antiquiora illa Græcorum ethnicorum, nec quæ a Romanis publice asservabantur, sed quæ sæpe laudantur a christianis primorum sæculorum auctoribus, videntur semper in orientalis ecclesiæ partibus vulgatiora fuisse quam in occidente, ubi per totum medii ævi spatium vix aliter innotuerunt quam fragmentis a Lactantio græce, ab Augustino latine citatis: et fortasse in ipsa Græcia, lapsu temporum, ad summam exemplarium penuriam delapsa erant, quandoquidem resurgentibus in Italia, Germania, Gallia græcis literis, eoque confluentibus græcarum bibliothecarum reliquiis, post inventam typographiæ artem annos plus centum in oblivione sua delituerunt. Tantum acrostichis octavi libri de Jesu Christi nomine græce Aldinis typis edita erat, Venetiis, anno 1495, non tamen ex ipsis Sibyllinis carminibus, sed e codice aliquo desumpta, in quo cum variis poetarum excerptis inventa fuerat, addito epilogo, qui illam ex Eusebiana Constantini oratione ad Sanctos descriptam esse testaretur. Sed nos de illius acrostichidis exemplaribus manuscriptis alias plura disseremus. Repetita est sola non semel, et cum Eusebii opere de Vita Constantini, Parisiis apud Rob. Stephanum, anno 1544; cum integris vero Sibyllinorum libris non ante annum sequentem, quo primum Betuleii curis prodierunt.

Editio princeps, seu Betuleii.

Xystus ille Betuleius *(Sixtus Birken)*, qui Augustæ Vindelicorum bonas literas docebat et inter latinos ævi sui poetas non infimum locum tenuit, quum in illius urbis bibliotheca reperisset, (quod olim epistola quadam ad Castalionem testatus est) [1],

1 Confer supra, p. xv.

inter libros magistratus Augustani jussu Venetiis ab homine Græco nuper emptos, Sibyllinorum Oraculorum codicem satis recentem, et eleganter quidem ac splendide, sed ad orthographiæ regulas parum accurate scriptum; summa fide descriptum ex eo apographum Oporino misit, Basileensi typographo celeberrimo, prælis supponendum. Inde orta est Editio Princeps, Basileæ, anno 1545, forma plagularum quadruplice, hoc titulo: « Σιβυλλιακῶν χρησμῶν λόγοι ὀκτώ. Sibyllinorum oraculorum libri « octo, multis hucusque seculis abstrusi, nuncque primum in « lucem editi. Adjecta quoque sunt Lactantii excerpta de his testi- « monia, cum Annotationibus, per XYSTUM BETULEIUM Augus- « tanum. Cum Cæs. Majest. gratia et privilegio ad quinquennium. « Basileæ. »

Sequitur Betuleii epistola nuncupatoria : » Clarissimis viris « Thomæ et Ambrosio Blaureris, etc. Meministis, viri sanctis- « simi, etc. Ex Augusta Vindelicorum, 4 cal. novemb. anni a « Redemptoris nativitate 1544. »

Epistolæ subjicitur de more illius sæculi græcum alicujus hexastichum in Sibyllas Xysti Betuleii : Δῖα θεοῦ βουλή, κ. τ. λ.

Post hoc incipit ipse liber sic :

Οἱ τῆς Σιβύλλας Χρησμοί.

Σιβύλλας βιβλίον α′ περὶ τοῦ ἀνάρχου θεοῦ.

Εἷς θεὸς μόνος ὃς ἄρχη (sic) ὑπερμεγέθης, etc. usque ad
Αὐγὰς μῖξε, φύσιν πάντων γενεῆς βιότοιο.

Ἐκ τοῦ πρώτου λόγου.

Αρχομένη πρώτης γενεῆς, etc. usque ad
Δεξάμεναι μεγάλοιο θεοῦ χόλον ἐν κόλποισι.

Περὶ ἑλλήνων καὶ περὶ θεοῦ καὶ περὶ ἁγίων καὶ περὶ κρίσεως. [1]

Ημος δὲ κατέπαυσε, etc. usque ad
Αγιε μανονδόντα (sic) βασιλεῦ μεγάλης βασιλείας.

Πάλιν ἐν τῷ τρίτῳ αὐτῆς τόμῳ τάδε φησὶν, ἐκ τοῦ β′ λόγου περὶ θεοῦ. [2]

Υψιβρεμέτα μάκαρ οὐράνιε, etc. usque ad
Οσσαις ἐν πόλεσιν μέροπες κακότητα φέρουσιν.

Μετὰ τάδε προβαίνουσα τοῖς λόγοις περὶ τοῦ ἀπατεῶνος δαίμονος τοῦ ἀντιχρίστου, φησὶν ὧδέ πη.

1 Nota ad hunc usque locum in summa paginarum fronte scriptum esse Σιβυλλ χρησμῶν λόγος α′. ab hoc autem deinceps λόγος β′.
2 Post hunc locum legitur in paginarum fronte λόγος γ′.

Εκ δὲ σεβαστηνῶν ἥξει βελίας, etc. usque ad
Ωςτ᾿ ἀπ᾿ ἐμοῦ στόματος τάδ᾿ ἀληθινὰ πάντα λελέχθω.

Λόγος τέταρτος, περὶ θεοῦ, καὶ διαφόρων χωρῶν καὶ νήσων. [3]

Κλαῖε λεὼς ἀσίης, etc. usque ad
Ω μακαριστὸς, ἐκεῖνον ὃς ἐς χρόνον ἔσσεται ἀνήρ.

Λόγος πέμπτος (et in margine Λείπει στίχος).

Αλλ᾿ ἄγε μοι στονόεντα etc. usque ad
Ηψαν γαῖαν ἅπασαν, ἔμεινε δ᾿ ἀνάστερος αἰθήρ.

Λόγος ἕκτος (et in marg. ἑτέρας εἶναι ταῦτα δοκεῖ).

Αθανάτου μέγαν υἱὸν etc., usque ad
Ηνίκα ἀστράψη τὸ νέον θεοῦ ἔμπυρον ὄμμα.

᾿Εκ τοῦ ἑβδόμου λόγου.

Εσση δὲ πρώτη πόλεων, etc. usque ad
Οὕτω γὰρ ζήσω, καὶ ἐς οὐρανὸν ὄμματα πήξω.

Λόγος ὄγδοος.

Ερχομένης μεγάλης ὀργῆς, etc. [4] usque ad
Μνηστὴν εὐφροσύνης ἐπὶ θρησκείην κατέχοντες.

Δόξα τῷ ἁγίῳ θεῷ, τῷ δόντι τέλος τῶν σιβυλλιακῶν χρησμῶν.

Additur hic quasi epilogus: « Lectori typographus. Magna « religione in exprimendis omnibus ita omnino ut manuscriptum « exemplar habebat, usi sumus, lector : neque mutare quicquam « libuit, eorum etiam quæ depravata per librarii negligentiam « videbantur. Maluimus enim aliorum et ocio uberiori et eru- « ditiori judicio pleraque restituenda emendandaque relinquere, « quam quicquam in tantis alioqui negotiis permittere nobis « temere. Verum ejus quod nostrarum tamen operarum vitio « commissum est erratum, admonere hoc loco operæ pretium « duximus, numeri videlicet in margine omissi, etc. »

Sequitur una pagina *Versus Sibyllinos* continens *a Lactantio citatos qui in his orationibus non inveniuntur*. Sic quidem titulus. Sed ex iis plerique in ipso volumine obvii erant, quos non animadverterat editor; ii apud nos locum suum recuperabunt : ceteri inter fragmenta post finem octavi libri a nobis quoque reponentur.

3 Post hunc locum jam consentit cum librorum numero paginarum titulus usque ad medium fere librum octavum, vel si quid discriminis passim offendit, typographis omne imputandum est.

4 Post versum qui nobis est 217, id est, jam ab acrostichide Sibyllina, paginarum inscriptio librum nonum designat.

Statim additur Xysti Betuleii ad Joannem Oporinum epistola : « Inter cæteros illos codices, etc. » non tamen, ut in editione Castalionis, interpolata. Succedunt Betuleii annotationes, paucule illæ et brevissimæ, quibus vix aliud quam Lactantii lectiones designat a suis diversas, et scholia quædam seu potius indicia rerum parvula refert, in margine codicis a se reperta, quorum pleraque postea in Castalionis et Opsopœi editionibus ad marginem reposita sunt. Imponitur notis epilogus : « Ad pium lectorem. Ea duntaxat, candide lector, annotavimus quæ nobis Lactantiana enarratio subministravit : tibi « cætera relicturi : non enim vel ocium fuit vel animus quicquam præterea addere. Spero non defuturos qui tam venerandæ vetustatis monumentum sua opera melius illustraturi « sint, sive translatione, sive scholiis, quibus hanc meam opellam nequaquam ingratam fore spero. Sunt in his Sermonibus « epitheta, quæ arguunt hos χρησμοὺς minime furiosos esse. « Certare auderem et sponsione contendere, si Nonnus ille « heroicus Joannis Evangelistæ paraphrastes, qui in epithetorum « compositione mirifice luxuriatur, non plurima Sibyllina imitatus sit et hos sermones assidue triverit. Tam enim multa similia deprehendi, quæ ex illius lectione memoria suggerebat. « Habet studiosa juventus, in quo novissimis his temporibus « rectissime se exerceat. Vale, lector Christiane. »

Legitur deinde : « Typographus ad eumdem. Absoluto jam « hucusque opusculo, oblati nobis sunt a D. Gilberto cognato, « viro et erudito et amico nostro singulari, diversarum Sibyllarum carmina aliquot latinitate jam olim donata et ex vetustissimo codice descripta, quæ hic subjicere operæ pretium duximus. » Sequuntur *Sibyllarum de Christo Vaticinia ex vetustissimo codice descripta,* senis singula versibus latinis comprehensa, et Sibyllæ cujusque nomen præferentia, quæ a nobis suo loco proponentur, secundo volumine, sub finem nostri de Sibyllis Excursus I. Ac denique totum opus subscriptio claudit hujusmodi : « Basileæ ex officina Joannis Oporini anno salutis « MDXLV mense Martio. »

Cur tantum in principis editionis descriptione commoraremur, duplex causa fuit : primum, illius raritas ; deinde pretium, quod appareat codicis illam manuscripti loco haberi

posse iis qui codicem ipsum adhuc superstitem Augustæ Vindelicorum adire nequiverint.

Antimachi collatio.

Vix autem illuxerat editio princeps, quum Antimachus (*M. Ant. Antimaco*), genere Mantuanus, Græcas literas Ferrariæ docens, ad exemplar aliud manuscriptum quod apud se forte habuit, librum typis excusum contulit; excerptasque inde diversas lectiones Oporino misit in novæ, quam brevi fore sperabat, editionis gratiam, cum hujusmodi octasticho :

Χρησμοὶ σφάλματ' ἔχουσιν ἀθέσφατα, τούς μοι ἔπεμψας·
Οὐκ ὀρθοῦ δ' ἔτυχεν τοῦτ' ἄρ' ἀπ' ἀντιγράφου.
Σφάλματα ἔμπαδ' ἔγωγε διορθώσας κεν ἰάλλω
Νῦν σοὶ, ὄφρα πάλιν τούσδε τυποῦν ἐθέλῃς,
Σεῦ χάριν αὐτὸς ὅταν τόσσον πόνον ἄσμενος ἔσχον
Ἤμασιν ἐν παύροις ἦρα πορῶν φιλίῃ,
Ἦρα φέρων λογίοις, κεχαρισμένος οἷς ἐμὸς ἔσται
Μόχθος, ἐὰν δόξῃ ἄξιος εὐλογίης.

versibus sane non bonis, sed laudabili exemplo : cujus beneficii gratum testimonium a Castalione in utraque ejus editione accepit.

Castalionis versio metrica.

Statim sequente anno 1546, Castalio (*Sébastien Châteillon*), Delphinensis, Genevæ primum, deinde Basileæ literarum humaniorum professor, apud eumdem Oporinum metricam suam Sibyllinorum interpretationem edidit, forma quam vocant octava minore, literis italicis, cujus hic est titulus : « Sibyllina oracula « de græco in latinum conversa et in eadem annotationes, « Sebastiano Castalione interprete, cum Cæs. Majest. Gallia- « rumque regis privilegio ad quinquennium, Basileæ. »

Volumen aperit Epistola dedicatoria : « Sebastianus Casta- « lio Mauro Musæo, Francisci Galliæ regis apud Helvetios « legato, S. D. Moses ille divinus Hebræorum legislator, etc. « Basileæ mense Maio, anno Domini M. DXLVI. » In ea epistola dicit se Antimachi collatione supra laudata usum in transferendo fuisse : sed quid aut quantum inde profecerit,

frustra in operis ipso corpore requiras, quo latina tantum versio sine ulla textus disquisitione continetur.

Hinc procedit ipsa interpretatio, eodem prorsus ordine quo textus in editione principe prodierat. Sed in fine subjungitur appendix hoc tenore : « Citantur et a Theophilo, sexto Antio-« chensis ecclesiæ episcopo in secundo libro ad Autolycum ver-« sus ex Sibylla, quorum nonnulli in his libris extant, sed « paulo aliter habent. Alii non extant. Hos igitur nos ita in « latinum vertebamus. Sic igitur inquit Theophilus : Sibylla « autem quæ cum apud cæteras nationes, tum apud Græcos « vates fuit, in principio suæ vaticinationis hominum genus « objurgat his verbis :

« Mortales homines, etc., usque ad

« Et dulcem cœli panem stellantis edentes. »

Hoc est, quod vulgo Sibyllinis præfigi solet, *Procœmium* e Theophilo desumptum (ed. nostr. p. 14, sqq.), quod quidem Castalionis tempore novum prorsus et paucis cognitum erat, quum eo ipso anno prodierit princeps editio Theophili, cum Tatiano, Tiguri, 1546, opera J. Frisii, in-f°.

Sequuntur eadem, quæ in græco, fragmenta Sibyllinorum Lactantiana, additis etiam ex eodem Lactantio tribus Apollinis oraculis, de unitate et potentia Dei ac de animæ immortalitate, metro omnia versa latino; ac deinde *Sebastiani Castalionis annotationes in Sibyllas*, pauculæ quidem illæ et parum criticæ, rursus in sequenti editione prodituræ.

Accedunt denique, tanquam argumenti a Sibyllinis non alieni : *Mosis carmen*, illud nempe quod recens a Maris Rubri transitu cecinit, in strophas alcaïcas a Castalione translatum; et *Vergilii* (sic) *ecloga quarta :* « Sicelides Musæ, etc., » cum Ludovici Vivis annotationibus, quibus vir doctus, ad Eusebii mentem, Virgilianos versus e Sibyllinis oraculis concinnatos esse defenderat, vix tamen, quid essent Sibyllina, nisi e patrum citationibus, gnarus, quippe qui, nondum editis his libris, anno 1540 diem obiisse fertur.

Subscriptio volumen claudit : « Basileæ ex officina Joannis « Oporini, anno salutis 1546 mense Augusto. »

Castalionis editio græco-latina.

Novem interjectis annis, iisdem typis, eademque voluminis forma prodiit ejusdem Castalionis editio græco-latina sub hoc titulo : « Σιβυλλιακῶν χρησμῶν λόγοι ὀκτώ. Sibyllinorum oraculorum « libri VIII, addita Sebastiani Castalionis interpretatione latina « quæ græco e regione respondeat, cum Annotationibus « Xysti Betuleii in Græca Sibyllæ oracula et Sebastiani Casta- « lionis in translationem suam : quæ annotationes numeris « marginalibus signantur. Quæ præterea huic editioni ultra « priorem accesserint, diligens lector ex præfationibus et colla- « tione facile deprehendet. Basileæ per Joannem Oporinum. »

Hæc quoque editio, quantum ex indiciis quibusdam colligere est, Betuleii curis instructa fuerat; sed quoniam ille priore anno 1554 e vivis decesserat, videtur Castalio ultimam operi manum imposuisse. Eo volumine continentur :

1° Præfatio : « Sebastianus Castalio de secunda hac editione « Græca. Contulit Marcus Antimachus, etc. »

2° Editionis principis epistola nuncupatoria.

3° Castalionis epistola ad Maurum Musæum, quam interpretationi suæ latinæ olim præfixerat.

4° Antimachi octastichum græcum, de quo nos supra, et Anonymi hexastichum principi editioni præfixum.

5° Μάρκου Ἀντιμάχου προοίμιον εἰς τοὺς Σιβυλλιακοὺς χρησμούς. Εἰ τὸ περὶ τὴν ἀνάγνωσιν, κ. τ. λ. usque ad verba : Ἐξηγήσατο τοίνυν περὶ τοῦ ἀνάρχου θεοῦ τάδε, cum versione Castalionis. De hac præfatione, quam falso ad Antimachum referri ostendemus, fusius in notis ad ipsam disseremus et in secundi voluminis Excursu V.

6° Οἱ τῆς Σιβύλλας χρησμοί, *Sibyllina oracula*, græce et latine ; ac primum Σιβύλλας βιβλίον α' περὶ τοῦ ἀνάρχου θεοῦ. Ἄνθρωποι θνητοί, κ. τ. λ. et totum deinceps Procemium, prius admonito lectore desumptum illud esse non e Sibyllinis codicibus, sed e Theophili Antiocheni libro. Cui procemio subjiciuntur statim Lactantii versus, qui in principe editione agmen ducebant, a nobis autem in Anonymi præfationem relati sunt, nullo apud Castalionem novo titulo, sed additis tantum ad marginem his verbis : « Hactenus ex Theophilo. Jam sequitur aliud brevius

« principium quod in his libris habebatur. » Versuum illorum tenor est idem qui apud nos, Εἷς θεός, κ.τ.λ. Post quos incipit statim primus liber, Ἀρχομένη πρώτης, κ.τ.λ. et reliqua græca ut in ed. pr., latinis e regione respondentibus.

Textus, ut ipse docet in præfatione Castalio, ex Antimachi collatione passim emendatus est, interdum, sed raro, ex editoris conjectura. Lectiones quæ in textum admissæ non sunt, ad marginem proponuntur, ubi et summa cujusque loci paucis verbis indicatur, ut κόσμου κτίσις, *mundi creatio*; ὄφις, *serpens*; τεχνῶν ἐξευρεταί (sic), *artium inventores*, et alia similia, quæ Castalio se de suo adjecisse testatur, quamvis nonnulla jam ex iis a Betuleio prolata erant; vera pleraque, nonnulla falsa, quædam absona.

In fine post doxologiam octavo libro subjectam, quam in principe quoque editione legi notavimus, sequuntur item Lactantiana fragmenta. Deinde pars magna Constantini orationis ad sanctos, cum Wolfgangi Musculi interpretatione latina; ea nempe pars quæ de Sibyllinis agit et quartam Virgilii eclogam græcis numeris versam exhibet, de qua nos secundo volumine agemus. Deinde testimonium divi Augustini excerptum e Civitate Dei, l. XVIII, cap. 23, quo Sibyllinæ acrostichidis versio metrica continetur. Tum, ut in editione principe, decem Sibyllarum oracula latina hexasticha.

Adduntur 1° præfatio nova Xysti Betuleii quam Basileæ scripserat anno 1551, quum videlicet editionem hanc secundam græci textus moliretur : « Ad candidum lectorem Xystus « Betuleius. Video quosdam non levis auctoritatis viros, etc. » 2° Ejusdem Betuleii epistola ad Oporinum : « Inter cæteros « illos, etc., » eadem quæ in editione principe, sed quibusdam locis ab ipso auctore interpolata, quo melius editioni novæ adaptaretur. 3° Annotationes Xysti Betuleii, paulo quam in editione principe auctiores, pleræque vero id unum agentes ut citata ab Ecclesiæ Patribus Sibyllinorum loca referant. 4° Castalionis annotationes, ut in editione priore. 5° Mosis carmen, ut in eadem. 6° Erratorum, in textu præcipue, satis copiosum indicem. 7° Denique totius operis clausulam : « Basileæ ex officina Joannis Oporini, anno salutis humanæ MDLV, « mense augusto. »

Hæc est quam, licet a Betuleio inchoatam, Castalionis editionem vocabimus. Ex ea rursus prodierunt eodem anno 1555 Sibyllina oracula in J. Heroldi Orthodoxographia, Basileæ, in-folio, rursusque in Orthodoxis, Basileæ, 1569, sed latine tantum, absque ullo critico aut exegetico labore. Item in Bignæana Patrum Bibliotheca, Parisiis, 1575, bis postea repetita.

Editio Opsopœi.

Post aliquot annos, Johannes Opsopœus (græco magis quam germanico notus nomine), Brettanus, id est ex urbe *Bretten*, in inferiore Palatinatu, oriundus, qui simul cum Wecheliis, clarissimis typographis, Lutetiam commigraverat, ibique medicinæ simul et philologiæ operam dabat, egregie de utraque meritus suis Hippocrateorum aliquot librorum editionibus, cœpit consilium inire recensendi ad codicum fidem, qui Parisiis tum exstabant, Sibyllinorum carminum textus. Habuit enim ad manum, quod ipse in præfatione docet, manuscripta duo exemplaria, alterum integrum; « alterum, ut ipse ait, poste- « rioribus libris, id est, parte quinti, sexto et septimo mancum « fuit : nam qui in nostris ultimus est, ibi erat primus. » Dimidiatum hunc codicem, a bibliotheca Regia Parisiensi, in qua nunc quoque asservatur, Regium vocat; illum integrum, Pithœanum, quoniam Fr. Pithœi fuit, doctissimi et omni ex parte clarissimi viri, post cujus mortem cum ceteris libris divenditum vel intercidisse vel ignotum alicubi latere opinamur. Contulit præterea Opsopœus quaternionem unum manuscriptum trecentos fere versus continentem (lib. III, v. 47-303, nostræ ed.), qui præsidis Ranconeti fuerat. Habuit etiam ejusdem Ranconeti notas in loca quædam Sibyllinorum; item Adriani Turnebi et Johannis Aurati, præsertim in librum primum, emendationes. Profuit etiam illi commodatus a Puteano codex Lactantii vetustissimus et optimus, postea in Regiam bibliothecam illatus sub n° 3736, unde lectiones aliquot novas haurire potuit. Sed videntur suscepti ab eo labores temporum difficultatibus graviter interpellati fuisse, quum propter novarum opinionum acrem pertinaciam bis in carcerem conjectus, e Gallia demum in Germaniam fugere coactus est, ubi per reliquos vitæ annos Myrtilleti ad Nicrum (*Heidelberg*) medici-

nam fecit et docuit. Nec in ea tamen urbe a Sibyllinis studiis alienus mansit, ut intelligitur ex oda quadam latina a Paulo Melisso Franco in ejus honorem composita Myrtilleti, anno 1590, in qua post alia de Sibyllis hæc adduntur :

Bonis in harum carminibus bene
Enucleandis (quantulanam super!)
Haud pœnitendam, rare censor,
Ponere amas operam, Opsopœe,
Examinando singula pensius,
Ad veritatis judicium probæ
Justamque lancem ponderata,
Qua notha, qua genuina constent.

Sed illic quoque invidit fortuna Opsopœo laboris sui fructum; nam morte interceptus est anno 1596, ætatis suæ quadragesimo. Quonam deinde fato ejus liber in bibliopolarum Parisiensium manus pervenerit, non satis constat. Certe resurgentibus primum in Gallia pacis artibus post sedatos ab Henrico quarto civiles tumultus, editio nova sub hoc titulo prodiit : « Σιβυλλιακοί « χρησμοί, hoc est, Sibyllina oracula, ex vett. codd. aucta, re- « novata et notis illustrata a D. Johanne Opsopœo Brettano, « cum interpretatione latina Sebastiani Castalionis et indice. « Parisiis, 1599. »

Frustra quidam commenti sunt priorem Opsopœi editionem, anni nempe 1589, unde doctissimus Schœll, in Hist. lit. gr. t. I, p. 57, Sibyllarum ter ab Opsopœo publicata memorat oracula. Nam primum nemo se hactenus in istam editionem incidisse testatus est. Deinde Parisiis jam ab anno 1588 ea fuit rerum publicarum confusio, ut nemo ibi sane de græcis operibus edendis cogitaret. Adde quod editio ipsa anni 1599 neque in titulo neque in editorum epistola dedicatoria, neque in Opsopœi præfatione ullam prioris editionis mentionem facit. Imo ipsa hæc in privilegio regio dato Parisiis anno 1599, mense septembri, diserte prima nuncupatur.

Nec sane indigna ea fuit quæ resurgentis typographiæ gallicæ nova quasi fata auspicaretur. Optima enim, etiam ad hunc diem, Sibyllinarum editionum habenda est, quum chartæ nitore et typorum elegantia, tum textus ad codices

emendati fide, criticisque Opsopœi commentationibus. Insuper adjuncta ei leguntur Onuphrii Panvinii liber de Sibyllis et carminibus Sibyllinis, testimoniorum et fragmentorum undequaque collectorum ampla copia, index denique rerum et verborum non plenus quidem, sed tamen perutilis. Quæ passim in libri corpore et in ipso græco textu occurrunt menda typographica nimis multa, Opsopœus, si vixisset, e plagulis sane delenda curavisset.

Simul vero, tanquam Sibyllinorum appendix, emissa sunt volumina duo, quorum unum inscribitur: « Oracula magica « Zoroastris, cum scholiis Plethonis et Pselli nunc primum editi « e Bibliotheca Regia, studio Johannis Opsopœi. Parisiis « MDXCIX. » Alterum: « Oracula metrica Jovis, Apollinis, « Hecates, Serapidis et aliorum Deorum ac vatum tam virorum « quam fœminarum, a Johanne Opsopœo collecta. Item « Astrampsychi Oneirocriticon a Josepho Scaligero digestum et « castigatum, græce et latine. Parisiis MDCXIX. » Hæc volumina cum Sibyllino in unum compingi solent, iisdemque laudibus dignissima sunt. Quæ tamen, quoniam a nostro instituto discedunt, satis fuerit commemorasse.

Repetita est Opsopœana editio, Parisiis apud eosdem anno 1607, typis iisdem, sed jam usu detritis, et charta deteriore: ceterum eadem paginarum et in singulis paginis linearum distributione, specie denique tam per omnia simili, ut non aliam, sed eamdem editionem, mutata tantum in titulo anni mentione, credas, nisi usu cognoveris multo hanc pluribus typographiæ mendis affectam, eoque minoris esse pretii.

Post hanc etsi non semel repetita sunt Sibyllina carmina ex Opsopœi editione, nunc latine tantum, nunc etiam græce, in Patrum Ecclesiasticorum syllogis, nulla tamen editio vere nova intra annos plus ducentos exstitit, præter unam Gallæi, quæ ipsa non tam nova quam ex Opsopœo repetita, et supervacuis additamentis inflata magis quam aucta, breviter nunc discutienda est.

Editio Gallæi.

Servatius Gallæus (*Serv. Galle*), Batavus, Ecclesiæ Vallonum reformatæ Harlemi in Batavia minister, protulerat anno

1688, opaco volumine comprehensas et in capita XXV distributas, grandes ac prolixas dissertationes *de Sibyllis earumque oraculis*, adversus Crassetum præcipue, hominem e Societate Jesu non indoctum, sed mediocri ingenio præditum, qui paucis ante annis, speciali tractatu, genuinam Sibyllinorum originem astruere conatus erat. Quæ quidem disputationes eruditione prægnantes, rerum materia copiosæ, sed acerrimo felle imbutæ et asperrimis conviciis exacerbatæ adversus non Crassetum modo et Jesuitas, sed omnes vel catholicos vel ab auctoris opinione dissentientes, doctrinæ ubertate vix compensant intolerandam styli acrimoniam. Idem Gallæus, anno sequenti, dissertationibus suis, quo pleniores illas exhiberet, volumen alterum adjecit hoc titulo : « Σιβυλλιακοὶ χρησμοί, hoc est, Sibyllina « Oracula, ex veteribus codicibus emendata ac restituta, et « commentariis diversorum illustrata, opera et studio SERVATII « GALLÆI. Accedunt etiam Oracula magica Zoroastris, Jovis, « Apollinis, etc. Astrampsychi Oneirocriticum, etc., græce et « latine cum notis variorum. Amstelodami, apud Henricum et « viduam Theodori Boom, MDCLXXXIX. » Forma est libri, quam quadruplicem vocant. In eo totam Opsopœi editionem repræsentavit Gallæus, translatis tantum ad infimam paginarum oram annotationibus quas Opsopœus minus commode in voluminis fine collocaverat, additisque variorum notis hinc inde excerptis, præsertim ex infinito dissertationum numero quæ de Sibyllis scriptæ fuerant, sed plerisque tam vanis quam prolixis, raro ad rem pertinentibus, nunquam criticis, nullius demum aut minimi pretii.

Promiserat Gallæus in sua ad Lectorem benevolum Præfatione, non contentum se Opsopœi laboribus, loca etiam multa emendaturum e codice manuscripto, « cujus, inquit, copiam « nobis fecit doctissimus D. Eduardus Bernardus, Oxoniensis « professor » : qui quidem codex ubi nunc terrarum lateat, ignoramus; ab Oxoniensi certe, quod ipsi contulimus, exemplari diversus fuit. Atque utinam promisso stetisset Gallæus : sed raræ sunt ejus criticæ notæ, imo post librum secundum pæne nullæ, ac merito omnes suspectæ. Nam de codicis sui lectione sibi interdum ipse contradicit, ut ad librum I, v. 269 et 286 (Gall. ed. p. 160 et 162). Interdum ita perfunctorie rem

agit, ut, ubi scribit, verbi causa, ad lib. I, v. 283 : « Sic « etiam legit meus codex », vel ad lib. I, v. 32 : « Eodem plane « modo manuscriptum nostrum exemplar », nescias utrum hoc ad præcedentem editoris alicujus conjecturam, an ad vulgatam lectionem referendum sit. Gravius autem illud multo est, quod, quum ad exemplaris sui marginem conjecturas recentiores, quasdam etiam latinas, reperisset, passim illas nullo discrimine tanquam e veteri affert exemplari. Nulli enim dubitamus, quin ad lib. I, v. 176, sqq. (Gall. ed. p. 121) lectiones illas ἀπιστόφυλοι, ἀστασίησι, ψεύδεσσι λόγοι, e libro VIII huc allatas, in margine, non in ipso contextu invenerit. Latinarum annotationum exempla habes ad lib. III, v. 77, 649, 675 (Gall. ed. p. 329, 455, 462). Itaque quas Gallæus e suo codice lectiones affert, minimæ essent auctoritatis, etiamsi quod affirmat ille, nos non credimus, antiquissimo codice esset usus. Fatendum tamen, raro eas aut nunquam in textum ab ipso admissas esse, ita presse in omnibus Opsopœum sequitur, nisi quum typographicis eum mendis deformat, ut hoc certe falsum in præfatione jactaverit, multa se illius codicis ope sanaturum.

Editiones Angeli Maii.

Post Gallæum nulla processerat editio nova Sibyllinorum (vix enim memorandum, quod in Gallandii Bibl. Patrum, Venet. 1765, iterumque 1788, cum excerptis e Gallæo notis, nudisque anonymi cujusdam conjecturis, leguntur), quum ecce, anno 1817, repente in lucem emersit ex Ambrosiano codice vetustissimo, doctissimi Angeli Maii curis oraculorum istorum liber unus usque ad id temporis incognitus. Nam octo tantum libri vulgo circumferebantur. Titulus est : « Σιβύλλης λόγος ΙΔ. Sibyllæ liber XIV, « editore et interprete Angelo Maio, Ambrosiani collegii do- « ctore. Additur sextus liber et pars octavi cum multa vocum et « versuum varietate. Mediolani, Regiis typis, 1817 ». Forma libri octuplex vel quadruplex minor, paginis non pluribus LIV. Præfationem Maii, in qua de Sibyllinis docte et diserte egit, secundo volumini nostro præmittemus. Versio latina metrica est, elegans. Grates agendæ sunt editori, quod adjecit ex ejusdem exemplaris fide librum sextum integrum, tam eheu! brevem, et magnam octavi partem, jam ab acrostichidis initio, v. 217,

ad versum editionis nostræ 428 : quo in utroque libro tanta est a ceteris edd. et codd. lectionis diversitas, ut summopere dolendum sit non plura in Ambrosiano codice reperta esse, quæ profecto omnia diligentissimus vir eadem fide ac cura exhibuisset.

Aliquot vero post annis in sua Veterum scriptorum nova collectione (Romæ, 1828, 4°), protulit idem Angelus Maius, Pontificiæ tum bibliothecæ præpositus, e duobus Vaticanis codd. libros integros quatuor (XI-XIV), quorum ultimus, jam ex Ambrosiano codice ab ipso publicatus, maximam ostendit Romanorum cum Mediolanensi exemplarium concordiam. Nec vero, urgente tempore, interpretationem ullam addidit, ac vix annotatiunculas aliquas breves de variantibus, quæ paucæ occurrebant, lectionibus.

Editiones igitur Sibyllinorum carminum præcipuæ ad nostros usque dies exstiterunt, Betuleii, 1545; Castalionis, 1555; Opsopœi, 1589; Gallæi, 1689; Maii duæ, 1817 et 1828.

Sibyllinorum codices manuscripti.

Codices in illis, quas diximus, editionibus ad constituendum textum adhibiti sunt :

1° Betuleii codex, unde princeps editio;

2° Antimachi codex, cujus collatio ab Antimacho facta Castalionis editioni præfationem et lectiones suppeditavit;

3° Regius codex libros tantum quatuor primos, partem quinti, et octavum integrum exhibens, ab Opsopœo collatus;

4° Pithœanus codex, item ab Opsopœo;

5° Ranconeti quaternio manuscriptus, partem aliquam libri tertii continens, item ab Opsopœo;

6° Gallæi codex, qui quidem sic a Gallæo vocatur, commodatus ei ab Eduardo Bernardo Oxoniensi, parceque ab ipso et negligenter collatus;

7° Ambrosianus codex librorum VI, VIII et XIV, a Maio typis expressus;

8° et 9° Vaticani duo librorum XI-XIV, item a Maio.

Porro codicum manuscriptorum, quibus Sibyllina contineantur, in catalogis bibliothecarum publicarum mentiones has hodie solas invenimus :

In Gallia, bibliothecæ Regiæ codices duo, quorum unus, n° 2850, Regius est Opsopœi.... ..... I.
— Alter, n° 2851, Leontarius deinceps vocabitur.. II.
In Anglia, codex Bodleianus bibliothecæ Oxoniensis. III.
In Italia, Florentiæ, codex Mediceæ bibliothecæ.... IV.
— Mediolani, codex Ambrosianus (1)........... V.
— Romæ, Vaticani duo..................... VI et VII.
— In Germania, Vindobonæ, codex bibliothecæ Cæsareæ, qui olim Antimachi fuit.............. VIII.
— Monachii, codex bibliothecæ Regiæ........... IX.
— Augustæ Vindelicorum, codex olim a Betuleio typis editus.............................. X.

Decem igitur hodie codices publice asservati exstant, quorum tres primos accuratissime nos contulimus; octavus post Antimachi collationem, rursus in nostræ editionis usum diligenter recognitus est a doctissimo et humanissimo viro B. Kopitar, Cæsareæ bibliothecæ custode; quatuor alii V, VI, VII et X, a prioribus editoribus Betuleio et Maio summa fide expressi sunt. Ignoti manent, nisi forte interierunt, Pithœi, Ranconeti et Gallæi codices, olim ab Opsopœo et Gallæo collati. Duo tantum conferendi supersunt Florentinus et Monacensis.

Ex iis Monacensem, Ambrosiano et Vaticanis affinem, eosdem certe libros continentem VI, VIII (magna ex parte), XI, XII, XIII, XIV, insuper vero, quod maxime notandum, librum IV, serius ex Hardtii catalogo cognovimus quam ut in primo volumine subsidio ejus uti possemus; sed ut ex ejus officiosa, si impetrari poterit, collatione secundo volumini nostro pretium accedat, curæ nihil omittemus. Florentinum maxime desideramus, cujus collationem jam ante hos undecim menses quum per literas flagitassemus a doctissimo bibliothecæ Mediceæ præfecto, epistolam nostram, quoniam responso caruit, intercidisse suspicamur. Sed ex illius codicis analysi quam de more suo accuratissimam protulit Bandinius, catal. codd. gr. t. I, p. 512, simillimum illum ac prope germanum Regio et Leontario scimus

(1) Hic et duo seqq. non e catalogis, sed ex Angeli Maii indicio nobis innotuerunt.

esse, qua re non mediocriter nostrum levatur infortunium. Pauculas interim lectiones ex analysi Bandiniana collegimus, plures ex ipso codice, si ad nos pervenerint, secundo volumine exhibituri.

Nunc quid de uniuscujusque exemplaris auctoritate sentiamus, paucis exponendum ducimus.

Tres sunt codicum Sibyllinorum quasi classes :

Prima eorum qui servatum in edd. ordinem librorum sequuntur, nec multum ab editionis principis lectione discedunt. Ii sunt Betuleianus, Bodleianus, Vindobonensis, Pithœi quoque et Gallæi codices, et quantum in brevi fragmento judicari patitur similitudo lectionis, Ranconeti etiam quaternio. Horum unus Vindobonensis, præfationem totam exhibet, quæ a Castalione sub Antimachi nomine falso edita est. Cujus ultimam periodum, ὅπερ εἴρηκεν, κ. τ. λ. codex etiam Betuleianus instar habuit scholii. In ceteris nullum præfationis vestigium; sed omnes procemii loco septem illos Lactantianos e præfatione versus afferunt, e quibus statim cognoscuntur ad hanc classem pertinere. Pergunt deinde omnes : Ἀρχομένη πρώτης, κ. τ. λ. usque ad finem libri octavi quem in versu claudunt editionis nostræ 486, hoc modo :

Μνηστὺν εὐφροσύνης ἐπὶ θρησκείην κατέχοντες.

Hic illorum communis habitus; quorum quis natu maximus, dijudicare de absentibus haud facile est. Antiquissimus habendus esset Vindobonensis ob retentam præfationem, nisi et ipsa scriptura, teste Kopitario, et omissi multi versus qui in ceteris leguntur, recentiorem ostenderent. Bodleianum quoque scripturæ satis recentis esse, usu comperimus. Idem de Pithœano judicavit Opsopœus. Idem Betuleius de suo, omnium fere optimo, confessus est. De Gallæi codice quid opinemur, jam diximus. In summa, recentes omnes, sæculi circiter XV, et ab uno aliquo derivati, qui præfationem integram habuit, nec illo fortasse perantiquo.

Secunda classis eorum codicum est qui ordine librorum mutato, ab octavo incipiunt, primum et secundum pro uno habent. In iis per totum libri illius decursum quem e duobus concretum exhibent, interpolatæ sunt singulis carminis partibus

analyses quædam, sive argumenta brevia, seu verius transitiones prosa oratione scriptæ, et in fine ejusdem libri epilogus iambicus a theologo quodam medii ævi confictus, quæ omnia in notis nostris citata reperientur. Ii quoque secundo libro interpolatum habent fragmentum LXXXVII versuum e Phocylide desumptorum, quod primæ classis exemplaribus deest. Ac libri octavi versus quindecim ultimos habent, qui ab Opsopœo primum e regio codice eruti sunt. In ea classe locum obtinent Regius, Leontarius et Florentinus : quorum unus Leontarius ætatem ipse suam et librarii nomen prodit epilogo hujusmodi:

Τέλος τῶν Σιβυλλιακῶν ἐκλογῶν· στίχοι ρξα′ (numerus hic erat versuum libri septimi). Ἐγράφη τὸ παρὸν βιβλίον τῆς Σιβύλλης ἐξ ἐπιτροπῆς τοῦ ἐξοχωτάτου κυρίου, μισὲρ Ἀντωνέλου δε Πετρουτζίοις, καὶ μεγάλου σεκρεταρίου· διὰ συνδρομῆς καὶ ἐξόδου τοῦ τετιμημένου ἄρχοντος, μισὲρ Ἀντωνίου Γουιδάνου, καὶ πρώτου τοῦ ἱεροῦ κονσιλίου· διὰ χειρὸς ἐμοῦ, Δημητρίου τοῦ Λεοντάρη, ἕνεκεν ἀγάπης καὶ χρεοῦς τῶν προλεχθέντων ὑπερτάτων ἀρχόντων· ἐν μηνὶ σεπτεμβρίῳ κδ′, ἰνδ.η, τοῦ ,ςϠπγ, ἔτους.

Sequitur Demetrii Leontaris chirographum, id est, nomen ejus siglis intricatissimis Neogræcorum more implicitum. Notus autem ille est Leontares, multorum nunc exstantium codicum græcorum scriptor, quum e Palæographia Montefalconii qui falso illum Leutaren vocat, tum e dissertatione J. Bapt. Gailii ad Xenoph., t. VII, part. 2, p. 85, sq. Annum ipse sui laboris indigitavit, Græcorum nempe 6983, æræ nostræ 1475. Regius vero codex, quantum potest e scriptura judicari, suppar isti aut paulo antiquior habendus est. Florentinus in catalogo notatur ad sæculum XV pertinere. Omnes ergo satis recentes et circa idem tempus descripti. An ex se invicem, fortasse quæret aliquis. Nos vix credimus. Nam primum Regius, quem magna operis parte carere diximus, ceteris integris prælucere non potuit. Nec Regius e Leontario descriptus est, siquidem meliores interdum nec facile librario excogitandas lectiones exhibet, ut lib. I, v. 76, R. γνωστούς, bene, ubi L. χριστούς, absurde; eodem libro v. 308, R. δεύτερον αὖ γένος ἄλλο, optime, ubi L. δεύτερον ἄλλο γένος, metro claudicante; lib. III, v. 320, R. αἵματος habet, quod in L. scribentis festinatione omissum est; ibid. v. 715, R. optime, λόγον ἄξουσι δ' ἐνὶ ὕμνοις, ubi L. λόγων ἀέξουσιν ἤμασι κείνοις, repetitis ex antecedente versu ultimis vocibus.

Alia hujusmodi proferri possint. Restat igitur ut descripti sint ceteri codd. e Florentino, de quo, ut absente, pauca habemus quæ certo dicere possimus. Tantum initio libri III, ubi R. L. ὑψιβρεμέτα μάκαρ οὐράνι' habent, Florentinus, si catalogo fides, οὐράνι' ὑψιβρεμέτα μάκαρ, multo sane rectius offert, quod cur exscriptores in pejus mutaverint, non apparet. Tres potius illos codd. descriptos esse putes e quarto nunc deperdito, cujus lectiones in Florentino passim emendatæ fuerint. Sed rem incompertam in medio relinquere tutius est.

Id interim observandum, duas priores codicum classes quod ad orationis contextum attinet, in minutis quidem sæpe differre, generali tamen quodam lectionis habitu convenire; præterea eosdem versus eademque parte truncatos offerre qui olim a sanctis Patribus integri legebantur. Quo facilius ex uno fonte manasse illas credimus, et incertum quo tempore, sed fortasse non multo remotiore quam sæculo XV, duas recensiones ex una factas. At enim si eas diligentius inter se contuleris, apparebit secundæ classis codices minus ab antiqua recensione distare, 1° quod multa præbeant quæ in alteris desunt, eaque antiquæ notæ, nec recenter interpolata, cujusmodi sunt transitiones illæ primis in libris obviæ, et quæ alia paulo ante recensuimus; 2° deinde quod, ubi lectiones diversas ab alteris proponunt, meliores plerumque et antiquiores offerant, id quod præcipue sub finem secundi libri observare est, ubi antiquæ sibyllistarum doctrinæ non prorsus orthodoxæ manifesta quædam deprehenduntur vestigia, quæ in primæ classis exemplaribus frustra quæras. Ac secundam classem prima potiorem esse demonstrat Opsopœi textus ipse, qui e codice Regio castigatus, Betuleiano correctior evasit.

Tertia classis præcipuos continet, omisso nunc Monacense iis affini, sed nondum satis explorato, Ambrosianum et Vaticanos codices ex Angeli Maii editionibus, ut diximus, cognitos, quos inter se prorsus germanos esse ostendit mira ipsorum concordia per totum libri XIV, quem solem communem habent, decursum. Cum prius editis unus Ambrosianus conferri potest, et in aliqua tantum sui parte, sexto nempe libro et octavi sectione secunda; in quibus lectionem offert a vulgata plane diversam,

nec in minutioribus tantum, sed in toto pæne orationis contextu : quare diversa ex origine profectum esse necesse est; aliamque nobis præbet ille recensionem, antiquiorem haud dubie, quoniam in plerisque ad priscas Patrum lectiones magis accedit. Ita libro octavo post versum editionis nostræ 360 multos versus prima verborum persona effert qui tertia scripti leguntur in codicibus ceteris, quum apud Lactantium prima gaudeant. Sexto etiam libro pæne toto vestigia antiquarum opinionum multa præ se fert, quæ in ceteris exemplaribus pia interpolatione deleta fuisse monstrat. Atque utinam posset ad ejus aut similis codicis fidem totus nunc Sibyllinorum textus recenseri! Sed, ut diximus, ex iis qui antea legebantur, duos tantum libros servavit, unum brevissimum, alterum plus media parte truncatum; versus vix plures CCL. Ubicumque tamen auxilio illius uti licet, non dubium est quin ejus lectiones, ut antiquiores, ceteris præferendæ sint.

Sibyllina apud Patres fragmenta.

Pro quarta pæne manuscriptorum classe haberi possunt fragmenta Sibyllina, quæ plurima apud Patres ecclesiasticos, præsertim vero apud Lactantium inveniuntur. Iis sane antiquissima lectio repræsentaretur, nisi instabilis admodum atque incerta fluctuaret. Atenim quando idem fragmentum a duobus patribus citari contingit, raro id fit sine aliqua textus varietate; ut Procem. v. 6, Theophilus :

...... χήγητῆρα βροτῶν πάντων ἐποίησεν.

Lactantius prorsus alio sensu :

...... χήγητῆρα Θεὸν πάντων ἐποίησεν.

Ibid. v. 24, sq. Theophilus :

.... ἀπήλθετε, καὶ δι' ἀκανθῶν
Καὶ σκολόπων ἐπλανᾶσθε. Βροτοὶ, παύσασθε μάταιοι.

Clemens Alexandrinus :

.... ἀπήλθετε τὴν δι' ἀκανθῶν
Καὶ σκολόπων. Τί πλανᾶσθε, βροτοί; Παύσασθε μάταιοι.

Lib. IV, v. 28 , sqq. Justinus :

Οἳ νηοὺς μὲν ἅπαντας ἀπαρνήσονται ἰδόντες,
Καὶ βωμοὺς εἰκαῖα λίθων ἀφιδρύματα κωφῶν,
Αἵμασιν ἐμψύχων μεμιασμένα καὶ θυσίαισι
Τετραπόδων· βλέψουσι δ' ἑνὸς Θεοῦ ἐς μέγα κῦδος.

Clemens, longe aliter:

Οἳ νηοὺς πάντας ἀπαρνήσονται ἰδόντες,
Καὶ βωμοὺς εἰκαῖα λίθων ἱδρύματα κωφῶν,
Καὶ λίθινα ξόανα, καὶ ἀγάλματα χειροποίητα,
Αἵματι ἐμψύχῳ μεμιασμένα καὶ θυσίαισι
Τετραπόδων, διπόδων, πτηνῶν θηρῶν τε φόνοισι.

Ubi sane diversitas tanta deprehenditur, ut vel quædam a Patribus memoriter citata esse oporteat, vel illos codicibus usos fuisse dissimillimis; atque illud obiter observandum, non magis eos cum vulgato Sibyllinorum textu quam inter se convenire. Sed vel in singulis autoribus lectio ægre constituitur, quoniam illorum exemplaria, Lactantii præsertim, nusquam tam corruptum tamque sibi dissimilem textum exhibent quam in fragmentis Sibyllinis. Potuit ea quidem de causa id evenire, quod mali sæpe aut mediocres versus librariis semidoctis medicina carere visi fuerint, quæ non semper cauta satis aut perita manu adhibita sit. Sed in latinis Patribus arguenda magis est ignorantia transcribentium, qui, quum græce vel parum scirent, vel omnino nescirent, alii lectiones prorsus absonas aut receperunt aut inscii creaverunt; alii græcas literas utcumque calami ductu repræsentabant, quod in Puteana Lactantii membrana observavit Opsopœus; vel interdum latinis eas literis commutabant forma similibus, significatione diversis, quod in vetere quodam manuscripto Bibliothecæ urbicæ Regiomontanæ (*Kœnigsberg*) deprehendit C. L. Struve, iisque ipsis imperitæ curæ vestigiis uti se posse speravit, ad restituendam fragmentorum veram lectionem, edita in hanc rem speciali dissertatione, Regiomonti, anno 1817, 8°, cui et supplementi loco addidit dissertatiunculam aliam brevem, ibid. 1818, 8°.

Multa Lactantii exemplaria græco fragmentorum textu carent, proque iis versionem latinam antiquam exhibent. Etiam in quibus græca leguntur, versionem plerumque solent apponere. Nec eadem semper occurrit interpretatio, sed græcis

semper tam exacte respondens, ut plerumque ex ipsa græcum textum vel omissum vel corruptum facile restituere possis. Plurimi igitur faciendæ sunt versiones illæ, quarum antiquissima jure haberi potest qua utitur Augustinus in citandis e Lactantio fragmentis, quamque medio ævo secuti sunt auctores plerique, qui Sibyllina sæpius ex Augustino quam e Lactantio citaverunt, ut ignotus ille scriptor pseudo-sibyllinæ prædictionis latinæ de Imperatoribus romanis, venerabili Bedæ a quibusdam falso attributæ, quum sæculo duodecimo scripta videatur (confer ipsam, ed. nostr. t. II). Inde etiam manarunt inscriptiones latinæ quæ medio ævo ascribi solebant Sibyllarum imaginibus, sive in libris manuscriptis, sive in vitreis templorum fenestris, ut de Senensi præsertim Ecclesia testatur J. J. Boissardus, citante sæpe Gallæo in dissertationibus.

Porro non in integris modo Lactantii exemplis reperiuntur Sibyllina fragmenta, sed etiam in excerptis quibusdam Lactantianis, medio ævo descriptis, cujusmodi sunt ea quæ cum antiqua versione latina leguntur in codice vetustissimo Bibliothecæ nunc Armamentarii Parisiensis, membranaceo, sæculi IX, de quo satis multa Montefalconius in Palæographia græca, p. 236, sqq. Quo in codice græcus textus, etsi plerumque pessime exaratus, vicina versione plerumque bona firmatur.

Separatim etiam exscripta reperitur in multis variorum excerptorum syllogis medio ævo consarcinatis Acrostichis Sibyllina de nomine Christi, lib. VIII, v. 217, sqq.; sed, uti jam diximus, non ex ipso Sibyllinorum corpore desumpta, verum ex Eusebiana Constantini oratione ad sanctos, quam ab illo imperatore in Nicæna Synodo habitam omnes sciunt. Atque id diserte indicant exemplaria pleraque subscriptione hac: Ταῦτα ἱστορεῖ ὁ Καισαρείας Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῷ λόγῳ ὃς ἐκλήθη Βασιλικός. Non tam igitur Sibyllinum quam Eusebianum hujus fragmenti textum offerunt: ad quem nos, præter ipsius Eusebii codices, etiam e manuscriptis illis compilationibus tres adhibuimus, nobis suo loco enumerandas (confer not. ad lib. VIII, v. 217), et Aldinam ejusdem fragmenti editionem anni 1495, ipsam pæne codicis loco habendam, expressam quippe e manuscripto exemplari non malo, quamvis recente; ceterum illo

quoque originem fragmenti Eusebianam testante eadem, quam in ceteris notavimus, formula.

Est vero etiam apud Augustinum de Civit. Dei, lib. XVIII, cap. 23, ejusdem acrostichidis versio metrica, quam a latino quodam ignoto sibi poetastro concinnatam attulit, versibus sane malis (neque hoc dissimulavit optimus elegantiarum judex Augustinus), sed tanta fide ut trans latinas voces interluceat sæpe græca lectio. Ea quoque antiquissimi codicis loco haberi potest, etsi fortasse, ut pleraque græca acrostichidis exemplaria, textum potius Eusebianum quam mere Sibyllinum repræsentat. Nam omnino credibile est Constantini orationem latine versam per omnes occidentis regiones circumlatam fuisse, simulque cum ea metricam illam interpretationem; quo fortasse referenda sunt Augustini verba: « Sicut eos quidam Latinus exstan« tibus versibus est interpretatus. »

Alia subsidia.

Sed præter Sibyllinorum editiones, codices, fragmenta passim obvia, versiones antiquas recentesque, alia sunt ad illorum carminum intelligentiam subsidia bene multa, tot nempe commentationes, observationes conjecturæque virorum doctorum, quæ non omnes in ipsorum oraculorum editionibus leguntur, sed plurimæ quoque in dissertationibus variis ad Sibyllas earumque opera pertinentibus, quarum plerasque nos, quando hic non vacat, serius enumerandas curabimus sub secundi voluminis finem in Elencho Bibliographiæ Sibyllinæ. Sparsæ quoque hinc inde occurrunt annotationes optimæ in alienis ab hoc argumento libris, Jos. Scaligeri, Salmasii, Casauboni, aliorumque. Cogitaverat Dausqueius, vir eruditus et inter septimi decimi sæculi philologos non ultimus, de paranda Sibyllinorum editione, notasque non paucas ad illud propositum spectantes obiter collegerat, quæ cum multis aliis ad diversos auctores pertinentibus grandi volumine comprehensæ in bibliotheca Regia Parisiensi exstant, atque ibi, quamvis manuscriptæ, inter impressos libros asservantur. Eas nobiscum pro sua humanitate communicavit eruditus bibliothecæ custos E. Miller: et quamvis plus frugis e Dausqueii laboribus sane sperassemus,

non tamen sine aliquo fructu paratam ab eo materiam pertrectavimus.

Novæ editionis propositum.

Nunc, quomodo illis omnibus usi simus auxiliis, facile ut quivis judicet, necesse est editionis nostræ consilium paucis exponamus. Textum afferre voluimus, uti noster titulus profitetur, omnibus quæ penes nos essent copiis instauratum, cum perpetuo commentario, excursibus indicibusque, et Castalionis interpretatione latina novis curis recognita.

Textus constituendi ratio.

Prima textus cura fuit, quem ne certis quidem fundamentis imponere facile erat. Nam plures, ut diximus, codicum classes, ac præterea Patrum fragmenta magnam sæpe scripturæ varietatem offerebant. Atqui quum e diversis lectionibus una sensui aut metro conveniret, nullus erat dubitandi locus. Quum vero duæ pluresve lectiones utcumque satisfacerent, ambigi poterat cuinam potissimum auctoritati adhærendum esset.

Quod si antiquitatis tandum habenda esset ratio, princeps locus Patrum fragmentis debebatur. Verum satis jam supra monuimus Sibyllinam lectionem non constare apud Patres, eosque videri diversis usos codicibus, quorum fidem aut pretium quis possit nunc æstimare?

Adde quod hodiernos codices necesse est ab antiquioribus derivatos esse, ita ut per quamdam traditionis seriem ad exemplaria pertineant ipsis Patrum codicibus coæva, et quidni ejusdem majorisve etiam pretii? Itaque quoties non constat recentius adulteratam esse lectionem, quam hodie ferunt nostri codices, nulla causa est cur Patrum auctoritati cedant. Imo potiores habendi sunt, quoniam, ut verum dicamus, non nunc Sibyllina possumus edere qualia Patrum temporibus circumferebantur, sparsa, confusa, trunca, corruptissima : sed eorum recensionem edimus, incertum a quo aut quando concinnatam. Fuit certe tempus, quum in mentem venit alicui carmina illa passim obvia colligere, in unum corpus componere, libris suis dimetiri : nec dubium est quin simul quædam emendaverit, quædam suppresserit, addiderit fortasse nonnulla quæ

ipsi ob sensum necessaria viderentur, sed ea, ut opinamur, paucissima. Credibile est illum codicibus, quibus potuerit, optimis, ac fortasse pluribus inter se collatis usum fuisse; operam denique Sibyllis talem navasse, qualem Homero quondam Pisistratus. Omnes, qui nunc exstant Sibyllinorum codices, ab ea editione manare satis ostendit communis librorum divisio. Quum autem plures, ut diximus, codicum classes occurrant, necesse est primariæ illi et tanquam Pisistrateæ recensioni non defuisse Zenodotos et Aristarchos suos qui eam revisere et emendare studuerint. Dii boni! quomodo defunctos opere suo censebimus illos medii ævi doctores? Et tamen e collatis eorum laboribus si primariæ recensionis textum educere liceat, illa erit vera quam retinere debemus lectio; erit illa, uno verbo, *Vulgata*, quam Castalio primus, deinde Opsopœus constituere conati sunt; nos, pluribus auxiliis adjuti, paulo integriorem fortasse proponemus.

Quoties ergo codices in bona aut tolerabili lectione consentiunt, retinenda est illa, etiam invitis Patribus. Quoties diversas lectiones exhibent non æque bonas, optima inter ipsas eligenda est, quamque ad illam antiquam recensionem proxime accedere verisimile sit. Sin æque probabiles exhibeant, perpendenda ipsorum codicùm auctoritas, atque, ut diximus, primo loco habendi erunt, qui omnium antiquissimi videntur aut primævis simillimi, Ambrosianus et Vaticani duo; deinde secundæ classis codices Regius, Leontarius, Florentinus; post hos, qui vulgo editis præfuerunt, Betuleianus et illi consimiles. Quod si ex nullo eorum bona lectio erui poterit, tum demum vel e Patribus quærenda erit corrupti loci medela, vel si aliter fieri nequeat, etiam e conjecturis.

Scimus quosdam esse qui ad ipsum conjecturæ nomen exhorrescant, clamentque nihil esse sine alicujus codicis auctoritate, ne in litera quidem aut apice tentandum. Nos etsi libros scriptos summa veneratione colendos esse profitemur, nec unquam sine periculo ab iis discedi posse, itaque contra eorum fidem nihil temere audendum; hoc tamen editoris putamus esse munus, non ut vetera exemplaria serviliter exscribat, quod librarii est; sed ut ex iis veram, quantum licet, auctoris lectionem exprimat. Et in principe quidem scriptoris

cujusvis editione laudamus illam diligentiam quæ omnes apices retinet, modo ubique ad lectionem veterem falsam nova vera aut probabilis apponatur. Sic in Anonymi præfatione græca ad Sibyllinos libros, quæ hactenus neglecta ac pæne ignorata manserat, vel e Castalionis tantum testimonio aut Antimachi collatione non satis fideli nota erat, cujusque ideo principem fere editionem e codice Vindobonensi afferebamus, summa fide libri manuscripti textum, qualis erat, protulimus. Sed in ipsis Sibyllinis carminibus cum scriptore jam noto, nec semel edito, variasque recensiones passo, aliter agendum censuimus; duplicemque nobis legem impositam duximus, primum ut textus quam proximus manuscriptis, deinde ut quam emendatissimus prodiret.

Sed quum emendatio omnis circa sensum versetur, aut grammaticam, aut metrum, quam caute ad horum unumquodque accedendum esset, minime nos fefellit.

Ac de sensu quidem parce est cum Sibyllistis agendum, qui et sæpe, ut mali scriptores, cogitata non satis apte sibimet definiunt; et, ut prophetæ, sensa verbis involvunt, futura præteritis, vera falsis miscent, nec semper rerum et sententiarum ordini inserviunt; denique, ut homines semidocti, etiam in iis quæ jam acta canunt, tempora interdum aut nomina aut res permutant. Sic libro V, v. 8, sq. de Romanis:

> Ἔσσονται γενεῆς τε καὶ αἵματος Ἀσσαράκοιο,
> Ὅσθ' ἕξει Τροίην, ὅστις πυρὸς ἔσχισεν ὁρμήν,

Mutandum aliquid in secundo versu videtur, quum ultimæ voces ὅστις πυρὸς ἔσχισεν ὁρμήν, de Ænea, non de Assaraco veræ sint: sed quis scit an scriptor in nominibus erravit? Nihil igitur temere novandum.

Grammaticæ multa sane cura editoribus habenda est. Sed felices illi qui atticos scriptores bonorum temporum curant, in quibus dictio omnis ad certas quasdam regulas facile redigi potest. Sibyllistæ, qui plerique e Judæis vel Christianis Ægypti aut Asiæ orti erant, in degeneri jam græca lingua pæne hospites, multa improprie loquuntur; hebraica quædam e patria consuetudine vel e LXX virorum interpretatione retinent; plura non satis attica ex alexandrina dialecto, vel ex illa potius quam

hellenisticam nonnulli falso vocaverunt, plebeia tum ac vulgari extra Atticam loquendi consuetudine mutuantur. Denique metri causa, aut dum nimis properant, multa licenter efferunt; quæ pleraque in Excursu nostro de Græcitate Sibyllina recensebuntur. Quorum omnium ratio habenda est, ne, dum omnia ad politiorem dicendi formam exigis, plus a malis scriptoribus exposcas quam ab Homero ipso aut Hesiodo impetrare potuit grammaticorum solertia. Non igitur quid grammatici pronuntiaverint, sed quis illo tempore fuerit vulgaris usus, quid sibi licentiæ soleant indulgere Sibyllistæ, quid eorum ignorantiæ sit imputandum, quid properanter scribentibus aut aliud agentibus accidere potuerit, explorandum est diligentissime, priusquam aliquid in textu audeatur.

Nec aliter in metrica re versandum, quum etiam antiquitus observatum sit numeros multos in Sibyllinis claudicare, idque vitium Justinus non dissimulare, sed excusare et in librarios rejicere conetur, Cohort. ad Græc. § 37 : confer Anonymi præfationem Græcam ad Sibyllina, ed. nostr. p. 11, ibique not. 11. Nos in illa quoque parte distinguendum censemus, quid sit a librariis, quid a Sibyllistis ipsis peccatum. Peccant Sibyllistæ circa ancipites plerumque syllabas, dum in iis concessa a metricis licentia præter modum abutuntur; peccant in diphthongis; peccant in nominum propriorum quantitate; et alia quædam committunt, ne apud bonos quidem auctores exemplo carentia, quæ plenius in Excursu de Metrica Sibyllina enumeranda nobis erunt. Hæc sunt quæ versus efficiunt Suidæ ἀτελεῖς dictos, Justino ἀμέτρους, μὴ σώζοντας τὴν ἀκρίβειαν τοῦ μέτρου, quales multos Pythiæ quoque vaticinanti excidisse testatur Plutarchus, περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα τὴν Πυθίαν, quosque omnes in Sibyllinis expurgare si quis velit, non modo tempus et operam abutatur, sed etiam fidi editoris officio deroget. Ubi vero ea peccantur quæ in poetas vel malos, vel maxime properantes, nullo modo cadere possunt, profecto ea librariis imputanda necessariam flagitant medicinam; nec est cur in tollendis hujusmodi mendis, deficiente codicum fide, non ad conjecturam quoque, modo vel legitimam vel summe probabilem, confugiatur.

Porro legitimas vocamus conjecturas :

1° quæ in verbis nihil mutant, sed dum aliter ea distin-

guunt, sensum meliorem efficiunt, id quod nobis sæpe contigit, præsertim lib. I, v. 139; II, 130; V, 480; etc. etc.

2° quæ salvis verborum elementis, sed aliter divisis, verba creant alia novumque sensum, cujusmodi est felicissima illa Scaligeri conjectura ad lib. V, v. 45, ubi quum de Trajano scriptum esset:

Ὃν κόνις ἀλλοτρίη κρύψει νέκυν, ἀλλ' ἀνεμείης
Ἄνθεος οὔνομ' ἔχουσα,

sensit vir ingeniosissimus legendum esse ἀλλα Νεμείης, etsi conjecturam suam ipse postea corrupit, ἆθλα proponendo. Sic nos ad lib. V, v. 438, ubi erat

.... ἔχε στόμα φιμὸν, ἀνάγνη
Χαλδαίων γενεή,

locum desperatum lenissima medela restituimus, dum scribimus, ἔχε στόμ' ἄφιμον, simulque novam et elegantem vocem lexicis addidimus. Sic lib. V, v. 98, pro χαρίνων quod barbarum erat, χάριν, ὧν legimus, et ibid. v. 363, ὀξύστομα pro ὀξὺ στόμα. Confer etiam II, 244, III, 95, 245, 356 etc. etc. Quæ tamen, si ita vocari fas est, ἑρμαῖα, ut felicissima, ita rarissima sunt, ac vix unquam fieri possunt sine aliqua vel elementorum vel saltem spirituum aut accentuum inflexione. Sed vel eæ quoque legitimæ sunt conjecturæ,

3° quæ salvis verborum elementis ipsisque verbis, spiritus tantum aut accentus aliosve minutos apices ad grammaticæ leges aut usum vulgarem inflectunt. Accentus enim et spiritus, qui in antiquissimis codicibus nulli erant, in plerisque autem negligi aut corrumpi solent, jure corrigi possunt, quoties nulla est causa cur auctor ab usu discesserit. Sic in Procemio, v. 60, nemo est qui reprehendat, quod pro αἰσχυνθῆτε γάλας rescripserimus αἰσχύνθητε γαλᾶς: et lib. I, v. 153, ἐξαπόλησθε pro ἐξαπολῆσθε: lib. III, v. 233, χαροποῖο pro χαρόποιο: passim autem ἤματα pro ἥματα, ἠέλιος pro ἡέλιος, aliaque consimilia. Interdum mutato accentu sensum refecimus, ut lib. III, v. 450, ἀλγῇ pro ἄλγη: IV, 82, Κρότων pro κροτῶν, quod erat in codice; nam editi βροτῶν habebant: V, 298, κρατός pro κράτος: V. 328, ἐπίδωμεν pro ἐπιδῶμεν, etc. etc. Sæpe etiam, accentu mutato, metrum restituimus:

sed nunquam id ausi sumus, nisi quum utramque scribendi rationem vel a grammaticis tolerari vel a librariis vulgo permisceri comperissemus, ut in φῦλον, ἆρα, στεῖρα, etc. Nam ubi usus plane constaret, absurdum fore putavimus, si metri causa scriberemus lib. III, v. 48, βασιλεῖα (*regnum*) pro βασιλεία: III, 342, Ἀσσῖδι pro Ἀσσίδι: II, 121, χῶραν pro χώραν: V. 443, κρῖσιν pro κρίσιν. Scimus hac uti licentia editores in Homeri, Hesiodi, Pindari, Tragicorum, et antiquissimi cujusque poetæ carminibus emendandis. Sed ut hoc forte concedendum in iis poetis qui ante constitutas accentuum rationes scripserunt, ita post Alexandrinos canonas et receptum in omnibus scholis vulgarem scribendi modum, neminem poetarum putamus tam insolenti accentuum inclinatione ridendum se pueris propinasse; atque ideo malumus Sibyllistis nostris licentiam aut etiam mendum, quoties accentus metro repugnat, imputare, quam dum acuta circumflectimus aut circumflexa acuimus, stultiores illos, non doctiores efficere.

4°. Par est orthographiæ ratio in ipsis verborum elementis, quæ ad usum vulgarem exigi debent, quoties auctorem sponte ab usu discessisse non constat. Scimus orthographiæ, ut verbis, sua esse fata, sua tempora. Sic nulli dubitamus Sibyllistarum temporibus sanctum Domini cognomen Χρειστόν fuisse, non Χριστόν, quod et acrostichidis versus unus (lib. VIII. v. 225) et Irenæi Epiphaniique testimonium confirmat. Sed quum hæc atque talia jamdudum a librariis ad communem quemdam usum revocata sint, usus ille, quantum licet, retinendus est. Quoties igitur, quod in Sibyllinis codicibus editisque sæpe accidit, consona tenuis ante vocalem asperam remanserat, locum suum aspirationi reddidimus, quum sciremus ionicum in ea re morem a poetis repudiari, neque ipsos codices sibi constare videremus; ut libro I, v. 284, ἥτις πέλεθ' ἕκτη scripsimus pro vulgata πέλετ' ἕκτη, et similia complura. Sed vel usus ipse a communi regula discedi jubebat, quum syllaba metri causa producenda esset ideoque duabus consonis efferenda, quæ cum una consona brevis fuisset, ut in nonnullis verborum imperfectis ἐλλιτάνευε, lib. I, v. 149: ἐλλύοντο, I, 221, præcipueque in verborum futuris et aoristis, quæ omnia versu postulante sine periculo restitui posse putavimus. Item τόσσον pro τόσον, ὅσσον pro ὅσον, vel vice

versa. Item ubi versus exigeret, μεγάλοιο scripsimus pro μεγάλου, passim; τοῖσι pro τοῖς, passim; μηχανάαται pro μηχανᾶται, V. 125: ἔσσεται, ἔσται, ἐσεῖται pro ἔσται, aut vice versa, II, 41, ac sæpius: πέσεται et καππέσεται pro πεσεῖται, καππεσεῖται, I, 394, IV, 99: βασιλήϊον pro βασιλεῖον, I, 292: Σολομώνιον pro σολομώνειον, III, 214: ἐπειή pro ἐπεί, ὀτιή pro ὅτι, aliaque ejusmodi passim.

Huc referenda est nunquam definita bene regula de ν ἐφελκυστικῷ ante consonantes, in qua quum nec grammaticos, nec libros manuscriptos impressosve, nec ipsa lapidi incisa epigrammata conciliare inter se possemus, morem secuti sumus quem in optimis codicibus nostris Regio et Leontario observatum invenimus, ut ν post ε et ι adderetur in thesi propter metrum ubicumque opus esset, in arsi autem post ε quidem adderetur, post ι non ita; quod nempe veteribus librariis minus egere hoc adjumento videretur ι natura anceps, quam ε natura breve, quum insuper ipsa cæsuræ vi utrumque jam satis productum haberi posset. Idem ν in fine longioris pericopæ ex usu vulgari addidimus; non vero in fine versus, nisi quum sensus clauderetur.

5° Nec multum ab isto conjecturarum genere discedunt, etsi paulo audaciores, quæ verborum elementa quædam permutant, vocalia præsertim, ab antiquis grammaticis ἀντίστοιχα dicta, quod scilicet ob maximam soni similitudinem sæpe a scribentibus commutari solerent; qualia sunt αι, ε; η, ει, οι, υ; ο, ου, ω. Sic in Procemio, v. 46, ψυχοτροφεῖται scripsimus pro ψυχοτροφεῖ τε: II, 106, ὑμῖν pro ἡμῖν: III, 374, αὐτῆς pro αὐτοῖς: III, 388, ἄπυστ' pro ἄπιστ', et IV, 117, ἄπυστος pro ἄπιστος: III, 642, ποιμαίνουσα pro πημαίνουσα, aliaque pæne innumera, ad quæ etiam referri possunt lib. III, v. 145, μύρατο pro μοῖρα τό: III, 356, ὢ χλιδανὴ ζάχρυσε pro ὢ χλιδανίζα χρυσέ: III, 543, πολύνηστον pro πολὺν ἱστόν: V, 118, βαθρηδόν pro βοθρυδόν: III, 574, βουλαῖς ἠδὲ νόῳ pro βουλαῖσι δὲ νῷ οἱ.

Omnes illæ, quas diximus, emendationum species legitimæ sunt et editoris arbitrio permissæ. Sed ne ab iis quidem conjecturis, quæ probabiles tantum sunt eoque cautius tractandæ, prorsus abtinendum esse ducimus, modo et ab omni parte probabiles sint, et omnino, ut supra monuimus, necessariæ; nec obliviscatur unquam, qui emendat, suo se periculo id facere, rationemque legentibus esse reddendam, quibus fiducia sæpe

audacia, audacia semper temeritas videatur. Hujusmodi conjecturis, si usquam alias, locus est in Sibyllino textu, quarum species hæ sunt præcipuæ :

6° Non in vocalibus tantum, sed etiam in consonis interdum ἀντίστοιχα quædam agnosci possunt, id est, soni causa permutabilia, ut τ, θ, χ; θ, χ; β, υ; σ, ξ : ut sæpe αὖθις pro αὖτις, et lib. I, v. 276, ἧξ' pro ἧς, et lib. VII, v. 32, θρόνον pro χρόνον, aliaque hoc genus nonnulla.

7° Sæpius accidit ut non soni, sed formæ similitudine confusas a librariis literas ab editore restitui oporteat, cujusmodi sunt, α, ε, ο, υ; ο, σ, θ; μ, ν; γ, λ, χ; δ, θ; κ, π, τ; τ, ξ, et aliæ bene multæ quas fusius fortasse quam opus erat, enumeravit clarissimus Bast, in commentatione palæographica ad Greg. Corinth. Multa etiam nos inde profecta scripturæ vitia sustulimus, ut quum in Proœmio, v. 47, πτηνῶν rescripsimus pro κτηνῶν : I, 21, οὕτω τετέλεστο pro ὑποτετέλεστο : I, 37, ὀστοῦν pro τούτου, quæ Aurati optima est conjectura : I. 244, ἔτι στερεῇ pro ἐπὶ στερεῇ : I, 361, ἐνθήσει pro αὐδήσει: II, 336, ἄλλοσ' pro ἄλλῳ : III, 420, ἐν ὀπῇσιν ἑῇσιν pro ὀνοπῇσιν ἐν σίν : III, 529, ἀεικέα pro δεινήν: IV, 122, πρόμος pro τρόμος : V, 145, ἐκ μιαρῶν pro ἐκ μικρῶν : V, 150, ναόνδ' pro λαούς, et ὕμνησα pro ὕμνησε : V, 194, Τέντυριν pro τεύχαριν : V, 195, κλαῦσαί σε ποιεῖ, pro κλαύσει δὲ σόης vel σόη : V, 263, περὶ σὴν χθόνα pro Περσῶν χθόνα : V, 491, λινόστολος pro λινσόσσιος : V, 516, ἠλλάξατο ἴτυς pro ἠλλάξατ' ὀϊζύς, et quid plura commemorare necesse est?

8° Eodem illud quoque pertinet, unam interdum literam aliis forma consimilibus vel addendam esse vel detrahendam, ut lib. IV, v. 128, πυρσός pro πυρός; lib. I, v. 36, ἄμφεχον pro ἄμφω εἶχον. Interdum etiam syllabam totam, ut lib. I, v. 299, οἱ δὲ τότ' ἰθυντῆρες pro οἱ δὲ τιθευτῆρες : VII, 24, ὃς πέρα πολλά pro ὃς ἄστρα πολλά.

9° Interdum elementa non tam mutanda quam inter se permutanda sunt, ut lib. III, v. 434, ubi erat :

> Πέντε δὲ κινήσουσι βαρὺν χόλον,

nos e Castalionis conjectura fidenter reposuimus βαρὺν λόχον. Sic fere, sed cum aliqua vocalium inflexione, libro eodem, v. 425, pro ὀνομήνη, quæ desperata erat scriptura, optimam ac diu quæ-

sitam lectionem ἀνανείμῃ tandem extudimus. Nec omnino absimile est lib. V, v. 269, καλὰ πράξουσι pro καλὸν ἄρξουσι : nam ρ sua sede motum reliquam corruptelam traxerat.

10° Interdum varia illa emendandi genera in unam lectionem coalescunt, ut e nonnullis jam supra dictis colligere est; plura autem specimina huc afferre non pigebit. In Procemio, v. 35, legebatur vulgo,

> Οὐρανοῦ ἡγεῖται, γαίης κρατεῖ, αὐτὸς ὑπάρχει,

ubi felicissima est Swartii emendatio, ἀΐδος ἄρχει. Ibidem, v. 61, locus erat admodum corruptus :

> Οὐ μανίῃ καὶ λύσσα φρενῶν καὶ ἐστησία φάρῃ,

quem versum, a multis frustra tentatum, egregie sic refici putamus :

> Οὐ μανίῃ καὶ λύσσα φρενῶν αἴσθησιν ἀφαιρεῖ.

Lib. I, v. 37, sensu carebat codicum lectio, καὶ ὡς θῆρες ἀϐαίνεσκον ἀποσκοπίεσι μέλεσι, nec vulgata melior καὶ ὡς θῆρες δὴ ϐίνεσκον ἀπὸ σκοπιῇσι : qui versus ante nos omnimodo vexatus, nunc recte procedit :

> Χὼς θῆρες βαίνεσκον ἀποσκεπέεσσι μέλεσσι.

Eodem libro I, v. 292, sq. nullus erat sensus, ac ne metri quidem ratio constabat :

> Ἐν σάκῃ σύκῃ, μεσάσει δὲ χρόνος βασιλήϊον ἀρχὴν
> Σκηπτροφόρον δέξῃ.

Nos rescripsimus :

> Ἐν συκῇ. Μέσσος δὲ χρόνος βασιλήϊον ἀρχὴν
> Σκηπτροφόρον δείξει.

Ibidem v. 326, sq. de nomine ΙΗΣΟΥΣ, male scriptum erat :

> Τέσσαρα φωνήεντα φέρει· τὰ δύ' ἄφωνα δύ' αὐτῷ
> δισσῶν ἀγγέλων·

quod nos certissime restituimus :

> Τέσσαρα φωνήεντα φέρει· τὰ δ' ἄφωνα ἐν αὐτῷ
> δισσὰ ἐν ἀγγέλλοντ'.

Putidum esset omnes versus enumerare qui, in textu admo-

dum vitioso conjecturis emendandi nobis fuerunt, quum operis nostri volumen unum habeat lector in manibus, et e primis libris aliquid jam præsumere possit de ceteris secundo volumine prodituris.

Sed non semper in solis verborum elementis consistit emendandi facultas. Voces enim interdum totæ vel transferri, vel demi, rarissime etiam addi possunt, quod quando fecerimus aut factum ab aliis tulerimus, indicare nunc opus est:

11°. Quum versus omnino solutus inversis parce verbis refici posset, id sibi licere Castalio et Opsopœus crediderunt: nos raro ac vix unquam id de nostro fecimus; factum ab aliis toleravimus, sed tum demum ubi probabiliter factum, re perpensa, judicavimus; qua in re a priorum editorum vestigiis raro discedendum nobis fuisse, cum merita eorum laudatione profitemur. Quis enim non laudet quod versus hic, lib. I. v. 349:

Δείξει γὰρ αἰώνιον ζωὴν ἀνθρώποισιν,

ita sit a Castalione correctus:

Δείξει γὰρ ζωὴν αἰώνιον ἀνθρώποισιν.

Aut hic eodem libro, v. 129:

Μετάνοιαν κήρυξον ὅπως σωθῶσιν ἅπαντες,

sic ab Opsopœo emendatus:

Κήρυξον μετάνοιαν, ὅπως κ. τ. λ.

Etiam hic, lib. I, v. 285:

Ἐξ ὅθεν πρωτόπλαστος γένετ' ἀνήρ· οὔνομα δ' αὐτῇ,

bene a Castalione sic refectus est:

Ἐξ οὗ πρωτόπλαστος ἀνὴρ γένετ', κ. τ. λ.

quo in versu ὅθεν et οὗ, sola orthographia diversæ voces permutari jure potuerunt, e regulis supra positis: duas vero voces, ἀνὴρ et γένετ', male in codicibus inversas esse, metri ratio demonstrabat. Talis fere nostra est emendatio, sed jam ab aliis tentata, lib. III, v. 198, ubi pro τίς δ' ἀρχὴ ἔσσεται τούτων; inversis verbis rescripsimus: τίς δ' αὐτῶν ἔσσεται ἀρχή; sed, ut jam diximus, in hoc genere circumspecti fuimus admodum, ac vix plura similis licentiæ specimina a nobis admissa nunc meminimus. Semel autem accidit, ut versuum ipsorum ordinem inverteremus,

lib. VIII, v. 275, sqq.; verum id palam jubente totius loci sensu, ac discrepantibus inter se codicibus.

12° Si qua vox sensui prorsus aut metro repugnet, qua sublata repente plana omnia fiant, præsertim si ejusmodi sit ut a glossatoris manu profecta e margine in textum irrepsisse videatur, merito sane tolli potest, ut lib. V, 266: Καὶ μούσαις γλώσσαις etc. ubi γλώσσαις e commentantis ingenio profectum esse nemo dubitet. Eodem libro V, v. 135, versum integrum eradi jussimus, quem male e præcedente repetitum esse suadebat simillima verborum, quamvis corruptorum, facies. Sed hæc, ut diximus, raro nobis concessa putavimus.

13° Rarius etiam vocem ullam textui inseri posse arbitrati sumus, quod a Castalione vel Opsopœo semel aut bis commissum correximus. Id tamen interdùm probabiliter fieri posse non diffitemur, quum ad textum vel metrum reficiendum satis est si una aliqua vox e prioribus vel sequentibus attrahatur, ut in Prooemio, v. 73, bona est Opsopœi emendatio:

Καὶ μέλιτος γλυκεροῦ γλυκερώτερον ἀνδράσι χάρμα,

quum γλυκεροῦ in edd. et codd. deesset. Sed in universum æstimantibus, rectius aut sane tutius videtur lacunam, si verbum desit, in versu relinquere, quod aliquando fecimus. Μόνον tamen post μόρον addidimus lib. I, v. 236, sed inter uncos quadratos, ne lectori error offunderetur. Alias, lib. IV, v. 100, καταπίπτωσι scripsimus pro simplici πίπτωσι, sed inclusa uncis præpositione; ac demum nihil omnino quod e codicibus abesset, in textu locum vel habere jussimus vel retinere passi sumus, quin uncorum indicio causam omnem erroris amoveremus.

Uncorum quadratorum usus.

Atqui non in addititiis modo verbis, nec in conjecturis tantum, quæ aliquid audaciæ spirabant, sed in iis quoque emendationibus quæ certissimæ et maxime legitimæ videbantur, si forte gravius quid in sensu novarent, eosdem illos quadratos uncos plerumque adhibuimus, quibus verba a codicum lectione recedentia distinguerentur, ut admonitus lector statim ad notam recurreret, ibique simul et lectiones prius receptas, et novæ scripturæ causam inveniret.

Variarum lectionum annotatio.

Noluimus enim vel in minimis dissimulare quid vel a nobis vel a prioribus esset mutatum, quid sine controversia reciperetur, quid ambigeretur, aut uspiam aliter scriptum reperiretur, ideoque varias codicum et editorum lectiones omnes, nisi quæ forte calami aut typorum lapsu manifesto excidissent, summa fide in notis exposuimus. Qua in re vulgo hunc ordinem secuti sumus, ut primam editionis principis lectionem, deinde sequentium editionum, postea codicum manuscriptorum, denique nostram exhiberemus. Quoties reticemus, censenda est lectio vulgata esse et ab omnibus recepta; quoties alicujus tantum editi aut scripti libri auctoritatem proferimus, ceteri cum vulgata conspirare intelligendi sunt.

Nunquam vero commisimus, ut emendationem cujusvis aut conjecturam, vel tanquam propriam occuparemus, vel tacito editoris interpretisve nomine proferremus. Ea nobis præcipua criticæ lex fuit. Nam quum in hujusmodi studiis laus omnis, si qua est, quæ quantula sit non ignoramus, in lectionum delectu constet, quam iniquum est eum hominem qui in aliqua corrupti loci particula diu fortasse desudaverit, sua laudis parte defraudari! Nec ideo negligendum inventoris nomen, quod aliquid vulgare et facile invenisse videatur; nam primum facilia multa videntur postquam reperta sunt, quæ prius difficillima fuere; deinde qui apertiora menda primi sustulerunt, quum viam latiorem et molliorem post se venientibus fecerint, ingrata non sunt oblivione prosequendi.

Notarum exegeticarum ratio.

Notas vero non criticas tantum, quas hodie vocant, sed etiam exegeticas esse voluimus; breves tamen et ad textum intelligendum necessarias, non ostentandæ eruditionis causa redundantes. In quibus nihil volentes omisimus quod ad lectoris usum conferri posset; nihil addidimus quod ad nostram tantum gloriolam spectaret. Studuimus præsertim ut loca Sibyllina quæ a Patribus excerpta fuissent, diligenti fide indicaremus; utque concordantiam Sibyllinorum exponeremus, id est, quid sæpius in iis libris dictum esset, et quibus locis, et quis

locus ex alio desumptus videretur : nam unius Sibyllistæ secum aut plurium inter se comparatione quum multum ad textus intelligentiam, tum plurimum ad statuendam libri cujusque antiquitatem profici potest. Iis præsertim locis insistendum ad eaque convertendos lectorum animos putavimus, quæ originis vel ætatis certiora quædam vestigia præberent. De singulis opinionem nostram nec dissimulandam nec tamen legentibus imponendam putavimus : quid nobis videretur, diximus ; quid objici posset, paucis significavimus : nec vacabat omnia dicere, et multa in Excursus secundi voluminis reservavimus, ad quos lectorem sæpe remittimus, habiturum ibi copiosam de hoc omni argumento tractationem.

Excursus secundi voluminis.

Ibi enim specialibus quibusdam dissertationibus acturi sumus:
1° De Sibyllis ;
2° De Sibyllinis Græcorum carminibus ;
3° De Sibyllinis Romanorum libris ;
4° De Sibyllinis primævæ Ecclesiæ ;
5° De Sibyllinis hodiernis ;
6° De græcitate et metrica Sibyllina.
Addentur indices rerum et nominum, index græcitatis copiosissimus, et elenchus bibliographiæ Sibyllinæ.

Interpretatio metrica.

Restat ut de interpretatione dicamus, quam cur græco textui apponendam censuerimus, jam est a nobis in præfatione declaratum. Nunc quæ in ea parte nostra fuerit opera, paucis exponemus. Castalio vir doctus et humanitatis elegantioris apprime curiosus, ut qui librorum sacrorum versionem ad leges Ciceronianæ latinitatis retractaverit, Sibyllinos idem vix in lucem editos a Betuleio versus Virgilianis numeris adaptare cœpit, eosque, ut supra diximus, paucis post mensibus, editione tota latina publicavit ; quo in opere non parvam utriusque linguæ scientiam, sed nec mediocre mentis acumen exhibuit, dum multos locos in editione principe corruptissimos ad bonum sensum retrahit, tacitis quidem quas divinarat emendationibus, sed plerisque rectis, et postea quum Opsopœi, tum cete-

rorum editorum judicio confirmatis. Quod ad poeticam virtutem attinet, credas nimiam interpretis fidem nonnunquam scribentis offuisse ingenio, vel aures ei delicatas minus fuisse quam doctas, et magis ad verborum proprietatem quam ad numerorum concinnitatem attendisse. Forsan etiam deproperati operis forma opificis artem frustrata fuerit; acciderilque Castalioni idem quod olim Lucilio, dum trecentos versus effundit stans pede in uno. Certe apud illum desideratur limæ labor et mora. Nec tamen nihil est in eo fluento quod tollere velis; et in versus incidas bene multos, quos meliores reddere frustra coneris. Sed multi quoque reficiendi nobis fuerunt, seu quo gratiores venirent ad aurem, seu quo propius ad græcam sententiam accederent, sive interdum Castalio a sensu aberrare visus est, sive textus emendatus interpretationis novæ egebat. Multi quoque supplendi fuerunt qui apud Castalionem deerant, sive ab eo propter obscuram nimis aut corruptam lectionem omissi, sive in principe editione, quam secutus est Castalio, deficientes, cujusmodi totum est illud secundi libri fragmentum Phocylideum. E quatuor vero recens additis libris, quartus decimus tantum ab editore Maio latinis numeris donatus est, elegantibus illis quidem, sed non satis presse ad græcam lectionem exactis: quibus quod interdum usi simus, facile nobis ignoscet vir clarissimus; quod autem non semper nec quantum voluissemus, instituti nostri culpa fuit, quod, etiamsi nimiam Castalionis fidem deprecamur, illum tamen difficilem quærentes in libertate modum, ultra certos limites exspatiari non audemus.

Quod si eam veniam ab eminentissimo cardinale impetraverimus, quum ad librum XIV secundo volumine deventum erit, nostræ qualicumque versioni doctam illius interpretationem apponemus. Interim ut sciat lector quid sit nobis rei cum Castalione, quando vel quatenus vestigiis ejus adhærere ab iisve discedere soleamus, quid denique nos illi debeamus, quid ille nobis, fragmentum ex ejus versione hic edimus, quod primum nobis obvium fuit, Procemium nempe:

Mortales homines, vilissima corpora carnis,
Cur vos effertis, neque finem cernitis ævi?
Non tremitis summumque Deum, quo præside statis,

Non formidatis? qui conspicit omnia testis,
Conditor omnia qui nutrit, cunctisque suavem
Indidit afflatum, mortales qui regat omnes,
Unus qui solus regnat Deus atque supremus,
Omnipotens, nunquam genitus, qui conspicit ipse
Omnia, mortali non aspectabilis ulli.
Corporeis oculis etenim quis cernere verum
Æternumque Deum possit cœlumque colentem?
Cum neque splendentis radiantia lumina solis
Sustineant homines mortales cernere contra.
Hunc colite, hunc unum qui solus regnat in orbe,
Qui solus semperque fuit, semperque futurus,
Non genitus, per se constans, tenet omnia semper,
Et viget in cunctis mortalibus, atque vigorem
Sensibus insinuat, communis luminis autor.
Præmia sed pravæ mentis digna accipietis,
Quandoquidem æternoque Deo veroque relicto,
Cui decus et sacro debetur victima ritu,
Manibus infernis fecistis sacra, superbi,
Insanique, via recta veraque relicta,
Erratis per iter scopulis et sentibus horrens.
Desinite in tetræ noctis titubare tenebris,
Vani mortales: noctisque nigrore relicto,
Utimini (patet en cunctis errore sine ullo)
Solis luce, suo qui lumine cuncta serenat.
Atque hoc pectoribus sapienter noscite vestris:
Unus, qui pluvias mittit, motusque, notosque,
Est Deus: atque fames, pestes, tristesque dolores,
Atque nives, glaciem. Sed quorsum singula pando?
Imperat et cœlis, et terræ præsidet: ipse est.

. . . .

Quod si progenitum est, prorsum interit: exque virili
Fœmineoque nequit membro Deus esse creatus.
Sed Deus est unus solus rerumque supremus,
Qui cœlum, solem, stellas, lunamque creavit,
Frugiferam terram, pontique fluenta tumentis,
Excelsos montes, fontesque perenne scatentes,
Et sub aquis degens genus innumerabile gignit,

Quæque premunt terram serpentia corpora nutrit,
Et varias volucres, seu balbas, sive canoras,
Stridentes, teneras, sulcantes aera plantis,
Et genus imposuit sylvis agreste ferarum,
Subjecitque pecus nobis mortalibus omne,
Cunctorumque ducem fecit divinitus ortum,
Subjecitque viro quæ vel comprendere non sit.
Nam quis hæc valeat mortalis noscere cuncta?
Ipse sed hæc solus novit qui condidit unus
Autor inextinctus, æternus, in æthere degens,
Et multo majora bonis bona præmia reddens,
Injustosque malosque ira pœnisque coercens,
Immittens bellum, pestem durosque dolores.
Stirpitus, o homines, cur insurgendo peritis?
Non pudet in divos feles et bruta referre?
An non est rabies cæcæque insania mentis?
Tauros furantur divi, prædantur et ollas.
Quosque poli sedes aureas habitare deceret,
Hos caries densisque infestat aranea telis.
Serpentes colitis stulti, felesque, canesque,
Et volucres, et quæ serpunt animalia terræ,
Et fabricata manu simulachra, et saxea signa,
Et passim lapidum moles. Hæc, vanaque multa
Præterea colitis, quæ sunt turpissima dictu.
Talia sunt hominum stultorum numina falsa,
Quorum mortiferum distillat ab ore venenum.
At cujus vita est, cujus lux illa perennis,
Lætitia unde viris dimanat dulcior omni
Melle: cui cervix omnis se subdere soli
Debet, quique piis ostendit qua sit eundum
In vitam: his inquam neglectis, insipienter
Ingentem, magnum calicem, plenumque meraco
Pœnarum hausistis furiosis mentibus omnes.
Nec sobrii vultis sanæque evadere mentis,
Et novisse Deum regem, qui cuncta tuetur.
Propterea fervens ignis vos opprimet ardor,
Semper et in flammis turpes ardebitis, omne
Quandoquidem vanis statuis impenditis ævum.

At quibus æternus colitur Deus atque perennis,
Hi vitam degent quæ tempus in omne manebit,
Floriferos hortos paradisi semper habentes,
Et dulcem cœli panem stellantis edentes.

ELENCHUS CODICUM ET EDITIONUM

QUÆ SÆPIUS IN NOTIS CITABUNTUR.

CODICES.

A. — Antimachi olim codex, nunc bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis.
B. — Bodleianus, seu bibliothecæ Bodleianæ Oxoniensis.
F. — Florentinus, bibliothecæ Mediceæ.
H. — Monacensis, bibliothecæ Regiæ Bavaricæ, ex Hardtii catalogo.
L. — Leontarius, bibliothecæ Regiæ Parisiensis, n° 2850.
M. — Mediolanensis, bibliothecæ Ambrosianæ
R. — Regius Parisiensis, n° 2851.
V. — Vaticanus uterque.

EDITIONES.

Pr. — Princeps editio Betuleii, 1545.
Cast. — Castalionis græco-latina, 1555
Ops. — Opsopœi, 1599.
Gall. — Gallæi, 1689.
Mai — Maiana utraque.

ΧΡΗΣΜΟΙ
ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΟΙ.

ORACULA
SIBYLLINA.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ

ΠΡΟΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΟΥΣ ΧΡΗΣΜΟΥΣ.

Εἰ τὸ περὶ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν Ἑλληνικῶν [1] γραφῶν ἐκπονεῖν πολλὴν τοῖς ἐκτελοῦσι τὴν ὠφέλειαν ἀπεργάζεται, ἅτε πολυμαθεῖς τοὺς περὶ ταῦτα πονήσαντας ἐκτελέσαι δυνάμενον· πολλῷ μᾶλλον περὶ τὰς θείας γραφὰς, ἅτε περὶ Θεοῦ καὶ τῶν ὠφέλειαν ψυχικὴν [2] προξενούντων δηλούσας, τοὺς εὖ φρονοῦντας προσήκει σχολάζειν διαπαντὸς, διπλοῦν ἐκεῖθεν τὸ κέρδος κερδαίνοντας, ἑαυτούς τε καὶ τοὺς ἐντυγχάνοντας [3] ὠφελεῖν δυναμένους. Ἔδοξε τοίνυν διὰ ταῦτα [4] κἀμὲ τοὺς ἐπιλεγομένους Σιβυλλιακοὺς [5] Χρησμοὺς, σποράδην εὑρισκομένους καὶ συγκεχυμένους, τὴν τούτων [6] ἀνάγνωσιν καὶ ἐπίγνωσιν ἔχοντας, εἰς μίαν συνάφειαν [7] καὶ ἁρμονίαν ἐκθέσθαι τοῦ λόγου, ὡς ἂν εὐσύνοπτοι τοῖς ἀναγινώσκουσιν ὄντες, τὴν ἐξ αὐτῶν ὠφέλειαν τούτοις ἐπιβραβεύσωσιν [8], οὐκ ὀλίγα τῶν ἀναγκαίων καὶ χρησίμων δηλοῦντες, καὶ πολυτελεστέραν ἅμα καὶ ποικιλωτέραν τὴν πραγματείαν ἀπεργαζόμενοι. Καὶ γὰρ περί τε Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ Ἁγίου Πνεύματος τῆς θείας καὶ ζωαρχικῆς [9]

Tit. Prodiit primum hæc præfatio in Castalionis editione sub titulo: Μάρκου Ἀντωνίου Ἀντιμάχου προοίμιον εἰς τοὺς Σιβυλλιακοὺς χρησμούς. Crediderat enim Castalio fetum hanc esse M. Antimachi, Ferrariensis eruditi, sibi coævi, qui eam in exemplari suo, nunc Vindobonensi, repertam, sine titulo, ut erat in codice, Oporino Basileensi miserat. Mansit error in edd. et omnes doctos fefellit. Quanto enim non modo M. Antimacho, sed et ipso ejus codice et omnibus qui nunc exstant Sibyllinorum mss. antiquior habenda sit præfatio, infra in notis et plenius in secundi voluminis Excursu V ostendemus.

1. Ἑλληνικῶν, *gentilium*, notissimo sensu e sacris Scripturis, et apud Græcos pæne unico, postquam, prævalente Ῥωμαίων appellatione, cœpit Ἑλλήνων nomen religionis esse, non nationis. Sic infra τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης et τοῖς νοσοῦσι τὰ Ἑλλήνων. Latinis tamen subambigua vox, præsertim orationis initio sic nude posita, Græcum magis hominem denotat quam Italum græce scribentem, sicut multa quæ sequentur, theologum magis quam philologum.

2. Ψυχικὴν edd. non habent; restituimus nos ex A. id est Antimachi seu Vindobonensi codice.

3. Οἱ ἐντυγχάνοντες proprie sunt Nostro *lectores*, ut infra, οὐ μικρῶς τοὺς ἐντυγχάνοντας ὠφελεῖν δύνανται, et ὁ βασιλεὺς ἐντυχὼν αὐτοῖς [τοῖς γράμμασι].

4. Edd. τοῦτο. A. ut nos, ταῦτα.

5. Edd. Σιβυλλιακούς omittunt: nos codicem sequimur. Nota vulgatam jam

ANONYMI

PRÆFATIO AD ORACULA SIBYLLINA.

Si pervolvendis profanæ Græciæ libris impensus labor magnam affert utilitatem, doctrinæ quippe copiam iis præstans qui in illo studiorum genere desudant; quanto magis oportet eos qui sapiunt, divinis semper incumbere scripturis, de Deo quippe et de animarum salute tractantibus, nacturos inde duplicem fructum, ut sibi et ceteris prosint! Qua etiam de causa mihi visum est Sibyllina quæ vocantur Oracula, quæ sparsa et confusa inveniebantur, ad sacrarum literarum lectionem et cognitionem pertinentia, in unam quasi seriem et compagem redigere, quo facilius a legentibus uno intuitu percipiantur, et quidquid in se ferunt commodi, adeuntibus præstent, multas sane res perutiles ac necessarias demonstrantia, dum simul amplior, simul ob varietatem jucundior conspectus libri totius exhibetur. Nam de Patre, Filio, Spirituque Sancto, hoc est de divina et omne vitæ principium

tum, quum præfatio scriberetur, horum carminum inscriptionem, Σιβ. χρησμούς.

6. Τούτων, id est, τῶν θείων γραφῶν.

7. Non potuit Antimachus hæc scribere, quem nihil ex ordine librorum demutasse, præsto est ipsius codicis cum ceteris comparati fides. Auctor vero præfationis narrat se oracula Sibyllina, quæ prius sparsa et confusa ferebantur, in unam seriem et quasi corpus redegisse, εἰς μίαν συνάφειαν καὶ ἁρμονίαν ἐκθέσθαι. Quis dubitet hoc ipsum esse corpus quod nos habemus, nec statim lætetur ad investigandam originem Sibyllinæ, qualis nunc est, collectionis, novam repente lucem affulgere? Atqui præfationis ætatem, ex ipsius tenore ac verbis, quantum conjectura licebit, opus nunc erit eruere, quod nos in notis seqq. et in Exc. V efficere conabimur.

8. Edd. ἐπιβραβεύωσιν. A. ut nos. Est autem ἐπιβραβεύω verbum haud ita frequens, degeneris jam linguæ et affectatæ elegantiæ, quæ Byzantinam artem redolet. Addendus hic locus paucis lexicorum exemplis.

9. Ζωαρχική epitheton, in græca medii ævi theologia, sanctissimæ Trinitati accommodatum, cujus origo fortasse apud Dion. Areop. de Divv. Nomin. cap. 6, § 3: Ἡ γὰρ ὑπέρζωος καὶ ζωαρχικὴ ζωὴ καὶ πάσης ζωῆς ἐστιν αἰτία, κ. τ. λ. Sed hanc ille vocem de Deo absolute; Chrysostomus, Damascenus, Photius, de Spiritu sancto, quem Scripturæ πνεῦμα τὸ ζωοποιοῦν vocant; recentiores de Trinitate sæpius, quod, ut ait Corderius ad Dionys. de Myst. theol. cap. 1,

Τριάδος ἀριδήλως διασαφοῦσι, περί τε τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας[10] τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐκ παρθένου φημὶ ἀρεύστου[11] γεννήσεως, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ τελεσθεισῶν ἰάσεων, ὡσαύτως τοῦ ζωοποιοῦ[12] πάθους αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν τριημέρου ἐγέρσεως, καὶ τῆς μελλούσης γενέσθαι κρίσεως, καὶ ἀνταποδόσεως ὧν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐπράξαμεν ἅπαντες· πρὸς τούτοις, τὰ ἐν ταῖς Μωσαϊκαῖς γραφαῖς καὶ ταῖς τῶν Προφητῶν βίβλοις δηλούμενα, περί τε τῆς κοσμικῆς κτίσεως, τῆς τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως, καὶ ἐκπτώσεως τοῦ Παραδείσου, καὶ αὖθις ἀναπλάσεως[13], τρανῶς διαλαμβάνουσι· περὶ τινῶν[14] γεγονότων ἢ καὶ ἴσως γενησομένων ποικίλως προλέγουσι· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐ μικρῶς τοὺς ἐντυγχάνοντας ὠφελεῖν δύνανται.

Σίβυλλαι τοίνυν, ὡς πολλοὶ ἔγραψαν[1], γεγόνασιν ἐν διαφόροις τόποις καὶ χρόνοις τὸν ἀριθμὸν δέκα. Σίβυλλα δὲ Ῥωμαϊκὴ λέξις, ἑρμηνευομένη προφῆτις, ἤγουν μάντις· ὅθεν ἑνὶ ὀνόματι αἱ[2] θήλειαι μάντιδες ὠνομάσθησαν. Πρώτη οὖν ἡ Χαλδαία, ἤγουν[3] ἡ Περσὶς, ἡ κυρίως[4] ὀνόματι καλουμένη Σαμβήθη, ἐκ τοῦ γένους οὖσα τοῦ μακαριωτάτου Νῶε, ἡ τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα λεγο-

« Trinitati essentiale et maxime natu« rale sit esse fecundam, » nempe quod in se quasi fontem habeat rerum omnium essentiæ, ut recte Augustinus, de Vera Relig. t. I, p. 752, ed. Bened.: « Omnis « intellectualis et animalis et corporalis « natura ab eadem Trinitate creatrice « esse in quantum est et speciem suam « habere ... perspicitur. » Et jam ἀρχικὴν Τριάδα vocaverat Gregor. Naz. orat. I, citante Suicero. Meminerunt τῆς ζωαρχικῆς Τριάδος Œcumenius in Actt. c. 4, t. I, p. 36; Pachymeres de Andron. lib. II, non semel, et Græcorum euchologia passim. Alios ejusdem vocis usus confer apud Dion. de Divv. Nomm. cap. 3, § 2; Andr. Cret. p. 118, 127, 137; Synodicon vetus Pappi, synod. 4.

10. Οἰκονομία, de Christi incarnatione ejusque in terris conversatione notissima vox, orta primum e locis quibusdam Pauli apostoli, vel male intellectis vel in sensum arctiorem coactis, præsertim ad Ephes. cap. 1, v. 40.

11. Ἄρευστος sive ἄῤῥευστος, solemne græcis theologis epitheton æternæ Filii generationis, quam emanationi aut effluvio, ἀποῤῥοίᾳ, ῥεύσει, comparari noluerunt, unde Athanasius in Exp. fid. § 2: Ὡς γὰρ οὐκ ἔστιν ἡ πηγὴ ποταμὸς, οὐδὲ ὁ ποταμὸς πηγὴ, ἀμφότερα δὲ ἓν καὶ ταυτόν ἐστιν ὕδωρ ..., οὕτως ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἰς τὸν Υἱὸν θεότης ἀῤῥεύστως καὶ ἀδιαιρέτως τυγχάνει, ubi Benedictinus interpr. *absque fluxione* vertit. Confer Nicænæ Synodi anathema adversus eos qui Filium Dei ῥευστὸν dicere audent. Habent eo sensu vel epitheton ἄῤῥευστος vel inde ductum adverbium Greg. Naz. in Christ. pat. t. II, p. 280, et de Vita sua, t. II, p. 19; Joh. Damasc. de Fide Orthod. cap. 8, plus decies; Methodius et Chrysostomus locis ad H. Steph. Lond. indicatis, aliique. Sed de humanis Christi natalibus, rarius videtur dictum, necdum nobis suppetunt exempla. Usitatius esset in ea re ἀῤῥήτου, quod tamen suspicari non audemus. Nam ut ante tempora a Deo Patre, sic in tempore a matre Virgine ἀῤῥεύστως, sed alio sensu, editus dici potest Filius. Itaque pro γενέσεως, quod magis fortasse proprium erat, maluit Noster γεννήσεως, quod de utraque generatione

habente in se Trinitate, apertissime loquuntur; item de incarnatione Domini Dei Servatorisque nostri Jesu Christi, ejus, inquam, ex virgine ortu sine effluvio, de morbis ab illo sanatis, de vivifica ejus passione et resurrectione a mortuis post triduum, de futuro judicio justaque retributione omnium a nobis in vita gestorum; præterea, quæ in Mosaicis chartis Prophetarumque libris habentur, de mundi creatione, et hominis formatione primum, dein ejectione de Paradiso, rursus instauratione, clara omnia et distincta pronunciant; insuper de multis rebus seu jam præteritis, seu forsan olim eventuris, varium in modum vaticinantur; denique non parum ad legentium utilitatem conferre possunt.

Sibyllæ igitur, ut a multis scriptum est, fuerunt, diversis temporibus locisque, numero decem. *Sibylla* latina est vox idem sonans quod *divinatrix* seu *prophetis*, unde nomen commune factum omnibus fatidicis mulieribus. Prima, fuit Chaldæa seu Persica, proprio nomine Sambethe dicta, quæ fertur Alexandri Macedonis res gestas prædixisse; facitque

accipi potest; et habebat auctoritatem Pseudo-Ignatii ad Trall. § 6, τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν profitentis.

12. Ζωοποιοῦ πάθους. Sic apud Pseudo-Chrysost. de Ador. crucis, t. III, p. 995, sqq. ed. Gaume, sæpe et pæne ad nauseam ζωοποιὸς dicitur ὁ σταυρός, ut de passione hoc epitheton medio ævo tritum fuisse videatur.

13. Ἀνάπλασις verbum hoc quoque theologicum, de instauratione et quasi reformatione hominis, sive, ut nunc apud Nostrum, communi redemptionis beneficio, sive, ut sæpius apud auctores, per singularem baptismi gratiam.

14. Suspicamur περί τε τινῶν, quo defectus copulæ suppleatur. Cæterum in τινῶν accentum servavimus, quem Castalio habet: conf. Hermann. de Emend. rat. Gr. gr. p. 72.

1. Ὡς πολλοὶ ἔγραψαν, Varro in primis et ex eo Lactantius, lib. I, cap. 6, quem secuti sunt apud Latinos Servius, Isidorus; apud Græcos, Scholiasta Platonis ad Phædrum, Photius in Amphilochiis, Suidas et Pseudo-Hesychius Milesius: Græci quidem ita in plerisque ad verbum inter se et cum Nostro convenientes, ut omnes ab uno mutuatos esse appareat; quos inter quo loco veniat Noster, et quosnam præcipue πολλοὺς illos vocet, forsan e sequentibus elucebit. Cæterum tria hæc verba solus sibi propria; reliqua, Σίβυλλαι τοίνυν, κ. τ. λ. cum Suida plane communia habet. Photius et Scholiasta brevius, Σίβυλλαι μὲν γεγόνασι δέκα, qui deinde etymon vocis non addunt, a Suida quoque hic omissum, sed ab eodem haud multo post separatim iisdemque cum Nostro verbis prolatum.

2. Edd. καὶ θήλειαι. A. cum Suida, αἱ θήλειαι, ut nos.

3. Suid. ἡ Χαλδαία, ἡ καὶ Περσίς. Scholiasta et Photius, Χαλδαίαν δέ φασιν αὐτὴν οἱ παλαιοὶ λόγοι, οἱ δὲ μᾶλλον Ἑβραίαν. Sed Lactantius Persicam tantum, non Chaldæam vocaverat aut Hebræam: hæc et quæ sequuntur usque ad verba ἧς μνημονεύει, unde sint desumpta, melius alias disquiremus.

4. Suid. κυρίῳ, ut paulo infra. Deinde idem cum edd. κατὰ Ἀλέξανδρον, ubi A male, κατὰ τὸν Ἀλέξ.

μένη προειρηκέναι, ἧς μνημονεύει ἱκανῶς[5] ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἱστορήσας. Δευτέρα Σίβυλλα[6], ἧς μνήμην ἐποιήσατο Εὐριπίδης ἐν τῷ προλόγῳ τῆς Λαμίης. Τρίτη, Δελφὶς, ἡ ἐν Δελφοῖς τεχθεῖσα, περὶ ἧς εἶπε Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ Θεότητος[7] βιβλίῳ. Τετάρτη, ἡ Ἰταλικὴ, ἡ ἐν μερίᾳ[8] τῆς Ἰταλίας, ἧς υἱὸς ἐγένετο Εὔανδρος, ὁ τὸ ἐν Ῥώμῃ τοῦ Πανὸς ἱερὸν, τὸ καλούμενον Λούπερκον[9], κτίσας. Πέμπτη, ἡ Ἐρυθραία, ἡ καὶ περὶ τοῦ Τρωϊκοῦ προειρηκυῖα πολέμου, περὶ ἧς Ἀπολλόδωρος ὁ Ἐρυθραῖος διαβεβαιοῦται. Ἕκτη, ἡ Σαμία, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Φυτὼ, περὶ ἧς ἔγραψεν Ἐρατοσθένης. Ἑβδόμη, ἡ Κυμαία, ἡ λεγομένη Ἀμαλθία[10], ἡ καὶ Ἐροφίλη[11], παρά τισι δὲ Παραξάνδρα[12]. Βιργίλιος δὲ τὴν Κυμαίαν Δηϊφόβην καλεῖ, Γλαύκου θυγατέρα. Ὀγδόη, ἡ Ἑλλησποντία, τεχθεῖσα ἐν κώμῃ Μαρμίσῳ[13], περὶ τὴν πολίχνην Γεργιτιόνα[14], ἥτις ἐνορία ποτὲ Τρωάδος ἐτύγχανεν, ἐν καιροῖς Σόλωνος καὶ Κύρου, ὡς ἔγραψεν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός. Ἐννάτη, ἡ Φρυγία[25]. Δεκάτη, ἡ Τιβουρτία, ὀνόματι Ἀβουναία[16].

Φασὶ[1] δὲ, ὡς ἡ Κυμαία ἐννέα βιβλία χρησμῶν ἰδίων προσεκόμισε[2] Ταρκυνίῳ Πρίσκῳ, τῷ τηνικαῦτα βασιλεύοντι τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων, τριακοσίους φιλιππαίους[3] ὑπὲρ αὐτῶν ζητήσασα. Καταφρονηθεῖσα δὲ, καὶ οὔτε[4] ἐρωτηθεῖσα τίνα ἐστὶ, πυρὶ παρέδωκεν ἐξ αὐτῶν τρία. Αὖθίς τε ἐν ἑτέρᾳ προόδῳ[5] τοῦ βασιλέως, προσήνεγκε τὰ ἓξ βιβλία, τὴν αὐτὴν ὁλκὴν[6] ἐπιζητήσασα. Οὐκ ἀξιω-

5. Pro ἱκανῶς, Scholiasta ceterique omnes Νικάνωρ, cum Lactantio.

6. Legendum Λίβυσσα cum Scholiasta et reliquis, ac paulo post Λαμίας cum eodem, etsi Photius cum Nostro Λαμίης habet, Suida reticente.

7. Περὶ Θεότητος, Scholiasta quoque : nam Photius et Suidas reticent. Melius tamen Lactantius « de Divinatione, » uti Cicero, Divin. I, cap. 3, duos Chrysippi libros hoc argumento et nomine citans, et Diogenes Laertius, lib. VII, § 149, Chrysippi περὶ Μαντικῆς librum secundum. Non quod stoïcus ille non περὶ Θεῶν quoque scripserit ; sed quonam potius in opere mentionem Sibyllarum fecisset quam in eo, quo, ut ait Tullius, l. c. « totam de Divinatione explicavit sententiam? » Græci ergo hominis error agnoscendus est, qui quum apud Lactantium *de Divinatione* legisset, *de Divinitate* intellexit.

8. Legendum cum Suida ἐν Κιμμερίᾳ. Scholiasta et Photius ἐν ἐρημίᾳ, male. Quæ deinde adduntur de Evandro Sibyllæ patre, petita manifesto sunt e Clemente Alex. Strom. lib. I, p. 384, ed. Ox. et ex ejus textu corrigenda, sic habente : Τὴν Ἰταλικὴν, ἣ τὸ ἐν Ῥώμῃ Κάρμαλον ᾤκησεν, ἧς υἱὸς Εὔανδρος ὁ τὸ ἐν Ῥώμῃ τοῦ Πανὸς ἱερὸν τὸ Λουπέρκιον καλούμενον κτίσας.

9. Lege ex Clemente Λουπέρκιον.

10. Lege cum edd. Ἀμάλθεια.

11. Scripserat librarius ἐριφίλη, quod in ἐροφίλη mutavit. Legendum Ἡροφίλη, etsi Scholiasta Photiusque Ἐρωφίλη scribunt, Suidas autem Ἱεροφίλη.

12. Lege cum Scholiasta et Photio Ταραξάνδρα, omissum a Suida nomen. Deinde A. βιργήλιος aut βεργήλιος, ambigua lectione, habet.

13. A. μαρσίσῳ. Legendum omnino

ejus mentionem Nicanor, qui vitam scripsit Alexandri. Secunda, Libyssa, cujus meminit Euripides in prologo Lamiæ. Tertia, Delphica, Delphis nata, de qua Chrysippus in libro de Divinatione. Quarta, Italica, in Cimmeria Italiæ, cujus filius Evander Romæ fanum Panis, Lupercal appellatum, condidit. Quinta, Erythræa, quæ et de Trojano bello vaticinata est, affirmante Apollodoro Erythræo. Sexta, Samia, proprie Phyto nuncupata, de qua scripsit Eratosthenes. Septima, Cumæa, nomine Amalthea, sive Herophile, sive, ut quibusdam placet, Taraxandra: Virgilius vero Deiphoben vocat, Glauci filiam. Octava, Hellespontia, in vico nata Marmesso, prope oppidulum Gergithium, intra fines olim Troadis situm, circa tempora Solonis et Cyri, uti scripsit Heraclides Ponticus. Nona, Phrygia. Decima, Tiburtina, nomine Albunea.

Tradunt vero Cumæam novem libros oraculorum suorum attulisse Tarquinio Prisco, Romanis tum rebus imperanti, proque iis trecentos philippos ab eo petiisse: quo aspernante, ac ne interrogante quidem, cujusmodi scripta in illis libris continerentur, tres ex iis igne combussit. Rursus in alio congressu regi sex reliquos obtulit, idem statuens quod pro omnibus pretium; spretaque rursus, cremavit

Μαρμήσσῳ. Scholiasta et reliqui varie hoc nomen corruperunt.

14. Imo Γεργίθιον, ut apud Suidam. Photius tamen Γεργετιόνα, Scholiasta Γεργιτίωνα, prave utrumque. Deinde edd. ἡ τῆς ἐνορίας ποτὲ Τρ. ἐτύγχανεν. Suid. αἳ τῆς ἐνορίας π. Τρ. ἐτύγχανον. Sed bona est codicis A. lectio, quam sequimur. Aliter Schol. et Phot. ὑπὸ τὴν ἐνορίαν δὲ αὕτη τῆς Τροίας ἐτύγχανεν.

15. Edd. Φρυγίη. A. et Suid. ut nos.

16. Legendum Ἀλβουναία cum Suida: ceteri male cum Nostro Ἀβουναία.

1. Quæ sequuntur de Sibylla Cumana ejusque libris Tarquinio oblatis, desunt apud Photium et Scholiastam, a Suida tantum breviter excerpta. Sunt autem ex eodem Lactantii capite desumpta, unde cætera quæ præcesserunt. Quare verisimile est eum tempore priorem fuisse, quem ex ipso fonte hausisse apparet, quam ceteros, quibus hauriendi ex se copiam dare potuit: confer etiam infra, pag. 9, not. 1.

2. A. προσεκόμισεν, quod vix notandum. Deinde omnes Ταρκυνίῳ Πρίσκῳ; et sic Lactantius, diserte Tarquinium Priscum nominans. Sed verius, qui ad Superbum hæc referenda censuerunt, uti a nobis demonstrabitur in Exc. III.

2. Φιλιππαίους hic et infra male, quum φιλιππείους oporteret. Absurda est sane philipporum mentio Tarquinianis temporibus: sed hic Lactantii error est, quem etiam stolide auxit Servius ad Æn. VI, v. 72, post « ter centum philippeos » addens: « Qui aurei tunc pretiosi erant. »

4. Legendum οὐδέ. Deinde post τίνα ἐστί, addunt edd. τὰ ἐν αὐτοῖς περισχόμενα (lege περιεχόμενα), ex ingenio fortasse Castalionis: nam in A. desunt.

5. Lege προσόδῳ.

6. Edd. τὸν αὐτὸν ὁλκόν. A. ut nos, rectius, etsi ὁλκόν interdum pro ὁλκήν

θεῖσα δὲ λόγου, πάλιν ἔκαυσεν ἄλλα τρία. Εἶτα ἐκ τρίτου, ἐπιφερομένη[7] τὰ περιλειφθέντα τρία, προσῆλθεν, αἰτοῦσα τὸ αὐτὸ τίμημα, λέγουσα, εἰ μὴ λάβοι, καίειν καὶ αὐτά. Τότε, φασὶν, ὁ βασιλεὺς, ἐντυχὼν αὐτοῖς, καὶ θαυμάσας, ἔδωκε μὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἑκατὸν φιλιππαίους[8], καὶ ἐκομίσατο αὐτὰ, παρεκάλει[9] δὲ περὶ τῶν ἄλλων· αὐτῆς δὲ ἀπαγγειλάσης μήτε τὰ ἴσα τῶν ἐμπρησθέντων ἔχειν, μήτε τι δίχα ἐνθουσιασμοῦ τοιοῦτον εἰδέναι, ἔσθ' ὅτε δέ τινας ἐκ διαφόρων πόλεων καὶ χωρίων ἐξειληφέναι τὰ νομισθέντα αὐτοῖς ἀναγκαῖα καὶ ἐπωφελῆ, καὶ δεῖν ἐξ αὐτῶν συναγωγὴν ποιήσασθαι, τοῦτο τάχιστα καὶ πεποιήκασι. Τὸ γὰρ ἐκ Θεοῦ δοθὲν ὡς ἀληθῶς μυχῷ κείμενον οὐκ ἔλαθε. Πασῶν δὲ τῶν Σιβυλλῶν τὰ βιβλία ἀπετέθησαν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ Ῥώμης τῆς[10] πρεσβυτέρας· τῶν μὲν τῆς Κυμαίας κατακρυβέντων[11], καὶ οὐ διαδοθέντων εἰς πολλοὺς, ἐπειδὴ τὰ συμβησόμενα ἐν Ἰταλίᾳ ἰδικώτερα καὶ τρανότερον ἀνεφώνησε· τῶν δὲ ἄλλων γνωσθέντων ἅπασιν. Ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς Ἐρυθραίας προγεγραμμένα[12] ἔχει τοῦτο ἀπὸ τοῦ χωρίου ἐπικεκλημένον αὐτῇ ὄνομα· τὰ δέ γε ἄλλα οὐκ ἐπιγράφονται ποῖα ποίας[13] εἰσὶν, ἀδιάκριτα δὲ καθέστηκε[14].

Φιρμιανὸς[1] τοίνυν, οὐκ ἀθαύμαστος φιλόσοφος, καὶ ἱερεὺς[2] τοῦ προλεχθέντος Καπιτωλίου γενόμενος, πρὸς τὸ αἰώνιον ἡμῶν φῶς τὸν Χριστὸν βλέψας ἐν ἰδιοίς πονήμασι, τὰ εἰρημένα ταῖς

usurpatum fuisse satis innuit Hesychii glossa: Ὁλκός, ... βάρος.

7. Edd. ἀναφερομένη. A. ut nos.

8. Lege, ut supra, φιλιππείους.

9. Quæ sequuntur de Sibylla supplementum librorum suorum aliunde petendum indicante, desunt apud Lactantium, gratisque videntur a Nostro conficta, respiciente tamen ad ea quæ Lactantii capite eodem narrantur de coactis undequaque Sibyllinorum carminibus post Capitolii incendium. Ea Græcus auctor dum properantius excerpit, videtur ordinem temporum confudisse.

10. Non sine causa τῆς πρεσβυτέρας addit, e Græcorum recentiorum more duas Romas agnoscentium, τὴν παλαιάν, παλαιτέραν, πρεσβυτέραν, πρώτην, προτέραν, Romam veterem; τὴν νέαν, νεωτέραν, Romam novam, id est Constantinopolim. Et jure quidem; quoniam Constantinus urbem suam, quum dedicaret, *novam Romam* appellari jussit: confer Johann. Lydum, de Magistr. II, § 30. Inde, quamvis mos prævaluerit urbis a conditore nuncupandæ, mansit tamen *novæ Romæ*, ideoque et quum de altera sermo esset, *veteris* cognomen, in oratoriis præsertim ac poeticis formulis, vel si forte duas metropoles inter se conferri res postularet, ut apud Themist. Orat. III, p. 51, ed. Dindorf; Claudianum in Rufin. II, v. 54; Corippum de laudibus Justin. min. I, v. 288, et passim. Nec aliter impp. Honorius et Theodosius, cod. XI, tit. 20: « Urbs « Constantinopolitana non solum juris « Italici, sed etiam ipsius Romæ veteris « prærogativa lætetur. » Adde Justinianum, Novell. 9, præf. et Novell. 131, cap. 2. Sed et temporis decursu abiit in vulgarem usum apud Græcos, quoties de Roma Italiæ loquerentur, τῆς πρεσβυτέρας appellatio, uti exemplis testantur Menandri historici excerpta, § 25 et 29, ed. Bonn., quæque alia multa pro-

alios tres. Deinde tertio allatos, qui supererant, tres regi offert, idemque pretium poscit, minata, nisi emerentur, illos quoque se combusturam. Ac tum, inquiunt, rex, evolutis illis, admiratus multum, trecentos philippos jussit ei numerari, accepitque oblata volumina, anxie de ceteris rogitans. Illa respondit se neque habere combustorum similes libros, neque quidquam earum rerum scire sine divino æstu; quosdam tamen ex diversis urbibus et locis excepisse dictorum a se nonnulla, quæ ipsis necessaria aut conducibilia visa essent; ea colligi oportere. Quod etiam quam primum factum est : datum enim divinitus donum in abdito non mansit. Omnium vero Sibyllarum libri repositi fuerunt in Capitolio veteris Romæ, seclusis quidem nec in vulgus prolatis qui Cumææ erant Sibyllæ, quoniam de rebus circa Italiam eventuris proprie magis et apertius vaticinabantur; ceteris vero ab hominum cognitione minime remotis. Porro qui Erythrææ inscripti sunt, habent hoc a natali loco impositum ipsi cognomen : alii titulum auctoris præ se non ferunt, sed indistincti habentur.

Firmianus igitur, non de vulgo philosophus, qui et prædicti Capitolii sacerdos ante fuerat, apertis ad æternam Christi lucem oculis, in suis operibus multa quæ a Sibyllis

ferremus e Byzantinis omnis generis ætatisque scriptoribus, nisi res admodum trita esset. Sed apud Græcos trita, non Latinos unam Romam agnoscentes; quod nos adversus eos observamus, si qui adhuc recentem et Italicam originem asserere huic præfationi contendant.

11. Sic omnino Lactantius, l. c. : « Harum omnium Sibyllarum carmina et « feruntur et habentur, præterquam « Cumææ, cujus libri a Romanis occu- « luntur. »

12. Verius esset ἐπιγεγραμμένα ; sensus tamen idem. Lact. l. c. : « Suntque « confusi [libri], nec discerni ac suum « cuique assignari potest, nisi Erythrææ, « quæ et nomen suum verum carmini « inseruit, etc. » Confer Sibyll. III, v. 813, et nos in Excursu V.

13. Cast. ποῖα ποίοις : nos correximus.

14. A. ἀδιάκριτα (sine δέ) κατέστησα, quod notandum. Vide an reponi possit κατέστησαν. Nos edd. sequimur.

1. En tibi fons quem supra non semel indigitavimus, Firmianus ipse Lactantius, cujus diligentem lectionem multis quidem jam indiciis prodiderat Noster, nunc vero aperte confitetur. Quis vero nunc dubitet ea quæ de decem Sibyllis apud Scholiastam, Photium ceterosque legimus, eadem fere quæ apud Nostrum, et manifesto Lactantiana omnia, e Nostro, id quod jam ante dixeramus, desumpta esse? Atqui Photius ante finem sæculi noni scribebat. Antiquior illo haud dubie fuit Platonis Scholiasta, quem, ut pote pleniorem, excerptum ab eo fuisse patet. Scholiastam præcessit Noster, vix igitur posterior noni sæculi initiis; quæ sane non contemnenda est antiquitas.

2. Fuisse Lactantium Capitolii sacerdotem, unde Nostro venerit in mentem, ignoramus: quippe non Romæ sacerdos, sed in Africa rhetor, inde Nicomediam rhetoricæ docendæ causa evocatus, ibi

Σιβύλλαις περὶ τῆς ἀῤῥήτου δόξης παρέθηκε, καὶ τὴν ἀλογίαν τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης δυνατῶς ἀπήλεγξε. Καὶ ἡ μὲν αὐτοῦ ἔντονος ἐξήγησις τῇ Αὐσονίᾳ[3] γλώττῃ, οἱ δὲ Σιβυλλιακοὶ στίχοι Ἑλλάδι φωνῇ ἐξηνέχθησαν. Ἵνα[4] δὲ τοῦτο μὴ ἄπιστον φαίνηται, μαρτυρίαν τοῦ προμνημονευθέντος ἀνδρὸς παρέξομαι, ἔχουσαν τόνδε τὸν τρόπον· [Ἐπεὶ[5] οὖν τὰ παρ' ἡμῖν εὑρισκόμενα Σιβυλλιακὰ οὐ μόνον ὡς εὐπόριστα τοῖς νοσοῦσι[6] τὰ Ἑλλήνων εὐκαταφρόνητά ἐστι (τὰ γὰρ σπάνια τίμια δοκεῖ), ἀλλὰ καὶ ὡς πάντων τῶν στίχων μὴ σωζόντων τὴν ἀκρίβειαν τοῦ μέτρου, ἀργοτέραν[7] ἔχει τὴν πίστιν· αἰτία[8] δὲ αὕτη τῶν ταχυγράφων, οὐ[9] συμφθασάντων τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου, ἢ[10] ἀπαιδεύτων γενομένων, οὐ τῆς προφήτιδος· ἅμα[11] γὰρ τῇ ἐπιπνοίᾳ ἐπέπαυτο ἡ τῶν λεχθέντων μνήμη. Πρὸς ἃ καὶ ὁ Πλάτων[12] βλέψας ἔφη, ὅτι κατορθώσουσι πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσιν.] Ἡμεῖς[13] οὖν ἐκ τῶν κομισθέντων ἐν Ῥώμῃ ὑπὸ τῶν πρέσβεων ὅσα δυνατὸν παραθήσομεν· ἐξηγήσατο τοίνυν περὶ τοῦ ἀνάρχου Θεοῦ τάδε·

Εἷς Θεὸς, ὃς μόνος ἄρχει[1] ὑπερμεγέθης, ἀγένητος.

Christo nomen dedit, teste Hieronymo de Scriptt. Eccl.

3. Αὐσονίᾳ pro Ἰταλικῇ utitur Noster, poetica quidem voce et medii præsertim ævi poetis cara: sic Theodor. Prodrom. in Gregor. epigr. 22, v. 2, Αὔσονα Ῥώμην vocat, et Nicephorus Callisti, in synoptico, Αὐσοναρχίαν, et apud Constant. Manassen sæpe leguntur Αὐσονάναξ, αὐσονάρχης, αὐσονοκράτωρ. Veteres quoque Lexicographi, Hesychius, Zonaras, etc.: Αὐσονίων, Ἰταλῶν. Notum est autem, quantum poeticis vocibus gavisa sit apud Byzantinos prosa etiam oratio.

4. Ἵνα δὲ τοῦτο, κ. τ. λ. Hoc certe non Italis aut Latinis scriptum, sed Græcis, quibus Lactantii opera parum innotuissent, quique mirari possent ab auctore Latino Græca proferri. Et ut verbo dicamus, quæcumque de Lactantio Noster, etiamsi in ejus laudibus multus est, tanquam de hospite et cum hospitibus loquitur. Quis Antimachum, quis Italum ullum hominem hæc scripturum fuisse existimet?

5. Ἐπεὶ οὖν et quæ sequuntur uncis quadratis inclusa, Lactantiana non sunt, quod tamen series orationis postulabat; sed pleraque ex Justino decerpta, id quod prolatis ipsius verbis demonstrabimus. Mirum igitur unde in hunc locum irrepserint, nisi auctor, absoluta jam præfatione, aliud cogitans, importuno loco hæc addidit. Certe et Scholiastæ Platonis et Photio fuerunt ob oculos; a Suida magna etiam ex parte, ut infra dicemus, transcripta sunt.

6. A. νοσοῦσι τῶν ἑλλ., male. Scriptum est νοσοῦσι τὰ Ἑλλήνων, eodem plane modo quo in scholio Sibyllinis carminibus interpolato, libri II initio, τοὺς πολυθεΐαν νοσοῦντας, ut scholion illud ab eadem, qua præfatio, manu profectum esse videatur. Sed si attendas ad ea quæ de gentilibus adduntur, tanquam adhuc aliqua existimatione dignis, altiorem fortasse ætatem, quam supra dixeramus, Nostro tribues, nec sæculo sexto recentiorem.

7. Ἀργοτέρα πίστις est ἀσθενεστέρα, minus proprio sensu, sed a theologis invecto, quibus ἀργὴ πίστις sæpe dicitur ἡ χωρὶς ἔργων, secundum illud Jacobi bene notum, Epist. cap. 5, v. 6.

8. Edd. αἰτία δὲ τῶν ταχ. omisso αὕτη quod ex A. reposuimus. Hæc porro et quæ sequuntur usque ad verba ἡ τῶν

dicta de ineffabili gloria reperisset, protulit, græcæque superstitionis amentiam validis confutavit argumentis, acer veritatis interpres, Ausonia ille quidem lingua, sed ita ut Sibyllinos versus græce citaret. Ac ne cui falsum id videatur, afferam ipsius testimonium hoc tenore : [Quoniam ergo quæ apud nos reperiuntur Sibyllina, non solum, ut de medio sumpta, græco errore laborantibus sordent (sola enim raritas in pretio est), sed ob id etiam quod non omnes versus exactos numerorum versus retinent, minus fidei inveniunt ; scias hanc notariorum esse culpam, qui vel sermonis velocitatem scribendo assequi nequiverunt, vel etiam indocti fuerunt, non ipsius Sibyllæ, cui, deficiente spiritu, cessabat a se dictorum memoria ; atque hanc ob causam scripsit Plato, multa magnaque a vatibus effici nihil scientibus eorum quæ dicant.]
« Nos igitur ex iis quæ Romam a legatis allata sunt, quæ po-
« terimus, adducemus. Atque hæc quidem de Deo principii
« experte professa est : Εἷς Θεὸς, ὃς μόνος ἄρχει, κ. τ. λ.

Unus Deus, qui solus regnat, maximus, nunquam natus.

λεχθέντων μνήμη, occurrunt totidem prope expressa literis apud Suidam et excerptorem Suidæ Pseudo-Hesychium Milesium, ex ipsa hac, ut videntur, præfatione orta. Sententiam autem et ipsa passim verba dedit Justinus, Cohort. ad Gr. § 37 (p. 34, ed. Paris. 1742) : Καὶ ταύτην ἔλεγον αἰτίαν εἶναι τῆς ἐνίων ἐπῶν ἀμετρίας, τῆς μὲν χρησμῳδοῦ ... μὴ μεμνημένης τῶν εἰρημένων, τῶν δὲ ὑπογραφέων δι' ἀπαιδευσίαν τῆς τῶν μέτρων ἀκριβείας ἐκπεπτωκότων.

9. Suidas quoque οὐ συμφθασάντων, verbo non optimæ quidem ætatis, sed recto tamen. Pseudo-Hesychius una voce, eaque barbara, ἀσυμφθασάντων, librarii vitio, male Suidam exscribentis.

10. Edd. cum Suida, ἢ καὶ ἀπαιδ. ubi A. καί omittit

11. Justin. l. c. sed paulo ante: Αὕτη γὰρ οὐχ, ὥσπερ οἱ ποιηταὶ, καὶ μετὰ τὸ γράψαι τὰ ποιήματα εἶχεν ἐξουσίαν διορθοῦσθαι καὶ ἐπιξέειν, μάλιστα διὰ τὴν τῶν μέτρων ἀκρίβειαν ..., παυσαμένης δὲ τῆς ἐπιπνοίας ἐπέπαυτο καὶ ἡ τῶν εἰρημένων μνήμη.

12. Just. l. c. : Διὰ τοῦτο τοίνυν τὸν Πλάτωνα, εἰς τοὺς τῆς Σιβύλλης ἀφορῶντα χρησμοὺς, περὶ τῶν χρησμῳδῶν τοῦτ' εἰρηκέναι δῆλον· ἔφη γὰρ οὕτως· Ὅταν κατορθῶσι λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι. Platonis verba sumpsit Justinus e Menone (p. 387, ed. Becker), ubi nota cum ipso Justino, non ad Sibyllam aut Sibyllas præcipue, sed ad omnes τοὺς χρησμῳδοὺς καὶ μάντεις seu θεομάντεις hæc referri. In fine A. λέγουσιν, ut nos, ubi edd. λέγουσι.

13. Ἡμεῖς οὖν, κ. τ. λ. Hæc jungenda cum iis quæ parenthesin præcesserunt, summa quidem fide translata ex ipso Lactantio, lib. I, cap. 6 : « In iis ergo versibus quos legati Romam attulerunt, de uno Deo hæc sunt testimonia : Εἷς Θεὸς, κ. τ. λ. » Constat igitur sequentes versus ab hujus præfationis fine non debuisse distrahi, quod in Betuleiano et Oxoniensi codd. atque adeo in editione principe factum est, dum præfatio ipsa supprimitur; necnon in Castalionis cæterisque edd. dum procemium e Theophilo desumptum huc infertur. Male in A. et in edd. quasi novus iis inscribitur titulus, Περὶ τοῦ ἀνάρχου Θεοῦ.

1. Princeps ed. εἷς θεὸς μόνος ὃς ἀρχή : correxit Cast. Est hic versus in Procemio, v. 7.

Ἀλλὰ Θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος[2], ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν, ἠέλιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην,
Καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου.
Ὅς[3] μόνος ἐστὶ Θεὸς κτίστης, ἀκράτητος ὑπάρχων·
Αὐτὸς στήριξεν μορφῆς τε τύπον, μερόπων τε
Αὐγὰς μίξε, φύσιν πάντων γενεῆς βιότοιο.

Ὅπερ[4] εἴρηκεν ἢ καθὸ συνερχόμενοι εἰς σάρκα μίαν προσγίνονται[5], ἢ καθὸ ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων, ἐναντίων ὄντων ἀλλήλοις, καὶ τὸν ὑπερουράνιον[6] κόσμον καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐδημιούργησε.

2. Pr. μόνος εἷς πάντων ὑπέρτατος: correxit Cast. Hic quoque versus et duo seqq. in Procemio leguntur, v. 41-43.

3. Sunt hic et duo seqq. apud Lactantium, non tamen statim post priores, neque eodem capite aut libro, sed lib. II, cap. 12, cum multa lectionis varietate, de qua nos plura ad fragm. II, post finem octavi libri disseremus, ubi de eorum quoque significatione et loco quem olim in Sibyllinis obtinebant. Notandum interim in A. στήριξε legi, ubi nos cum edd. στήριξεν, et versu sequenti μῖξε, accentu in mss. usitato.

4. Ὅπερ εἴρηκεν, κ. τ. λ. Attulit hæc Betuleius in notis, non tanquam præfationi addenda, quam ignoravit; sed ut breve quoddam scholion ad marginem ultimi versus in exemplari suo repertum. Legitur in A. quoque totidem verbis, neque ad marginem, sed continuo post præcedentes versus. Illud Cast. et Ops. male et injuria omiserunt; restituimus nos, et præfationi addimus, tan-

Sed Deus solus unus supremus, qui fecit
Cœlum, solemque, et stellas, et lunam,
Frugiferamque terram, et marinorum tumores fluctuum.
Qui solus est Deus creator, invictus manens,
Ipse statuit formæ [humanæ] normam, hominumque
Lucem [vitalem] miscuit, naturam omnium generationis ac vitæ.

Quod ita dixit, seu quatenus in unam carnem congressi miscentur, seu quia ex elementis quatuor sibi invicem contrariis mundum sub cælo universum hominemque ipsum Deus creavit.

quam ab eadem manu profectum: neque enim pro scholio habendum putavimus id quod manifesto, ad claudendam apte præfationem, tam exquisitis verbis tamque accurata periodo circumductum esse videbamus.

5. Edd. et A. εἰς σάρκα μίαν πατρὸς γίνονται. Sed in A. pro πατρὸς scriptum est usitato compendio προς cum lineola superaddita, unde lectio nostra facile expeditur. Et est manifesto ducta sententia e Genesi, cap. 2, v. 24: Καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, quem locum protulit Apostolus ad Ephes. cap. 5, v. 31. Προσγίνονται igitur, pudico verbo, idem est quod πλησιάζουσι.

6. Sic Betuleius e codice suo; sic etiam A. ὑπερουράνιον. Sed ὑπουράνιον legendum monet locus insignis apud Macarium, Homil. XLV, p. 222: Δύο κόσμους ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς τὸν μὲν ἄνω τοῖς λειτουργικοῖς πνεύμασι...., τὸν δὲ κάτω τοῖς ἀνθρώποις ὑπὸ τὸν ἀέρα τοῦτον. Confer Suicerum, v. κόσμος.

ΧΡΗΣΜΟΙ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΟΙ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΛΥΚΟΝ.

Ἄνθρωποι θνητοὶ καὶ σάρκινοι, οὐδὲν ἐόντες,
Πῶς ταχέως ὑψοῦσθε, βίου τέλος οὐκ ἐσορῶντες;
Οὐ τρέμετ', οὐδὲ φοβεῖσθε Θεὸν, τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν,
Ὕψιστον γνώστην, πανεπόπτην, μάρτυρα πάντων,
Παντοτρόφον κτίστην, ὅστις γλυκὺ πνεῦμ' ἐν ἅπασι

Tit. Gen. Princeps editio, in fronte voluminis, Σιβυλλιακῶν χρησμῶν λόγοι ὀκτώ: sed eadem in fronte libri primi, Οἱ τῆς σιβύλλας χρησμοί. Sic etiam Cast. Brevius et melius Ops. Σιβυλλιακοὶ χρησμοί, nec multo secus codex L. Χρισμοὶ (*sic*) σιβυλλιακοί. Antimachi codex, nunc Vindobonensis, Οἱ σιβυλλιακοὶ χρησμοί. Florentinus cod. Στίχοι σιβυλλιακοί. Codex R. Ἀρχὴ σὺν θεῷ τῆς τῆς (*sic*) σιβύλλης βίβλου. Codicis B. id est Bodleiani sive Oxoniensis, titulus vetustate erasus est.

Prooem. Abest fragmentum hoc a Pr. ed. neque in ullo Sibyllinorum codice reperitur. Adduxit primus Cast. e Theophili ad Autolycum libro II, (p. 375, ed. Paris. 1742), ubi hæc præmissa legas: Σίβυλλα δὲ ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι γενομένη προφῆτις, ἐν ἀρχῇ τῆς προφητείας αὐτῆς ὀνειδίζει τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, λέγουσα, Ἄνθρωποι θνητοί, κ. τ. λ. Quod autem scribit Theophilus ἐν ἀρχῇ τῆς προφητείας αὐτῆς, confirmat Lactantius, Div. Inst. lib. IV, cap. 6: « Sibylla, inquit, Erythræa in carminis « sui principio, quod a summo Deo ex- « orsa est. » Statimque Procemii versus duos, 5 et 6, affert. Hinc suus est fragmento locus assignatus initio carminum omnium, ante ceteros libros, *Proœmium*que appellatum, quum fortasse *primus liber* inscribi debuisset. Certe nec primi, neque ullius unquam libri pars fuisse videtur, sed per se olim integrum stetisse, sicut nunc quoque stat, excepta quadam in medio lacuna. Quod ad ætatem spectat, antiquum fuerit oportet nec posterius secundi sæculi initiis, quum a Justino citetur. Utrum a Judæo aliquo scriptum ante Christi tempora (quod Bleekio et Gfrörero visum), an a primævæ ecclesiæ Christiano (quod Thorlacio placuit), nec nunc apte dijudicari potest, et plenius disquiretur in nostro de Sibyllinis Excursu V.

1. Theophili princeps ed. (Tigur. 1546), et codex Oxoniensis Bodleianus antiquissimus a Fello et Wolfio collatus (quæ solæ sunt ad Theophili textum auctoritates), ἐῶντες habent: correxit Ops. Citatur vero hic versus a Clemente Alex. Stromat. lib. III, p. 517, ed. Ox. Similem confer apud Sibyllam, lib. III, v. 8,

ORACULA SIBYLLINA.

PROOEMIUM

EX THEOPHILI LIBRIS AD AUTOLYCUM.

Mortales homines, o qui caro, qui nihil estis,
Vosne adeo efferri, neque finem cernere vitæ!
Non tremitis, summumque Deum (vos aspicit ille)
Non formidatis! qui novit cuncta videtque,
Magnus alit qui cuncta parens, atque omnibus almum

cujus libri initium pæne totum, v. 8-35, ex hoc procœmio defluxisse, nos in Excursu V, præeuntibus Bleekio et Gfrörero, demonstrabimus.

2. Βίου τέλος, æternaque post mortem supplicia (confer infra, v. 81, sqq.) iis intentare qui veritati aures præcluserint, vide ne ad christianam magis indolem quam ad judaicam accedat.

3. Petr. epist. I, cap. 2, v. 25 : Τὸν ποιμένα καὶ ἐπίσκοπον τῶν ψυχῶν ὑμῶν, id est Deum.

4. Theophili Pr. et cod. παντεπόπτην: correxit Cast. Minus recte in Magna Patrum Biblioth. Paris. 1624, παντόπτην : quam Ducæi, ut videtur, conjecturam Fell. et Wolf. retinuerunt, quum Wolfio ipsi magis arrideret Castalionis lectio. Certe παντεπόπτης, Æschylea vox, affertur e Clemente Romano, ep. I ad Cor. § 58 ; Polycarpo item, aliisq. ecclesiæ patribus ; πανεπόπτης, ex Isidoro Pelusiota, lib. II, ep. 199, et III, ep. 247, quod metri lex apud Sibyllam præferri jubet. Cur vero post γνώστην, non ut cæteri post ὕψιστον distinxerimus, in causa fuit simile hemistichium, Sibyll. lib. II, v. 177 : Ὕψιστος πάντων, πανεπίσκοπος, locum monstrante Ops. Confer etiam lib. I, v. 152.

5. Apud Theoph. παντότροφον : correxit Fell. monente jam olim Turnebo ; et sic apud Lact. lib. IV, cap. 6, hunc et seq. versum, ut diximus, afferentem. Distinctionem post primam vocem sustulimus, quæ nec in Lactantio apparet. In fine, ἅπασι de rebus an de hominibus accipias, dubium est : nos de hominibus potius ; sed parum aut nihil refert, quum idem Dei Spiritus et per omnes rerum partes meare, et in hominum præcipue pectoribus consistere credatur. Sed quamvis de Spiritu Sancto agi palam sit, fatendum est non statim inde christianum auctorem evinci. Fuit enim Judæis quoque Alexandrinis (confer Gfrörerum de Philone, t. I, p. 229, sqq.) divina quædam ἀπόῤῥοια, fons vitæ lucisque, τὸ Πνεῦμα, ἡ Σοφία, ὁ Λόγος, Spiritum nempe et Verbum confundentibus, quo errore quosdam primævi christianismi asseclas haud caruisse constat. Unde ipse quamvis recentior Lactantius, judaïci erroris

Κάτθετο, χήγητῆρα βροτῶν πάντων ἐποίησεν.
Εἷς Θεὸς, ὃς μόνος ἄρχει, ὑπερμεγέθης, ἀγένητος,
Παντοκράτωρ, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα,
Αὐτὸς δ' οὐ βλέπεται θνητῆς ὑπὸ σαρκὸς ἁπάσης.
Τίς γὰρ σὰρξ δύναται τὸν ἐπουράνιον καὶ ἀληθῆ
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν Θεὸν ἄμβροτον, ὃς πόλον οἰκεῖ;
Ἀλλ' οὐδ' ἀκτίνων κατεναντίον ἠελίοιο
Ἄνθρωποι στῆναι δυνατοὶ, θνητοὶ γεγαῶτες
Ἄνδρες, ἐν ὀστήεσσι φλέβες καὶ σάρκες ἐόντες.
Αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡγήτορα κόσμου,
Ὃς μόνος εἰς αἰῶνα καὶ ἐξ αἰῶνος ἐτύχθη
Αὐτογενὴς, ἀγένητος, ἅπαντα κρατῶν διαπαντὸς,
Πᾶσι βροτοῖσι [νέμων] τὸ κριτήριον ἐν φαῒ κοινῷ.
Τῆς κακοβουλοσύνης δὲ τὸν ἄξιον ἕξετε μισθὸν,
Ὅττι Θεὸν προλιπόντες ἀληθινὸν ἀέναόν τε
Δοξάζειν, αὐτῷ τε θύειν ἱερὰς ἑκατόμβας,

haud temere incusatus ab Hieronymo, ep. ad Pammach. p. 345, ed. Bened. τὸ Πνεῦμα hoc loco de Filio accepit: qua de re plura nos in Excursu V.

6. Theophili Pr. et cod. κατέθετο: correxit Cast. Deinde pro βροτῶν habet Lactantius notabilem lectionem θεόν, sic nempe: χήγητῆρα θεὸν πάντων ἐποίησεν, quam e sua falsa, ut diximus, doctrina ad Dei filium retulit; confer not. pr.

7. Theophili Pr. et cod. εἷς θεὸς μόνος ἄρχει, omisso ὅς: restituit Cast. e Lactantio, apud quem legitur hic versus, Div. Inst. lib. I, cap. 6; legitur quoque, nec solus, sed cum duobus seqq. apud Justinum, Cohort. ad Gr. § 16. Sed Lact. εἷς θεὸς ὅς: Justin. εἷς δὲ θεός, sine ὅς: uterque, quod mireris, ἐστὶν pro ἄρχει vulgo scriptum exhibent. Lactantii tamen codd. optimi, ἀρχή vel ἄρχει: codex Armamentarii Parisiensis, excerpta Lactantiana continens, vetustissimus, αχρι dat, (vel αχριν potius, ob apicem ultimæ literæ impositum), manifesto pro ἄρχει, etsi latina versio ἄχρι agnoscit, ita se habens: « Unus Deus « qui solus est usque. »

8. Apud Justinum non παντοκράτωρ legitur, sed αὐτοφυής (confer nos infra ad v. 17), et ὁρώμενος pro ὁρῶν μόνος. Similis huic versui sententia est in Orphicis, fragm. I, v. 1. ed. Hermann.: Οὐδέ τις αὐτὸν Εἰσοράᾳ θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται: item fragm. II, v. 11, sqq. inque aliis Orphicorum fragmentis.

9. Theophili Pr. et cod. θνητῆς δ' ὑπό.

10. Hic et tres seqq. sunt apud Clem. Alex. Protrept. p. 61, iterumque apud eumdem, Stromat. V, p. 714. Transcripsit e Clemente Eusebius, Præp. XIII, p. 678. Recurret pars ejusdem sententiæ sub libri III initium, ubi multa ex hoc procemio, ut diximus. Summa autem totius loci ducta videtur e Xenoph. Memorab. IV, cap. 3, p. 283, ed. Schneid.: Οὗτος τὰ μέγιστα μὲν πράττων ὁρᾶται, τάδε δὲ οἰκονομῶν ἀόρατος ἡμῖν ἐστιν. Ἐννόει δ' ὅτι καὶ ὁ πᾶσι φανερὸς δοκῶν εἶναι ἥλιος οὐκ ἐπιτρέπει τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτὸν ἀκριβῶς ὁρᾶν, ἀλλ' ἐάν τις ἀναιδῶς ἐγχειρῇ θεᾶσθαι, τὴν ὄψιν ἀφαιρεῖται. Quem locum memoriter citans admodum corrupit Clemens, ll. cc. Eodem respexerunt Cicero de Nat. Deor. I, § 12; Minutius Felix, § 19; Cyrill. adv. Jul. I, p. 32.

13. Theophili Pr. et cod. δύνανται: correxit Ops. Deinde vero τὸν οὐράνιον: correxit Cast. e Clauseri conj.

Insinuat flatum, terrestria corda regentem.
Unus de cælo regnat Deus : ille supremus,
Omnipotens, nunquam genitus, coram aspicit unus
Omnia, mortali non aspectabilis ulli.
Corporeo quis enim valeat contingere visu
Cælestem verumque Deum, super astra sedentem,
Quum nec flammantis radiantia lumina solis
Sustineant oculi mortales cernere contra !
  Vos, homines, venis compacta et carnibus ossa,
Hunc colite, hunc unum, qui solus regnat in orbe,
Qui solus semperque fuit, semperque futurus;
Ingenitus, de se genitus, tenet omnia semper,
Humanosque regit communi in lumine sensus.
  Præmia sed mentis perversæ digna feretis,
Æterno quoniam veroque auctore relicto,
Cui decuit laudes et sanctas ferre hecatombas,

14. Theophili Pr. ed. ἑνὸς τήεσσι : correxit Ops. et jam præsenserat Clauserus *ossa* vertens. Fell. ἐν ὀστοῖσι, sed contra metrum. Codex Ox. ἑνὸς πίεως, absurde. Insolita est dativi forma, ὀστήεσσι, nec damnanda tamen, et talia sæpe sibi indulgent poetæ: confer nos de Græcitate Sibyllina. Ceterum simillimus est versus a Clemente, Strom. lib. V, p. 693, allatus tanquam Orphicus : Ἐπεὶ σάρκες τε καὶ ὄστεα ἐμπεφύασιν, et eodem redit quod supra v. 1, ἄνθρωποι σάρκινοι dicti sunt. Fons omnibus unus, Genes. cap. 6, v. 3 : Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις εἰς τὸν αἰῶνα, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας, observante Gfrörero.

15, 16. Citat hos duos Lactantius, I, cap. 6, variante lectione in uno verbo ἐτύχθη, ἐτέχθη, ἔτυχεν vel ἔτυχε. Apud Theoph. ἐτέχθη: sed melius Ops. ἐτύχθη, verbum et ad theologicam fidem aptius, et poetis haud insolens.

17. Huc videtur respexisse Lactantius, I, cap. 7, quum ait : « Consequens est « ut, quando nihil ante illum fuit, ipse « ante omnia ex seipso sit procreatus : « itaque ab Apolline αὐτοφυής, a Sibylla « αὐτογενής et ἀγένητος et ἀποίητος nominatur. » Unde in Sibyllino versu pro διαπαντός suspicabatur Ops. ἀποίητος, quod fortasse Lactantius in exemplari suo habuit; certe nusquam hodie in Sibyllinis ea vox reperitur. Αὐτοφυής vero non modo in Apollinis oraculo legitur quod paulo ante a Lactantio citatum erat : Αὐτοφυὴς, ἀδίδακτος, κ. τ. λ. Sed et apud ipsam Sibyllam, lib. III, v. 12 ; sicut αὐτολόχευτος, lib. I, v. 20; αὐτογένητος, lib. VIII, v. 430. Nec aliud sibi vult αὐτογένεθλος, in oraculo quodam apud Euseb. Præpar. IX, cap. 10, aliaque consimilia in Orphicis et apud Nonnum poetice magis quam vere dicta, damnante haud injuria Pseudo-Clemente,' Recogn. III, cap. 3, eos qui *autopatora* et *autogeneton* vocant Deum natura sua ingenitum : sed aliquid ignoscendum poetis.

18. Apud Theoph. πᾶσι βροτοῖσιν ἐνών, sed recte conjecit editor Paris. 1742, πᾶσι βροτοῖσι νέμων, quod statim probandum ei qui μ et ν literas, quam sint in codd. similes, observaverit. Stare nullo modo poterat ἐνών de Deo Patre, qui supra, v. 5 et 6, non ipse omnibus inest, sed omnibus Spiritum rectorem infundit. Τὸ κριτήριον intellige faculta-

Δαίμοσι τὰς θυσίας ἐποιήσατε τοῖσιν ἐν ᾅδῃ.
Τύφῳ καὶ μανίῃ δὲ βαδίζετε, καὶ τρίβον ὀρθὴν
Εὐθεῖαν προλιπόντες, ἀπήλθετε τὴν δι' ἀκανθῶν
Καὶ σκολόπων. Τί πλανᾶσθε, βροτοί; Παύσασθε, μάταιοι,
Ῥεμβόμενοι σκοτίῃ καὶ ἀφεγγέϊ νυκτὶ μελαίνῃ,
Καὶ λίπετε σκοτίην νυκτὸς, φωτὸς δὲ λάβεσθε.
Οὗτος ἰδοὺ πάντεσσι σαφὴς, ἀπλάνητος ὑπάρχει.
Ἔλθετε, μὴ σκοτίην δὲ διώκετε καὶ γνόφον αἰεί·
Ἠελίου γλυκυδερκὲς ἰδοὺ φάος ἔξοχα λάμπει.
Γνῶτε δὲ κατθέμενοι σοφίην ἐν στήθεσιν ὑμῶν·
Εἷς θεός ἐστι, βροχὰς, ἀνέμους, σεισμοὺς ἐπιπέμπων,
Ἀστεροπὰς, λιμοὺς, λοιμοὺς, καὶ κήδεα λυγρὰ,
Καὶ νιφετοὺς, κρύσταλλα. Τί δὴ καθ' ἓν ἐξαγορεύω;
Οὐρανοῦ ἡγεῖται, γαίης κρατεῖ, [ἄϊδος ἄρχει].
. . . .
Εἰ δὲ θεοὶ γεννῶσι καὶ ἀθάνατοί γε μένουσι,
Πλείονες ἀνθρώπων γεγενημένοι οἱ θεοὶ ἦσαν,
Οὐδὲ τόπος στῆναι θνητοῖς οὐκ ἂν ποθ' ὑπῆρξεν.
. . . .
Εἰ δὲ γεννητὸν ὅλως καὶ φθείρεται, οὐ δύνατ' ἀνδρὸς

tem dignoscendi bona malaque, vel ipsum Spiritum hujus facultatis arbitrum, quem ideo v. 6, βροτῶν ἡγητῆρα dixit. Ἐν φαΐ κοινῷ (sic recte apud Theophilum pro ἐν φάει) est *in communi et aperta omnibus luce*, sicut lib. I, v. 348, et lib. III, v 494: nec tamen naturalis lux innuitur, sed, ut scribit Johannes, Evang. cap. I, τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Sibyllam, ut multos veterum, τὸν Λόγον et τὸ Πνεῦμα non satis distinguere, jam ad v. 5 annotavimus.

21. Hecatombarum mentio judaïcum, non christianum sonare visa est doctissimo Bleekio: sed plura nos de hac re in Excursu V.

22. Sic Theophilus ἐν ᾅδῃ, pro quo Ops. ceterique ἐν ᾅδου. Ducta autem est sententia e Psalm. 95, v. 6: Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια.

23. Hunc et seqq. 24, 25, 27, citat Clemens Alex. Protrept. p. 23.

24, 25. Apud Theoph. ἀπήλθετε, καὶ δι' ἀκανθῶν καὶ σκολόπων ἐπλανᾶσθε, posita hic maxima distinctione et sensu clauso, ut deinde nova sententia incipiat: Βροτοὶ, παύσασθε μ. Sed Clemens, ut nos, nisi quod male βροτοίων vel βροτέων habet, ubi omnes cum Theophilo βροτοί. Haud absimile est apud Petrum, Epist. 2, cap. 2, v. 16: Καταλιπόντες τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, ἐπλανήθησαν.

26. Deest hic versus apud Clementem.

27. Clem. καλλίπετε.

28. Hunc quoque citat cum septem seqq. Clemens, Protrept. p. 66, eumdemque rursus, sed solum, Strom. V, p. 718, utrobique legens, οὗτος ἰδὲ πάντ' ἐστὶ σαφής.

29. Clem. καὶ ψόφον, et alibi καὶ ζόφον habet.

30. Theophili Pr. et cod. καταθέμενοι: correxit Ops.

34. Clemens, in edd. plerisque, κρύσταλλά τε. Τί καθ' ἓν ἐξαγ.

35. Theoph. et Clem. in fine versus,

Manibus infernis fecistis sacra, superbi
Insanique homines : hinc longe a tramite recto
Errastis per iter scopulis et sentibus horrens.
Desinite (ah! quis vos transversos abripit error?),
Desinite incassum tetras palpare tenebras,
Mortales miseri! noctisque nigrore relicto,
Arripite oblatam lucem : patet omnibus ecce,
Clara, errore vacans : ne currite semper ad umbram,
Quum sol dulce nitens late omnia luce serenat.
Sed vos hæc animis sapienter inurite vestris :
Unus, qui ventos et fulgura mittit et imbres,
Est Deus : ille famem, pestem, tristesque dolores,
Ille nives, glaciem fundit. Quid plura recordor?
Ille tenet cælum, terram regit, imperat orco.

. . . .

Si prolem generare immortalesque daretur
Esse Deos, numero plures mortalibus irent,
Nec standi locus aut spatium terrestribus esset.

. . . .

Si, genitum est quodcumque, perit, nequit esse creatus

αὐτὸς ὑπάρχει, pro quo recte animadvertit Schwartzius, in Analectis, legendum esse ἄϊδος ἄρχει. Eam nos conjecturam, nobis certam, plerisque probatam, uncis tamen includendam duximus, conante Gfrörero vulgatam tueri, quamvis frustra. — Post hunc sequebatur apud Theophilum versus qui nobis est 39, sed ita ut lacunam interesse moneret ipse Theophilus his verbis : Καὶ πρὸς τοὺς γεννητοὺς λεγομένους ἔφη, Εἰ δὲ γενητὸν, κ. τ. λ. Ecce autem ex ejusdem Theophili libro eodem, initio, p. 348, ed. Paris. tres alii versus Sibyllini proferuntur in eam lacunam manifesto cadentes, ut Opsopœo omnibusque deinceps interpretibus visum; quos ideo nos suo loco reponere non dubitavimus, iique nobis sunt 36—38. Alia duo fragmenta a Lactantio servata, et fortasse ad eamdem lacunam pertinentia, sic statuentibus Bleekio et Gfrörero, tamen, ut minus certa, inter fragmenta, n° 1 et 2, remanere jussimus, ubi ea vide cum notis.

36. Theophili Pr. εἰ δὲ γεννῶσι, unde Cast. εἰ δέ γε γεννῶσι : sed codex, εἰ δὲ θεοί γ. ut nos, quod jam in Theophili ed. Paris. receptum fuit. Totam vero nos illius patris argumentationem huc revocandam censemus, quoniam tota videtur e Sibyllinis desumpta : Καὶ τῶν μὲν τότε θεῶν, εἴπερ ἐγεννῶντο, γένεσις πολλὴ ηὑρίσκετο· τὸ δὲ νῦν ποῦ θεῶν γένεσις δείκνυται; Εἰ γὰρ τότε ἐγέννων καὶ ἐγεννῶντο, δῆλον ὅτι ἐχρῆν καὶ ἕως τοῦ δεῦρο γίνεσθαι θεοὺς γεννητούς· εἰ δὲ μή γε, ἀσθενὲς τὸ τοιοῦτο νοηθήσεται· ἢ γὰρ ἐγήρασαν, διὸ οὐκέτι γεννῶσιν, ἢ ἀπέθανον, καὶ οὐκέτι εἰσίν. Εἰ γὰρ ἐγεννῶντο θεοὶ, ἐχρῆν καὶ ἕως τοῦ δεῦρο γεννᾶσθαι· καθάπερ γὰρ καὶ ἄνθρωποι, γεννῶνται. Μᾶλλον δὲ καὶ πλείονες θεοὶ ὤφειλον εἶναι τῶν ἀνθρώπων, ὥς φησι Σίβυλλα, Εἰ δὲ θεοὶ γεννῶσι, κ. τ. λ.

37. Theoph. οἱ δὲ θεοὶ ἦσαν : correxit Ops. in notis.

39. Habet hujus versus ultimam partem, οὐ δύνατ' ἀνδρός, et sequentem integrum Lactantius, I, cap. 8.

Ἐκ μηρῶν μήτρας τε θεὸς τετυπωμένος εἶναι.
Ἀλλὰ Θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν, ἠέλιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην,
Καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου,
Οὔρεά θ' ὑψήεντα, καὶ ἀέναα χεύματα πηγῶν·
Τῶν τ' ἐνύδρων πάλι γεννᾷ ἀνήριθμον πολὺ πλῆθος,
Ἑρπετὰ δὲ γαίης κινούμενα ψυχοτροφεῖται,
Ποικίλα τε πτηνῶν λιγυροθρόα, τραυλίζοντα,
Ξουθὰ, λιγυπτερόφωνα, ταράσσοντ' ἀέρα ταρσοῖς·
Ἐν δὲ νάπαις ὀρέων ἀγρίαν γένναν θέτο θηρῶν·
Ἡμῖν τε κτήνη ὑπέταξεν πάντα βροτοῖσιν,
Πάντων θ' ἡγητῆρα κατέστησεν θεότευκτον,
Ἀνδρὶ δ' ὑπαίταξεν παμποίκιλα, κοὐ καταληπτά.
Τίς γὰρ σὰρξ δύναται θνητῶν γνῶναι τάδ' ἅπαντα;
Ἀλλ' αὐτὸς μόνος οἶδεν ὁ ποιήσας τάδ' ἀπ' ἀρχῆς,
Ἄφθαρτος κτίστης, αἰώνιος, αἰθέρα ναίων,
Τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν προφέρων πολὺ πλείονα μισθὸν,
Τοῖς δὲ κακοῖς ἀδίκοις τε χόλον καὶ θυμὸν ἐγείρων,
Καὶ πόλεμον, καὶ λοιμὸν, ἰδ' ἄλγεα δακρυόεντα.
Ἄνθρωποι, τί μάτην ὑψούμενοι ἐκριζοῦσθε;
Αἰσχύνθητε γαλᾶς καὶ κνώδαλα θειοποιοῦντες.

41. Et hic et duo seqq. citantur a Lactantio, I, cap. 6, unde desumpti sunt ab Anonymo præfationis auctore supra, p. 12. Videtur hunc quoque versum vel citasse vel respexisse Irenæus, adv. Hær., lib. II, cap. 55, qui in latina versione sic habet: « Sed solus unus Deus fabricator, « hic qui est super omnem principalita« tem et potestatem....... qui fecit ea per « semetipsum, hoc est per Verbum et « sapientiam suam, cœlum et terram « et maria, etc. » In Theophili codice Ox. deest πανυπέρτατος.

44. Laborat metrum, nisi durissima crasi priores duas in ἀέναα contraxeris. Melius libro III, v. 777: Οὐρεά θ' ὑψήεντα καὶ ἄγρια κύματα πόντου. Sed confer nos de Metrica Sibyllina.

45. Theophili Pr. et cod. τῶν τε ἐνύδρων: correxit Ops. Deinde Pr. πάλιν: correxit Cast.

46. Fell. ἑρπετὰ δ' ἐν γαίης, quod mireris: volebat Turnebus ἐκ γαίης, Auratus ἐν γαίῃ. Deinde apud Theoph. ψυχροτροφεῖτε, uno verbo scriptum erat, ubi Magna Patrum Biblioth. ed. 1624, ψυχροτροφεῖς τε, secuta Clauseri interpretationem sic vertentis: « Et qui fri« gido nutriuntur. » Sed et neutro genere opus erat ad hunc sensum, et α, non ο litera, ut ψυχροτραφῆ legeretur. Correxit Fell. ψυχροτροφεῖ τε, quod et Wolfio placuit. Jam tamen olim præsenserat Ops. delendum ρ in secunda verbi syllaba, favente ipsius Sibyllæ loco, lib. V, v. 499: Ψυχοτρόφον γενετῆρα, κ. τ. λ. quem videmus a Sagero quoque adduci ad H. Steph. Lond. v. ψυχοτροφέω. Quum vero τε in fine redundaret, querente ac vitium suspicante Wolfio, nos cum Gfrörero ψυχοτροφεῖται vocem mediam pro activa reponere ausi sumus: vocalis enim et diphthongus idem sonant.

47. Theophili Pr. κτηνῶν, quod in

Femineo Deus ex utero membroque virili.
Sed Deus est unus, solus Deus atque supremus,
Qui cælum, solem, stellas, lunamque creavit,
Frugiferam terram, pontique tumentia terga,
Excelsos montes, fontesque perenne fluentes;
Et nantum sub aquis genus innumerabile profert,
Serpentumque solo reptantia corpora nutrit,
Et pictas volucres, arguta voce canoras,
Vibratis leviter quatientes æthera pennis;
Imposuitque genus silvis agreste ferarum,
Et pecudum prolem nobis servire coegit,
Præfecitque hominem cunctis, divinitus ortum,
Innumeris licet, et variis, nec mente tenendis.
Nam quis carne satus poterit cognoscere cuncta?
Ipse sed hæc solus, qui condidit omnia, novit,
Fine carens, æternus, habens super æthera sedem;
Ultro qui majora bonis bona reddit, et idem
Injustos iraque premit pœnisque coercet,
Immittens bellum, pestem, lacrimosaque fata.
O homines, fastu quianam turgetis inani?
Non pudet in divos feles et bruta referre?

edd. omnibus permanserat: nos correximus.

48. Pr. λιγυροπτερόφωνα; codex Ox. λιγυροτρόφωνα: correxit Ops. Deinde ταράσσοντα Cast. primus elisit.

51. Pr. et cod. ἡγήτορα: correxit Cast. In fine θεότευκτον intellige τὸν ἄνθρωπον, non, ut Opsopœo placuit, conjecturam e versu 16 male ducenti, ipsum Dei filium, τὸν Λόγον.

52. Pr. et cod. ὑπέταξεν, quod Ops. correxit, satis recte, etsi nonnunquam peccat adversus metrum Sibylla in his et similibus, ut lib. I, v. 255, in ὑπεξέπεμψεν, accentu nempe quantitatis vicem gerente. In fine autem, ubi κ' εὖ κατάληπτα, contra sensum, accentu etiam vitioso, scriptum erat, recte Cast. in Erratis negationem restituit; nos accentum correximus.

55. Melius, si liceret, αἰθέρι ναίων, ut lib. II, v. 27, et alibi quum apud Sibyllam, tum apud optimos poetas: sed αἰθέρα cum Theophilo legit Lactantius, hunc et duos sqq. versus citans, de Ira Dei, cap. 22.

56. Lactantii codd. quidam τοῖς ἀκάκοις ἄκακον: sed plerique cum Theophilo.

58. Theophili Pr. et cod. ἢ ἄλγεα. Cast. ἠδ' ἄλγεα. Correxit Ops. Similem versum habet Orpheus, loco jam laudato, Fragm. I, v. 12: Καὶ πόλεμον κρυόεντα καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.

59. Ops. e conj. an typographorum vitio, ἐκροιζοῦσθε. Malebat Auratus ἐκφυσιοῦσθε.

60. Theophili Pr. et cod. αἰσχυνθῆτε τάλας, ubi vulgo e Tigurini editoris conj. αἰσχυνθῆτε γάλας. Sensit Ops. in voce γάλας peccare accentum. Primus Fell. γαλᾶς: nos αἰσχύνθητε. Nota vero in hoc et seqq. versibus originis Ægyptiacæ vestigia: γαλᾶς, *feles*, inter Ægyptiorum

Οὐ μανίη καὶ λύσσα φρενῶν [αἴσθησιν ἀφαιρεῖ],
Εἰ λοπάδας κλέπτουσι θεοὶ, συλοῦσι δὲ χύτρας;
Ἀντὶ δὲ χρυσήεντα πόλον κατὰ πίονα ναίειν,
Σητόβρωτα δέδορκε, πυκναῖς δ' ἀράχναις δεδίασται;
Προσκυνέοντες ὄφεις, κύνας, αἰλούρους, ἀνόητοι,
Καὶ πετεεινὰ σέβεσθε, καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης,
Καὶ λίθινα ξόανα, καὶ ἀγάλματα χειροποίητα,
Κἀν παρόδοισι λίθων συγχώματα· ταῦτα σέβεσθε,
Ἄλλα τε πολλὰ μάταια, ἃ δὴ κ' αἰσχρὸν ἀγορεύειν.
Εἰσὶ θεοὶ μερόπων δολοήτορες [οὗτοι] ἀβούλων,
Τῶν δὴ κἀκ στόματος χεῖται θανατηφόρος ἰός.
Οὗ δ' ἔστι ζωή τε καὶ ἄφθιτον ἀέναον φῶς,
Καὶ μέλιτος [γλυκεροῦ] γλυκερώτερον ἀνδράσι χάρμα
Ἐκπροχέει..., τῷ δεῖ μόνῳ αὐχένα κάμπτειν,
Καὶ τρίβον αἰώνεσσιν ἐν εὐσεβέεσσ' ἀνακλίνειν.
Ταῦτα λιπόντες ἅπαντα, δίκης μεστὸν τὸ κύπελλον,
Ζωρότερον, στιβαρὸν, βεβαρημένον, εὖ μάλ' ἄκρητον,
Εἱλκύσατ' ἀφροσύνῃσι μεμηνότι πνεύματι πάντες·
Κοὐ θέλετ' ἐκνῆψαι, καὶ σώφρονα πρὸς νόον ἐλθεῖν,
Καὶ γνῶναι βασιλῆα Θεὸν, τὸν πάντ' ἐφορῶντα.

numina sæpe referri nemo nescit : κνώδαλα, notante Bleekio, *crocodili* sunt.

61. Versus erat in fine corruptissimus : Theophili Pr. et cod. Οὐ μανίη καὶ λύσσα φρενῶν καὶ ἐστήσια φάρη, ubi circa extremas voces multum ab interpretibus desudatum est. Volebat Tigurinus editor ἐτώσια βάρη, sensu exili, metro insuper obstante; Turnebus, ἐτήσια φάρη, quod Fell. et Wolf. acceperunt, sensu nullo. Auratus, καἴσθησις ἀφαυρή, quæ conjectura, etsi vana, emendationi nostræ præfulsit. Certissimam nos medelam adhibuisse nobis videmur.

62. Pr. et cod. εἰλοπάδας, una voce, unde Tigurinus editor ad marginem : « εἰλοπόδας, id est boves, » respiciens sane ad boves a Mercurio raptos, et fortasse χύτρας referens ad Cereris famem : verum sic εἰλίποδας scribendum erat. Secuti sunt tamen editores plerique, Turnebo quamvis et Aurato veram lectionem defendentibus, εἰ λοπάδας, quæ ad γαλᾶς solitaque illis fercula optime refertur. Deinde codex Ox. συλλοῦσι habebat, ubi Pr. συλοῦσι, recte : Fell. et Wolf. συλῶσι, sine causa.

63. Ἀντί cum infinitivo non infrequens est apud Herodotum. Theophili Pr. et cod. χρυσίεντα : correxit Ops. Deinde iidem καταποίονα, pro quo Ops. καταπίονα, una voce : divisere Fell. et Wolf. Singulare est quod in Magna Patrum Bibl. Paris. 1624, legitur : πόλον καὶ πίονα γαῖαν; sed et Clausero quoque idem placuerat, vertenti *et fecundam terram*, pessime : sane Pr. et cod. ναίειν habent.

66. Sic Theoph. πετεεινά, recte, non, ut grammaticis placuit, πετεηνά. Confer Indicem Græcitatis.

68. Pr. et cod. καὶ ἐν παρόδοις λίθων : emendavit Ops. Deinde codex Ox. συγχώσματα, male. Notat Ops. acervos lapidum significari Mercurio sacros, græce

Non hæc est rabies, cæcæque insania mentis,
Si patinis inhiant divi, furantur et ollas?
Quosque habitare poli super aurea templa deceret,
Hos caries densisque infestat aranea telis?
Serpentes colitis, stulti, felesque, canesque,
Et volucres, et quæ lambunt animalia terram,
Et fabricata manu simulacra, politaque saxa,
Et lapides triviis aggestos, multaque vani
Præterea colitis quæ sunt turpissima dictu.
Hæc sunt vecordis fallacia numina vulgi,
Numina, mortiferum manat quibus ore venenum.
At cujus vita est, et lux æterna sine umbris,
Qui sanctorum animis potiores melle propinat
Delicias, illi cervicem subdere soli,
Monstratumque sequi per iter, quo jusserit, æquum est.
His vos neglectis, divini plena furoris
Pocula, pœnarum calicem gravidum atque meracum
Hausistis, stimulis acti dementibus omnes;
Ebria nec sinitis resipiscere corda, neque unum
Nosse Deum, qui cuncta regit, qui cuncta tuetur.

ἕρμακας, adducitque Nicandri Scholiasten (ad Theriaca, v. 150) et Cornelium Severum (sive quis alius auctor est) in Ætna, v. 103.

69. Codex Ox. ἀναγορεύειν.

70. Theophili Pr. et cod. εἰσὶ γὰρ θεοί, omisso deinde οὗτοι, versu bis mutilo. Correxit Ops. e Turnebi conj., nec male: audacius tamen additum est οὗτοι. Pro εἰσὶ θεοί, placet quibusdam καί γε θεοί, ut in fine ponatur εἰσίν pro οὗτοι.

71. Pr. et cod. καὶ ἐκ στόματος κεῖται: correxit Ops. e Cast. conj.

72. Theoph. οὐδ' ἐστίν: correxit Cast. in erratis. Erunt qui accentum damnent in voce ἔστι: sed confer Hermann. de Emend. cap. 18.

73. Apud Theoph. deerat γλυκεροῦ: supplevit Ops. e conj.

74, 75. Apud Theoph. ἐκπροχέη· τῷ δὴ μόνῳ αὐχένα κάμπτε, καὶ τρ. αἰων. ἐν εὐσ. ἀνακλινοῖ. Correxit Ops. claudo quidem manente priore versu, cæterum recte omnino: nam δὴ et δεῖ idem sonant, scriptura autem vix differunt; nec majus multo discrimen inter καμπτε et καμπτει, ἀνακλινοι et ἀνακλινει: finale autem ν sæpe omitti notum est, præsertim in codd. unciali caractere scriptis, deficiente spatio; et tum lineola transversa vocali ultimæ imponi solet, unde fortasse accentus iste in ἀνακλινοῖ.

76. Apud Theoph. μεστόν τε κύπελλον: correxit Ops.

77. Theophili Pr. et cod. εὖ μάλα κρατοῦντες: correxit Ops. ex Aurati conjectura optima, quam firmat lectio codicis Ox. εὖ μάλα κρατῶν. Et sic Jeremias, cap. 25, v. 15 (cap. 32, v. 2, secundum LXX): Λάβε τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ ἀκράτου τούτου ἐκ χειρός μου, quod Isaias, cap. 51, v. 17, *calicem furoris Domini* vocat, τὸ ποτήριον τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ.

79. Pr. et cod. καὶ οὐ θέλετ': emendavit Ops.

Τοὔνεκεν αἰθομένοιο πυρὸς σέλας ἔρχετ' ἐφ' ὑμᾶς·
Λαμπάσι καυθήσεσθε δι' αἰῶνος τὸ πανῆμαρ,
Ψεύδεσιν αἰσχυνθέντες ἐπ' εἰδώλοισιν ἀχρήστοις.
Οἱ δὲ Θεὸν τιμῶντες ἀληθινὸν ἀέναόν τε,
Ζωὴν κληρονομοῦσι, τὸν αἰῶνος χρόνον αὐτοὶ
Οἰκοῦντες Παραδείσου ὁμῶς ἐριθηλέα κῆπον,
Δαινύμενοι γλυκὺν ἄρτον ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος.

84. Hic et duo seqq. versus sunt apud Lact. II, cap. 13.

85. Theophili Pr. et cod. ζωὴν κληρονομήσουσιν τὸν αἰῶνα (cod. αἰῶνος) χρόνον, ubi Cast. αἰῶνος, Ops. κληρονομοῦσι, probante utrumque Lactantio. Frustra Fell. et Wolf. inversis verbis, κληρονομοῦσ' αἰῶνος τὸν χρόνον. Pejus multo ed. 1624, κληρονομήσουσ' αἰῶνα χρόνον.

86. Apud Theoph. deerat ὁμῶς: addidit Cast. e Lactantio, qui etiam παράδεισον habet, ubi Theoph. παραδείσου. Nota Paradisi nomen de futura vita usurpatum in Vetere Testamento non reperiri; tantum in Ecclesiastici vulgata lectione, cap. 44, v. 16, transfertur Enochus in Paradisum, id quod Alexandrina editio non habet. Nec tamen dubium est fuisse eam Pharisæorum doctrinam, in Thalmude frequentissimam, ut Paradisus, hortus deliciarum, extra hanc terram piis hominibus reservaretur; eamque opinionem antiquam fuisse constat, quod ipsam, quasi jam receptam et vulgarem, bis aut ter expressam in novo Testamento reperias. Primum exemplum ipsius est Christi, apud Luc. Ev. cap. 23, v. 43: Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ Παραδείσῳ. Utitur et Paulus ad Cor. II, cap. 12, v. 4, et

Hæc propter calidus vos opprimet ignis, et ardor
Uret inexstinctus tædarum, tempus in omne
Turpia deflentes vani mendacia cultus.
At quibus æternus colitur Deus atque perennis,
Hi vitam accipient heredum jure, per omne
Tempus inerrantes Paradisi mollibus hortis,
Et dulcem cæli panem stellantis edentes.

Johannes, Apoc. cap. 2, v. 2 : Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ὅ ἐστιν ἐν μέσῳ τοῦ Παραδείσου τοῦ Θεοῦ.

87. Ἄρτον ἀπ' οὐρανοῦ *mannam* intellige quæ sæpe in sacris scripturis hoc nomine designatur : Psalm. 77, v. 24; 104, v. 40; Sap. cap. 16, v. 20; Joh. Evang. cap. 6, v. 31. Poetica autem traditione vulgatum erat fore ut justi in Paradiso manna vescerentur, quod etiam Rabbinis antiquis placuisse ostendit Buxtorfius a Gallæo citatus, nobis quoque citandus in Excursu V. Sed nobis christianis auctor præcipuus Johannes, Apocal. cap. 2, v. 17 : Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου. Hinc Deus in Sibyllinis, lib. II, v. ult. μαννοδότης vocatur, et lib. VII, v. 148 : Ἀλλ' ἅμα πάντες Μάννην τὴν δροσερὴν λευκοῖς ὑπ' ὀδοῦσι φάγονται. Quæ loca si cum iis conferas quæ nota priore allata sunt, præsertim cum illo Johannis testimonio de Paradiso Dei, parum aberit ut totum hoc proœmium compositum fuisse credas ab aliquo Apocalypseos lectore, judaïzante quidem, sed christiano, id quod nos pluribus suo loco demonstrabimus.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Ἀρχομένη πρώτης γενεῆς μερόπων ἀνθρώπων,
Ἄχρις ἐπ' ἐσχατίῃσι, προφητεύσω τὰ ἕκαστα,
Ὁππόσα πρὶν γέγονεν, πόσα δ' ἐστὶν, ὁπόσσα δὲ μέλλει
Ἔσσεσθαι κόσμῳ διὰ δυσσεβίας ἀνθρώπων.
Πρῶτον δὴ κέλεταί με λέγειν θεὸς, ὡς ἐγενήθη
Ἀτρεκέως κόσμος. Σὺ δὲ, ποικίλε θνητὲ, πίφασκε
Νουνεχέως, ἵνα μήποτ' ἐμῶν ἐφετμῶν ἀμελήσῃς,
Ὕψιστον βασιλῆα, ὃς ἔκτισε κόσμον ἅπαντα,
Εἴπας, Γεινάσθω, καὶ γείνατο. Ἥδρασε γὰρ γῆν
Ταρτάρῳ ἀμφιβαλὼν, καὶ φῶς γλυκὺ αὐτὸς ἔδωκεν,

Tit. — Edd. et Antimachi codex, ἐκ τοῦ πρώτου λόγου. Codex B. titulis librorum caret. In R. L. autem et in Florentino codice, secundus est liber qui nobis primus, præmisso qui in edd. octavus fertur; itaque post illius libri stichometriam, statim sine titulo sic procedunt: Ἀρχομένη, κ. τ. λ. Qua de re plura nos in Excursu V disserturi sumus, sicut et de libri ætate, quem, licet a priscis patribus nunquam aut raro adhibitum, nusquam sane aperte citatum, habentemque multa e libris ceteris, præsertim III et VIII, manifesto petita, antiquum tamen esse nec tertio sæculo posteriorem demonstrabimus. Auctorem christianum fuisse non est dubium; judaicam illi originem Phrygiamque patriam quibusdam ex indiciis asserere conabimur.

1. L. πρώτη.

2. R. L. ἐπ' ἐσχατιῆς, unde conjicias ἐπ' ἐσχατιῇσι. Sed edd. ut nos ἐπ' ἐσχατίῃσι adjective pro ἐσχάταις. Male B. ἐπ' ἐσχατίης, ubi fuerat a priore manu ἐπεσχατίης, una voce.

3. Pr. et Cast. πόσα δ' ἐσσετ', ὁπόσσα δὲ μ. B. item, sed ὁππόσα. R. L. πόσα δ'ἔσσεται, πόσα δὲ μ. A. πόσα δ'ἔσσεται, πόσσα δέ. Ops. e conj. πόσα τ' ἐστὶν, ὁπόσσα τε. Nos correximus.

4. Ex hoc versu elucet verum Sibyl-

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER PRIMUS.

Incipiens primo generis mortalis ab ævo
Stirpis ad extremæ deducam singula tempus,
Quæ fuerint olim, quæ sint, quæ deinde parentur
Ob scelus humanum. Mundi me exordia primum
Fert aperire Deus; quem tu venerare potentem,
Ac mea, mortalis, non temnere dicta memento :
Æternus rector, totum qui condidit orbem,
Sic fatus : Fiat; simul et fuit. Ergo locavit
Tartareis cinctam tenebris et gurgite terram;
Dulce dedit lumen; subvexit in ardua cœlum;

linæ vaticinationis propositum, non ut curiosas mentes deliniat, sed ut divinæ iræ (ἐρχομένης μεγάλης ὀργῆς, lib. VIII, v. 1) paratæque semper ultionis metu homines ab impietate deterreat.

5. Pr. λέγειν omisit, quod ceteri edd. et codd. habent.

6. R. L. et Gallæi codex, ποικιλόθνητε, una voce. Pro πίφασκε, rectius esset πιφάσκου. Sumptum videtur hemistichium e lib. III, v. 217.

9. Pr. et Cast. cum B. εἴπας, γινάσθω, καὶ γίνατο. R. L. εἶπε γεινάσθω καὶ ἐγείνατο. Correxit Ops. De solœco aoristi γείνασθαι usu, confer Sibyllinæ Græcitatis Indicem. Notandum vero non fefellisse Nostrum, quid inesset sublimitatis in illo apud Genesin, Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς, toties post Longinum laudato. Expressit illud quum verbis, tum ipsa versus cæsura.

10. Pr. ταρτάρῳ ἀμφὶ σώον (sic). Cast. cum A. ceterique edd. ταρτάρῳ ἀμφίσαλον. B. divise, ταρτάρῳ ἀμφὶ σάλον. R. L. et Gallæi codex, ταρτάρου ἀμφὶ σάλον, quod defendi potest, si intelligas *Tartari*, id est confusæ materiæ, *tumultuantes fluctus*. Sed unice vera est lectio quam ex Ops. conj. restituimus, Ταρτάρῳ ἀμφιβαλών, infra quoque recursura, v. 119 In fine omnes ἔδωκε, præter A. qui ἔδωκεν, ut nos.

Οὐρανὸν ὕψωσε, γλαυκὴν δ' ἥπλωσε θάλασσαν,
Καὶ πόλον ἐστεφάνωσεν ἅλις πυριλαμπέσιν ἄστροις,
Καὶ γαῖαν κόσμησε φυτοῖς, ποταμοῖσι δὲ πόντον
Χευάμενος ἐκέρασσε, καὶ ἀέρι μίξεν ἀϋτμὰς
Καὶ νέφεα δροσόεντα· τιθεὶς ἄρα καὶ γένος ἄλλο,
Ἰχθύας ἐν πελάγεσσι, καὶ ὄρνεα δῶκεν ἀήταις,
Ὕλαις δ' αὖ θῆρας λασιαύχενας, ἠδὲ δράκοντας
Ἑρπυστὰς, καὶ πάνθ' ὅσα [κυκλόσε] νῦν καθορᾶται.
Αὐτὸς ταῦτ' ἐποίησε λόγῳ, καὶ πάντ' ἐγενήθη
Ὦκα καὶ ἀτρεκέως· ὅδε γὰρ πέλετ' αὐτολόχευτος,
Οὐρανόθεν καθορῶν· [οὕτω] τετέλεστο δὲ κόσμος.
Καὶ τότε δὴ μετέπειτα πλάσεν πάλιν ἔμπνοον ἔργον,
Εἰκόνος ἐξ ἰδίης ἀπομαξάμενος νέον ἄνδρα,
Καλὸν, θεσπέσιον, τὸν δὴ κέλετ' ἐν Παραδείσῳ
Ἀμβροσίῳ ναίειν, ὥς οἱ καλὰ ἔργα μεμήλῃ.
  Αὐτὰρ ὁ μοῦνος ἐὼν Παραδείσου ἐριθηλέϊ κήπῳ,
Προσλαλιὴν ποθέεσκε, καὶ ηὔχετο εἶδος ἀθρῆσαι
Ἄλλ', οἷον αὐτὸς ἔχεν. Τοῦ δὴ θεὸς αὐτὸς ἀπούρας
Ἐκ λαπάρης ὀστοῦν, ἐποιήσατο Εὔαν ἀγητὴν,
Κουριδίην ἄλοχον, ἣν δὴ πόρεν ἐν Παραδείσῳ
Τούτῳ συνναίειν. Ὁ δέ μιν κατιδὼν, μέγα θυμῷ
Θαῦμ' ἔχεν, ἐξαίφνης κεχαρημένος, οἷον ὁρᾶται
Ἀντίτυπον μίμημα· σοφοῖς δ' ἠμείβετο μύθοις,
Αὐτομάτοισι ῥέουσι· Θεῷ γὰρ πάντ' ἐμεμήλει.

11. R. L. et Gallæi codex, οὐρανὸν δ' ὕψωσε.

12. Iidem, περιλαμπέσιν.

14. Iidem χευάμενον.

15. Gallæi codex, τιθεὶς δ' ἄρα.

16. Pr. et codd. κυκλόσε non habent: addidit Cast. e conj.; nam in A. quoque deest.

19. Pr. et Cast. cum B. ταῦτα ποίησε. Mutavit Ops. faventibus A. R. L. In A. deest vox λόγῳ.

20. Αὐτολόχευτος, Suidæ est αὐτογέννητος, ὁ Θεὸς ὁ ἀγέννητος, forsitan ex hoc Sibyllæ versu, annotante Ops. De Patre autem, non de Filio accepit Suidas, recte, sicut αὐτογενής et similia multa apud Sibyllam: confer not. ad Procem, v. 17.

21. Pr. οὐρανὸν καθορῶν, ὑποτετελέστω δὲ κ. ubi Cast. et Ops. e conj. οὐρανὸν ἐγκαθορῶν et ὑπαιτετέλεστο (typographicum errorem ὑπαϊτετέλεστο, quem Cast. in erratis emendaverat, male Ops. retinuit; multo pejus Gall. ὑποαιτετέλεστο). A. R. L. cum Pr. οὐρανὸν καθ., ac deinde ὑποτετέλεστο. In B. lacer occurrit versus, qui tamen videtur olim habuisse οὐρανόν τε καθ. et ὑποτετέλεστο. Sed certissima est nostra et Bleekii conjectura οὐρανόθεν καθορῶν : nec minus certum nunc videtur nobis οὕτω, quo præcedentia resumuntur, transitusque paratur ad sequentia; sic Lactantius, lib. VII, cap. 5 : « Perfectis omnibus quæ « ad conditionem mundi pertinebant, « hominem finxit. » Diu tamen nobis

Extendit glaucum pelagus; convexaque magni
Fornicis astrorum cinxit radiante corona;
Et terram ornavit plantis; et flumina ponto
Miscuit affundens; rapidosque per aera ventos
Sparsit, et imbriferas nubes : hinc sæcla creavit
Omnigena, et pisces undis, ventisque volucres
Immisit, silvisque feras, antrisque dracones;
Perque omnem mundi amplexum quodcumque videre est,
Ipse volens verbo fecit : verbo omnia facta
Et perfecta simul : manet immutabilis ille,
Auctor et ipse sui, totum despectat ab alto.
  Sic labor impletus mundi. Tum denique vivum
Fecit opus, propria ducens ab imagine, pulcrum
Formosumque virum, campos quem jussit amœnos
Incolere, ut curis operam navaret honestis.
Hic vero, dum solus obit viridaria læta,
Jucundo sermone frui vultumque petebat
Consimilem spectare suo. Tunc ipsius unam
Eripuit lateri costam pater, et dedit Evam
Uxorem, quæ juncta viro felicibus hortis
Degeret. Ut vidit juvenis, propriæque notavit
Exemplar formæ, stupuit, totusque recentem
Hausit lætitiam, et doctas jam reddere voces
Sponte sua cœpit : nam sic digesserat auctor.

placuerat οὔπω. Audacter et parum feliciter Bleekius : Εἶπεν, τετέλεσται ὁ κόσμος.

25. R. L. ὅπποι καλὰ ἔργα μεμήλει. Edd. et B. ut nos omnino. An huc respexit Lactantius, quum ait, lib. II, cap. 13, Adamum in Paradiso collocatum fuisse « ut Deo patri summa devotione serviret? »

26. Claudicat versus, nisi in παραδείσου ultimam elidas, durissima licentia et quam vix sibi Æolicæ poetriæ lyra indulserit. Itaque pro παραδείσου, Turnebo placebat αὐτοῦ adverbium reponi. Confer Procem., v. 86.

27 Pr. et Cast. cum codd. πρὸς λαλιήν. Ops. una voce προσλαλίην. Melius Gall. προσλαλιήν. Confer Thomam Mag., p. 565, aliosque grammaticos. Sic in sacris libris καταλαλιά acui solet. Sic in Glossariis pro συλλαλία legendum videtur συλλαλιά.

29. Edd. cum B. ἐκ λαπάρας τούτῳ ἐποιήσατο. R. L. ἐκ λαπάρης τούτου. Nos Aurati conjecturam recepimus.

32. Edd. et codd. οἷος. Nos ex Aurati conj. οἷον. Sic apud Hom. Iliad. ζ, 166, et apud ipsam Sibyllam infra, v. 147, οἷον ἄκουσε.

34. R. L. et Gallæi codex αὐτομάτοις ῥείουσι, non male. Deinde R. L. πάντα μεμήλει. Nota in hoc versu sermonis humani originem divinam, et confer Genes. cap. 2, v. 19, sq.

Οὔτε γὰρ ἀκρασίῃ νόον ἔσκεπον, οὔτε μὲν αἰδῶ
Ἄμφεχον, ἀλλ' ἦσαν κραδίαις ἀπάνευθε κακοῖο,
Χὼς θῆρες βαίνεσκον ἀποσκεπέεσσι μέλεσσι.
Τοῖσι δὲ καὶ μετέπειτα Θεὸς ἐφετμὰς ἀγορεύσας,
Δεῖξεν τοῦ δένδρου μὴ ψαύσειν. Τοὺς δὲ μάλ' αἰνὸς
Ἐξαπάτησεν ὄφις δολίως, ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν
Τοῦ θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε.
Ἀλλὰ γυνὴ πρώτη προδότις [τις] γίνετ' ἐκείνῳ,
Ἣ δῶκεν, τοῦτον δ' ἀδαῆ πείθεσκεν ἁμαρτεῖν.
Ὃς δὲ γυναικὸς ἔπεσσι πεπεισμένος, ἐξελάθεσκεν
Ἀθανάτου κτίστου, σαφέων δ' ἀμέλησεν ἐφετμῶν.
Τοὔνεκεν ἀντ' ἀγαθοῖο λάβον κακόν, οἷον ἔπραξαν.
Καὶ τότε δὴ γλυκερῆς συκῆς πέταλ' ἐμπείραντες,
Ἐσθῆτας τεύξαντες, ἐπ' ἀλλήλοισιν ἔθηκαν,
Μήδεά τ' ἀμφεκάλυψαν, ἐπεὶ σφίσιν ἤϊεν αἰδώς.
Τοῖσιν δ' ἀθάνατος κότον ἔνθετο, κάββαλεν ἔξω
Ἀθανάτου χώρου. Τόδε γὰρ τετελεσμένον ἦεν
Θνητοῖς ἐν χώρᾳ μεῖναι, ἐπεὶ οὐκ ἐφύλαξαν
Ἀθανάτου μεγάλοιο Θεοῦ λόγον [αἰὲν ἐόντος].
Οἱ δ' ἄφαρ ἐξελθόντες ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
Δάκρυσι καὶ στοναχαῖς δεύοντο· ἔπειτα δὲ τοῖσιν
Ἀθάνατος θεὸς αὐτὸς ἔπος προφερέστερον εἶπεν,
Αὔξεσθε, πληθύνεσθ', ἐργάζεσθ' ἐπὶ γαίης
Ἐντέχνως, ἵν' ἔχητε τροφῆς κόρον ἱδρώοντες.
Ὣς φάτο· τῆς δ' ἀπάτης τὸν ἐπαίτιον ἑρπυστῆρα

36. Edd. cum B. εἶχον pro ἄμφεχον. R. L. ἄμφω εἶχον, unde lectio nostra, quam tuetur locus Quinti Smyrn. III, 6: Πάντας γὰς ἀμείλιχον ἄμφεχε πένθος. Deinde pro κραδίαις, quod conjecimus, edd. et codd. κραδίης habent sine sensu. Volebat Auratus κραδίην: vide an κραδίας in plurali magis placeat.

37. Pr. καὶ ὡς θῆρες δὴ βένεσκον ἀπὸ σκοπίεσσι, versu sic clauso et truncato. B. item, nisi quod ἀποσκοπίεσσι non dividit. A. item, sed ἀποσκοπέεσσι. Cast. βίνεσκον rescripsit, sensu immundo. Ops. καὶ ὡς θ. δὴ βίνεσκον ἀπὸ σκοπιῇσι, et sic Gall., quum saltem ὑπὸ σκοπιῇσι legendum esset. Codices R. L. unum verbum addunt sic: καὶ ὡς θῆρες ἀβαίνεσκον ἀποσκοπίεσσι μέλεσι, divisa tantum in L. obscura voce ἀπὸ σκοπίεσσι. Locus corruptissimus. Nos tamen videmur e conj. veram restituisse lectionem. Nam βαίνεσκον certum est: deinde ut ἀπόθριξ pro ἄθριξ, ἀπόθεος pro ἄθεος, sic recte ἀποσκεπής pro ἀσκεπής dici potuit, præsertim ob affinitatem verbi ἀποσκέπω, quod est *detegere*. Favet etiam ἔσκεπον, quod præcessit; et conferendus infra versus 49.

38. Pr. cum B. καὶ μετέπειτα δὲ θεὸς τοῖσι ἐφ. ἀγ. Cast. et Ops. metri causa, κ. μ. δὲ τοῖσι θ. ἐφ. ἀγ. R. L. ut nos.

39. R. L. δεῖξεν οὗ δένδρου μὴ ψαυέμεν. A. δεῖξεν θ' οὗ δένδρου μὴ ψαύσειν. Edd. cum B. τοῦ δένδρου et ψαύσειν. Magis

Necdum illis mentes offusus sensibus error
Velarat, nec membra pudor : sed cordibus omnis
Fraus aberat, nudique errabant more ferino.
  Queis austera Deus tradens præcepta, cavendum
Arboris ostendit gustu. Sed pessimus illos
Decepit serpens, ut in atras mortis abirent
Insidias, scirentque bonum pravumque quid esset.
Capta prior, comitem incautum male perdidit uxor,
Quæ dedit, et partem suasit consciscere culpæ.
Ille nimis sponsæ facilis, magnique parentis
Immemor, heu! sprevit monitus manifestaque jussa.
Sic bona mutavere malis : ea præmia facti.
Nam primum, e ficu decerptis frondibus, arbor
Quas vicina tulit, vestes sibi mutua circum
Membra dedere, novo subternascente pudore.
At Deus omnipotens justa succensuit ira,
Dejectosque hortis procul immortalibus, ire
Jussit in exilium, et campis habitare remotis,
Æterni quoniam legem sprevere parentis.
Qui simul egressi tetigerunt arva, dolorem
Cœperunt lacrimis gemituque effundere; at illos
Affatus genitor venerandis vocibus infit :
  Crescite, multiplicate genus, durumque per artem
Exercete solum, vitam sudore parantes.
  Sic ait, auctoremque mali exitiabilis anguem

conveniret ψαύειν aut ψαῦσαι. Futuro tamen infra quoque utetur, v. 338 : Καὶ πᾶσι βοήσει Εὐθείας ἀτραποὺς ποιησέμεν.

42. Post προδότις, Pr. et codd. τις non habent. Addidit Cast. e conj. Deinde R. L. non γίνετ', sed γείνατ' exhibent : cfr. supra, v. 9.

44. Pr. et Cast. cum B. ὅς δ' ἐπέεσσι γυναικὸς πεπ. et sic R. L. nisi quod ὅς ρ' habent. Correxit Ops. Notandum in fine ἐξελάθεσκε pro ἐξελάθετο, vix græcum.

50. Edd. ἔκθετο *κάββαλεν*, ubi Cast. in margine notat aliter legi ἔνθετο κάκβαλεν, falso quidem; nam A. cum B. habet ἔθετο *κάβαλεν*. R. L. ἔθετο *κάκβαλεν*. Nobis tamen ἔνθετο minime dubium : κάββαλεν deinde recepimus, non pro κατέβαλεν, sed minus græce pro καὶ ἔβαλεν, ut apud Sibyllam, lib. XI, v. 12, κάππεσε pro καὶ ἔπεσε, et alia similia. Confer Græcitatis Indicem.

51. R. L. τοῦτο, ubi edd. cum B. τόδε.

52. R. L. θνητοῖσιν. Mox ἐν χώρᾳ est *in terris*.

53. Edd. cum A. B. αἴσαντες, contra metrum. R. L. ἀείσαντος, unde conjecit Ops. αἰὲν ἐόντος, recte.

58. Edd. cum B. ἐντεχνέως. R. L. et Gallæi codex, ἐντέχνως, ut nos. Verius fortasse ἐνδελεχῶς, vel ut infra, v. 108, etiamsi metro repugnante, συνεχέως.

59. R. L. ὑπαίτιον

Νηδύϊ καὶ κενεῶνι ποιήσατο γαῖαν ἐρείδειν,
Πικρῶς ἐξελάσας· δεινὴν δ' ἔχθραν προΐαψεν
Ἐν μέσῳ ἀλλήλων· καὶ ὁ μὲν κεφαλὴν προφυλάσσει
Σώζειν, ὃς δὲ πτέρναν, ἐπεὶ θάνατός γε πάρεστι
Πλησίον ἀνθρώπων καὶ ἰοβόλων κακοβούλων.
  Καὶ τότε δὴ γενεὴ πληθύνετο, ὡς ἐκέλευσεν
Αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ, καὶ αὔξανεν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
Λαὸς ἀπειρέσιος. Οἴκους δὲ μὲν ἐξήσκησαν
Παντοίους, ἠδ' αὖτε πόλεις καὶ τείχε' ἐποίουν
Εὖ καὶ ἐπισταμένως. Οἷσι πολυχρόνιον ἦμαρ
Ὤπασεν εἰς ζωὴν πολυήρατον· οὐ γὰρ ἀνίαις
Τειρόμενοι θνῆσκον, ἀλλ' ὡς δεδμημένοι ὕπνῳ,
Ὄλβιοι οἱ μέροπες μεγαλήτορες, οὓς ἐφίλησε
Σωτὴρ ἀθάνατος βασιλεὺς Θεός. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
Ἤλιτον ἀφροσύνῃ βεβολημένοι. Οἱ γὰρ ἀναιδῶς
Ἐξεγέλων πατέρας, καὶ μητέρας ἠτίμαζον,
Γνωστοὺς δ' οὐκ ἐγίνωσκον, ἀδελφειῶν ἐπίβουλοι·
Ἦσαν δ' ἂρ μιαροὶ, κεκορυθμένοι αἵματι φώτων,
Καὶ πολέμους ἐποίουν. Εἰς δ' αὐτοὺς ἤλυθεν ἄτη
Ὑστάτη, οὐρανόθεν βεβολημένη, ἣ βιότοιο
Δεινοὺς ἐξεῖλεν· τοὺς δ' αὖ ὑπεδέξατο ᾅδης.
ᾍδην δ' αὖτ' ἐκάλεσσαν, ἐπεὶ πρῶτος μόλεν Ἀδὰμ
Γευσάμενος θανάτου, γαῖα δέ μιν ἀμφεκάλυψε.
Τοὔνεκα δὴ πάντες οἱ ἐπιχθόνιοι γεγαῶτες
Ἀνέρες εἰν ἀΐδαο δόμοις ἰέναι καλέονται.
Ἀλλ' οὗτοι πάντες καὶ εἰν ἀΐδαο μολόντες
Τιμὴν ἔσχηκαν, καὶ ἐπὶ πρῶτον γένος ἦσαν.
  Αὐτὰρ ἐπεὶ τούτους ὑπεδέξατο, δεύτερον αὖθις
Τῶν καταλειφθέντων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων

67. R. L. ἀπειρεσίων.

68. Pr. ποντίους. Sed B. παντοίους, ut cæteri edd. et codd. Deinde Pr. et Cast. οἴδ' αὖτε. Ops. οἱ δ'αὖτε. B. ἥδ' αὖτε. R. ἣ δ' αὖτε. L. ἠδ' αὖτε, ut nos

69. Edd. et B. οἷσιν. A. R. L. οἷσι.

71. Versus est Hesiodi, Oper. v. 116: Θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι. Multa etiam in seqq. ab Hesiodo desumpta reperies.

72. R. L. οἱ non habent. In fine edd. ἐφίλησεν. R. L. ἐφίλησε

76, 77. L. χριστοὺς pro γνωστούς, ridicule. Deinde R. L. ἀδελφεῶν δ' ἐπίβουλοι ἦσαν ἄρα μιαροί. Quid sit deinde κεκορυθμένοι ambiguum est, nisi forte *superbientes*. Recte conjecerat Auratus μεμολυσμένοι vel μεμορυγμένοι. Venit etiam nobis in mentem κεκορεσμένοι.

78. Pr. et Cast. cum A. et B. ἴσση δ'

In latus et ventrem terræ adreptare coegit,
Acribus exagitans verbis; odioque tenaci
Divisit medios; caput hic, calcem ille tuetur.
Quippe subest anceps lethi discrimen, utrosque
Dissocians, hominesque veneniferosque dracones.
Hinc genus humanum, sicut mandaverat ipse,
Multiplici crevit numero. Plebs magna per orbem
Exspatiata novum. Varia mox arte domorum
Tecta parant : urbes alii murosque coronant,
Artifici ingenio. Queis tempora longa dabantur
Vivendi : neque enim gravibus tum corpora curis
Conficiebantur; placidoque simillima somno,
Mors obrepebat vitæ secura beatæ.
Felices et magnanimi, quos summus amavit
Rex Deus. Et tamen hos olim dementia cepit,
Quum jam nullus amor patrum, aut reverentia matrum,
Cognatis non ullus honos : quin fratribus ipsis
Insidiabantur, perversi, sanguine fœdi,
Atroces bellis : quos ultima perculit ira,
De cælo tactos aut dura morte peremptos.
Orcus eos cepit, græco qui nomine dictus
Est Ades, quod primus eo descenderit Adam,
Expertus mortis legem, terraque repostus;
Unde homines, quotquot fuerint, telluris alumni,
Infernas Adæ sedes dicuntur adire.
Nec minus interea, quos primos abstulit orcus,
Ob genus antiquum primo decorantur honore.
His terra tectis, hominum genus inde secundum
Conflavit Deus e reliquis, quos plurima virtus

αὐτοῖς. Ops. cum R. L. ἴση δ' αὐτοῖς. Cast. ad marg. e conj. propter metrum, ἴση αὐτοῖς δ'. Nos εἰς δ' αὐτούς, Aurato præeunte.

79. Pr. et Cast. cum B. βεβολημένοι, ἢ β. R. L. βεβολημένη καὶ β. Correxit Ops.

81. Edd. αὖτε κάλεσσαν. R. ut nos. L. αὖτ' αἰκάλεσσαν, quod idem sonat. Ineptam etymologiam et homine græculo dignam, etiam observare piget.

83. R. L. οἱ non habent.

85. Edd. et codd. μολοῦντες, barbare, quo in verbo peccant sæpe mss.

86. Sensus : *In honore fuerunt, quod ad primam mortalium gentem referrentur* Confer Hesiod. Op. 120, sqq. 140. sq. Ceterum quæ a Sibylla traduntur de primis hominum generationibus, pleraque ad imitationem Hesiodi conficta esse, supra jam observatum, alias plenius ostendemus.

Ἄλλο γένος τεῦξεν πολυποίκιλον, οἷς ἐμεμήλει
Ἔργ' ἐρατὰ, σπουδαί τε καλαὶ, καὶ ὑπείροχος αἰδὼς,
Καὶ πυκινὴ σοφίη· τέχνας δὲ μὲν ἐξήσκησαν
Παντοίας, εὑρόντες ἀμηχανίας ἐπινοίαις.
Καί τις μὲν γαίην ἀρότροις ἐξεῦρε γεωργεῖν,
Ἄλλος τεκταίνειν· ἄλλῳ δὲ πλέειν μεμέλητο,
Ἄλλῳ δ' ἀστρονομεῖν καὶ ὀνειροπολεῖν τὰ πετεινὰ,
Φαρμακίη δ' ἄλλῳ, αὐτὰρ μαγικὴ πάλιν ἄλλῳ·
Ἄλλοι δ' ἄλλα ἕκαστα μεμηλότε τεχνώοντο,
Γρήγοροι ἀλφηστῆρες, ἐπωνυμίης μετέχοντες
Ταύτης, ὅττι φρεσσὶν [ἀκοίμητον] νόον εἶχον,
Ἄπλητόν τε δέμας· στιβαροὶ μεγάλοι τ' ἐπὶ εἴδει
Ἦσαν ὁμῶς· ἔμολον δ' ὑπὸ ταρτάριον δόμον αἰνὸν,
Δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις πεφυλαγμένοι ἐξαποτῖσαι,
Εἰς γέεναν μαλεροῦ λάβρου πυρὸς ἀκαμάτοιο.
Τῶν δὴ καὶ μετέπειτα πάλιν γένος ὀμβριμόθυμον

92. B. παντοίους. Deinde Edd. cum B. μηχανίαις, ubi R. L. nobiscum ἀμηχανίας, id est τὰ ἀμήχανα, *res difficiles*. Neque enim genitivo construendum ἀμηχανίας ἐπινοίαις, *necessitatis inventionibus*, quamvis recte omnino Theognis, v. 385: Μητέρ' ἀμηχανίην ἔλαβον, et Virgilius, Georg. I, v. 146: « Duris urgens in rebus egestas. »

97. R. L. ἕκαστοι μεμηνότες ἐτεχνώοντο. Sed A. B. cum edd. nobisque stant. Gallæi codex pessime, μεμηνότες ἔτυχεν (sic).

98. Γρήγοροι, poetice pro Ἐγρήγοροι. Deinde Pr. cum B. A. ἀμφιστῆρες. Cæteri edd. ἀλφιστῆρες. R. L. ἀλφηστῆρες, ut nos, id est, *inventores artium*, quemadmodum exponuntur vulgo ἄνδρες ἀλφησταί, apud Hom. et Hesiod. Hoc porro convenit non solum cum iis quæ prius dicta sunt, sed etiam cum etymo statim addito Egregororum nominis, quasi sic dictorum ob *vigilem* semper et intentum novis rebus excogitandis animum, ἀκοίμητον νόον. Sed est potius vox Ἐγρήγοροι græca versio chaldaïci nominis εἴρ, quo et *vigil* significatur et *angelus*, teste Daniele, cap. 4, v. 10 et 14. Liber apocryphus Enochi, unde manarunt pleræque de Egregoris fabulæ, respiciens ad celebratum sanctæ scripturæ locum, Genes, cap. 6, v. 1, sqq. angelos illos fuisse fingit, qui mulierum amore capti in terras se demiserint: confer ipsum librum ex æthiopica versione anglice editum a Ricardo Laurence, Oxon. 1821. Eaque opinio inter Christianos, sub initia Ecclesiæ, prævaluerat: confer infra not. ad v. 101. Syncellus tamen, in ceteris Enocho astipulans, ex eoque longum de Egregoris fragmentum afferens, t. I, p. 16, ed. Bonn. aliam sequitur traditionem, ex aliis nempe auctoribus, for, tasse ex apocrypha Adami revelatione, quam eadem pagina citat. Egregoros enim non angelos fuisse tradit, sed Adami nepotes, filios Sethi, angelicam prius ducentes vitam, ἀγγελικῶς βιοῦντας, qui deinde malo spiritu acti in filias hominum insanierint. Cæterum cum Enocho docet 1° præstantes illos fuisse animo et corpore; 2° artes quasdam ab illis inventas, inque iis pharmaciam et magiam; 3° Gigantes ex illorum cum mulieribus commercio ortos. Hæc tria Sibyllistes quoque admisit, nisi quod de mulieribus reticet, quodque inter Egregoros et Gigantes duo genera hominum interponit, sed neque

Exemit fato. Nulla hac præstantior ætas,
Utilium studiis operum, castoque pudore,
Et disciplinis variis; artesque colebant
Quas natura sagax et quas extundit egestas.
Hic terram docuit fodere; ille fabrilia primus
Invenit : quidam torrentia flumina tranat :
Sidera suspectant alii, attenduntve volucrum
Auguriis, magicos ritus aut pharmaca curant :
Arti quisque suæ vacat impiger et studia urget,
Unde Repertores fuerunt Vigilesque vocati,
Quod nihil arrectas posset deflectere mentes.
Membra simul valida, et formis procera tremendis
Corpora. Sed tamen hi stygias obiere tenebras,
Et non frangendis astricti membra catenis,
Ignis inexstincti diram subiere gehennam.
Tertia stirps hominum post illos deinde secuta est,

in hoc prorsus ab Enocho discedens. Nam Enochus, apud Syncellum, p. 21, tres Gigantum generationes agnoscit : 1° Gigantes proprie dictos, Sibyllæ τὸ τρίτον γένος; 2° Naphelim seu Nephelim, Sibyllæ τὸ τέταρτον γένος; 3° Eliudæos, Sibyllæ τὸ πέμπτον γένος sive Γίγαντας. Sed nos de Enocho deque his omnibus plura in Excursu V.

99. Pr. et Cast. ὅττι φασίν. B. et Pithœi codex, ὅττι φρασίν. Ops. cum R. ὅττι φρεσίν. Sed L. et A. diserte ὅττι φρεσσίν, quod etsi fortassis exemplo caret, analogiæ tamen non repugnat, metroque convenit et sensui. Deinde edd. et codd. uno consensu ἀκύμαντον, quo refert Opsopæus locum Synesii : Διὰ πάσης τῆς ἡλικίας ἵλεων καὶ ἀκύμαντον τῆς ψυχῆς ἐτήρησα τὴν διάθεσιν. Sed exemplum abs re alienum esse, nemo non videt, quum de sensu, non de græcitate lis agatur. Nos, e viri docti conjectura, fidenter ἀκοίμητον reponimus, qua voce etymon contineri patet Egregororum nominis.

101. Pr. et Cast. cum B. ἦσαν ὁμόσσε· μόλον δ'. R. L. ἦσαν· μόλον δ', omisso adverbio. Correxit Ops. Fortasse placebit alicui magis, ἦσαν· ὅμως δ' ἔμολον. De sensu, cave erres. Tartarum vocat locum obscurum circa terræ fundamenta, quo vincti detinentur Egregori, donec, supremi judicii die, in gehennam, id est ignem perpetuum dejiciantur. Tartarum igitur a gehenna diversum esse, notavit recte Bleekius, idque satis indicat versu sequenti participium πεφυλαγμένοι, quod cum antiquissima primævi christianismi doctrina, ex Enochi libro petita, plane concordat. Sic enim Petrus in Epist. cathol. cap. 2, v. 4 : Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους, et sic Judas, epist. v. 6 : Ἀγγέλους τε τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, ἀλλὰ ἀπολιπόντας τὸ ἑαυτῶν οἰκητήριον, εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας δεσμοῖς ἀϊδιόις ζόφου τετήρηκεν. Confer eamdem Judæ epistolam, v. 14, sq. ipsamque Sibyllam, lib. II, v. 230, sqq.

102. Ad ἐξαποτῖσαι supple δίκην, et confer infra, v. 180, ubi absolute quoque construitur.

103. Pr. cum A. εἰς γέενναν μαλεροῦ λαύρου π. Cast. et B. item, sed γέεναν, simplici ν. Ops. γέεναν et λάβρου, ut nos. R. L. longe aliter, εἰς γένναν μεγαλόρροιο λάβρου πυρός.

104. Hesiodus quoque, Oper. v. 144, tertium genus ὄμβριμον vocat, notante Bleck.

Ἐξεφάνη τρίτατόν γε ὑπερφιάλων ἀνθρώπων,
Δεινῶν, οἳ κακὰ πολλὰ παρὰ σφίσιν ἐξεπονοῦντο.
Καὶ τούςδ' ὑσμίνη, ἀνδροκτασίαι τε, μάχαι τε
Συνεχέως ὤλεσκον, ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας.
Ἐκ τῶν δὴ μετὰ ταῦτα κατήλυθεν ὀψιτέλεστον
Ὁπλότατον γένος ἄλλο, μιαιφόνον, ἀκριτόβουλον,
Ἀνδρῶν ἐν τετράτῃ γενεῇ· οἳ πολλὰ χέεσκον
Αἵματα, οὔτε Θεὸν δειδιότες, οὔτ' ἀνθρώπους
Αἰδόμενοι. Μάλα γάρ τοι ἐπ' αὐτοῖσι βεβόλητο
Οἰστρομανὴς μῆνις, καὶ δυσσεβίη ἀλεγεινή.
Καὶ τοὺς μὲν πόλεμοί τ', ἀνδροκτασίαι τε, μάχαι τε
Εἰς ἔρεβος προΐαψαν, ὀϊζυρούς περ ἐόντας,
Ἄνδρας δυσσεβέας. Τοὺς δ' αὖ μετόπισθε χόλοισιν
Οὐράνιος Θεὸς αὐτὸς ἑοῦ μετεθήκατο κόσμου,
Ταρτάρῳ ἀμφιβαλὼν μεγάλῳ ὑπὸ πυθμένι γαίης.
Καὶ πάλιν ἄλλο γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν
Ἀνθρώπων ποίησ', οἷς οὐκ ἀγαθὸν μετέπειτα
Ἀθάνατος Θεὸς τεῦξεν, ἐπεὶ κακὰ πόλλ' ἐπονοῦντο.
Οἱ γὰρ ὑβριστῆρες πολλῷ πλέον, ἢ ὅτ' ἐκεῖνοι,
Γίγαντες σκολιοὶ, μιαρῶς δύσφημα χέοντες.
Μοῦνος δ' ἐν πάντεσσι δικαιότατος καὶ ἀληθὴς
Ἦν Νῶε, πιστότατος, καλοῖς τ' ἔργοισι μεμηλώς.
Καὶ τῷ μὲν Θεὸς αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν φάτο τοῖα,
Νῶε, δέμας θάρσυνον ἑὸν, λαοῖσί τε πᾶσι
Κήρυξον μετάνοιαν, ὅπως σωθῶσιν ἅπαντες.
Ἢν δέ γε οὐκ ἀλέγωσιν, ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες,
Πᾶν γένος ἐξολέσω μεγάλοις ὑδάτων κατακλυσμοῖς.
Σοὶ δ' ὦκ' ἐκ ῥίζης γε ἀδιψήτοιο τεθηλὸς
Δουράτεον κέλομαι δῶμ' ἄφθιτον ἀσκήσασθαι.

105. Pr. τρίτον, τῶν γε. Ceteri edd. ut nos. R. L. τρίτατον sine γε.

106. Pr. πολλὰ κακά. Deinde R. L. περὶ σφίσιν.

107. Versus est totus pæne Homeri, ex Odyss. λ, v. 611; sed et Hesiodi, Theog. v. 228. Ops. ὑσμίνη τ', haud male, sed sine auctoritate. Deinde R. L. ἀνδροκτασίαι τ' ἀλεγειναί.

110. A. B. et inversis verbis ἄλλο γένος. Pr. ἄκο γένος.

111. Pr. et Cast. τετάρτῃ.

113. Pr. et Cast. γὰρ ἡ. Codd. γάρ οἱ. Correxit Ops.

115. Pr. et Cast. πόλεμοί τε. A. τ' elisit, ut Ops. et nos.

120. Versus Hesiodi, Oper. 126.

121. Edd. cum A. B. ποίησας οὐκ ἀγ. R. L. ποίησεν οἷς οὐκ ἀγ. Nos correximus.

122. Θεός in R. L. et Gallæi codice desideratur, unde suspiceris, ἀθάνατος

Sævior, et fastu mentes inflata superbo :
Qui mala multa sibi per mutua damna parantes,
Semper et assiduo miscentes arma tumultu,
Bella per et pugnas internecione peribant,
Cordibus indomiti. Quorum de sanguine nata est
Posterior soboles, temeraria, cæde cruenta :
Quarta virum gens illa fuit, qui sanguine multo
Immaduere, metu sublato hominumque Deique.
Scilicet insana rapti vertigine, quantum
Sævitia, tantum misera impietate furebant.
Atque hos bella quidem cædesque et prælia dira
Demisere Erebo (dictu lacrymabile), corda
Impia gestantes; quos omnes percitus ira
Cælestis Deus ipse suo detrusit ab orbe,
Tartareis clausos tenebris tellure sub ima.
  Postremo longe pejorem condidit auctor
Atque illaudatam stirpem, quam deinde severis
Affecit pœnis, multa intoleranda patrantem :
Scilicet audaces multo magis atque priores,
Immanes animis, fantes infanda, Gigantes.
Inter quos unus fuit observantior æqui
Noë, tenax fidei, sapiens, et rebus honestis
Addictus ; quem sic Deus est affatus ab alto :
  Collige, Noë, tuas vires, populosque moneto
Vitæ omnes mutare viam, serventur ut omnes.
Sin monita haud curent (tanta est insania), totum
Disperdam genus, illuvie grassatus aquarum.
Tu propere sylvis humori impervia cæde
Ligna, domumque fretis habilem fabricare secandis.

τεῦξεν, ἐπειή. In fine, Pr. et Cast. ἐπενοῦντο, sed jam medelam præsenserat Castalio, quam dant codd.

124. B. μικρῶς.

129. Pr. et Cast. cum codd. μετάνοιαν κήρυξον. Correxit Ops.

132, 133. Pr. et Cast. σοὶ δ' ὦκ', aspero spiritu. A. σοὶ δὲ ᾧ. Ceteræ omnes edd. cum A. B. sic : ἐκ ῥίζης τιν' ἀδ. τεθηλός Δουρ. κ. δόμον ἀφθ. ἀσκ. Sed L. τιν' omittit, R. nobiscum γε habet : uterque deinde δῶμα, ubi nos δῶμ' elisimus, quum δόμον servare non liceret ob neutrum τεθηλός. Prior autem versus pæne integer recurret infra, v. 185, et libro III, v. 404, quo ex libro videtur esse desumptus. Sententia manavit e scholiis ad Genesin, cap. 6, v. 14, ξύλον τετράγωνον interpretantibus ἀσήπτων ἢ κεδρίνων.

Θήσω δ' ἐν στήθεσσι νόον, πυκινὴν δέ τε τέχνην,
Καὶ μέτρα, καὶ κόλπον· ἐμοὶ δέ τε πάντα μελήσει,
Ὥστε σε σωθῆναι καὶ ὅσοι σὺν σοὶ ναίουσιν.
Εἰμὶ δ' ἐγὼ ὁ ἐὼν (σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον)·
Οὐρανὸν ἐνδέδυμαι, περιβέβλημαι δὲ θάλασσαν,
Γαῖα δέ μοι στήριγμα ποδῶν, περὶ σῶμα κέχυται
Ἀὴρ, ἠδ' ἄστρων με χορὸς περιδέδρομε πάντη.
Ἐννέα γράμματ' ἔχω· τετρασύλλαβός εἰμι· νόει με.
Αἱ τρεῖς αἱ πρῶται δύο γράμματ' ἔχουσιν ἑκάστη,
Ἡ λοιπὴ δὲ τὰ λοιπὰ, καὶ εἰσὶν ἄφωνα δὲ πέντε·
Τοῦ παντὸς δ' ἀριθμοῦ ἑκατοντάδες εἰσὶ δὶς ὀκτὼ,
Καὶ τρεῖς τρὶς δεκάδες, σύν γ' ἑπτά. Γνοὺς δὲ τίς εἰμὶ,
Οὐκ ἀμύητος ἔσῃ τῆς παρ' ἐμοὶ σοφίης.
Ὣς φάτο· τὸν δὲ τρόμος λάβε μυρίος, οἷον ἄκουσε.
Καὶ τότε δὴ νοερῶς τεχνησάμενος τὰ ἕκαστα,
Λαοὺς ἐλλιτάνευε, λόγων δ' ἐξήρχετο τοίων,
Ἄνδρες ἀπιστόκοροι, μεγάλῳ βεβολημένοι οἴστρῳ,
Οὐ λήσει Θεὸν ὅσσ' ἐπράξατε. Πάντα γὰρ οἶδεν
Ἀθάνατος σωτὴρ, πανεπίσκοπος, ὅς μ' ἐκέλευσεν
Ἀγγέλλειν ὑμῖν, ἵνα μὴ φρεσὶν ἐξαπόλησθε.
Νήψατε, τὰς κακίας ἀποκόψατε, μηδὲ βιαίως
Ἀλλήλοις μάρνασθε, μιαιφόνον ἦτορ ἔχοντες,
Αἵμασιν ἀνδρομέοις πολλὴν γαῖαν ἀρδεύοντες.
Αἰδέσθητε, βροτοὶ, τὸν ὑπερμεγέθη καὶ ἄτρεστον

134. R. L. δέ σε τέχνην.

135. Pr. et Cast. cum codd. καὶ μέτρα, ut nos, ubi Ops. καὶ μέτρον, versus causa. Sed magis convenit pluralis numerus in hac re semper usitatus (confer. Iren. de Hæres. lib. IV, cap. 10 et 16) ; duriorque videri potest consonantia καὶ μέτρον καὶ κόλπον. Vel igitur admittenda est in priore versus pede cæsuræ excusatio, vel quod libentius credimus, peccavit in medio versu poeta, et auris errore deceptus unam brevem omisit quod illi nonnunquam accidere demonstrabimus : confer Excursum nostrum de Metrica Sibyllina.

136. B. et R. L. ὥστε σωθῆναι, omisso σε. Edd. cum A. ut nos.

137. Pr. et Cast. cum A. B. εἰμὶ δ' ἐγὼ ὁ ὤν. R. L. εἰμὶ δ' ἔγωγε ὁ ὤν. Correxit Ops. indicante Cast.

139. Deest in R. L. hic versus. In edd. non post ποδῶν, sed post κέχυται distinguitur, ut terra sit pro scabello simul et involucro, absurde.

140. Edd. et codd. ἀὴρ δ' ἠδ' ἄστρων, quod nobis corrigendum fuit : vide not. præc. Deinde R. L. περιδέδραμαι.

143. Pr. et Cast. cum B. αἱ λοιπαὶ δέ. Ops. cum R. L. ut nos, nec aliter A.

145. Pr. σὺν γὰρ ἑπτά. Ceteri edd. cum A. B. σὺν γ' ἑπτά, ut nos. R. L. σύν τοῖς ἑπτά. Gallæi codex, σὺν δὺς ἑπτά. Summa numeri, 1697. Si legatur σὺν διττοῖς, optima erit Aurati conjectura, ΘΕΟΣ ΣΩΤΗΡ, qua numerus 1692 efficitur : sed textus obstat; nec quidquam

Ipse operis monstrabo viam, dabo mentis acumen,
Mensuram, spatium, formam: mihi cura salutis
Summa tuæ fuerit, fuerit mihi cura tuorum.
Ipse ego sum qui sum (memor huc advertito mentem);
Vestit me cælum; cingunt magni æquora ponti;
Fulcit terra pedes; vastus complectitur aer;
Et chorus astrorum me circumvolvitur omnis.
Sunt elementa novem mihi, sunt et quatuor omnes
Syllabæ; in his primæ tres binis ex elementis,
Quarta fit e reliquis; insunt his consona quinque.
Totius at numeri bis sunt hecatontades octo
Et ter tres decades, cum septem. Si scieris me,
Divinæ te nulla rei secreta latebunt.
Sic effatus: at hunc subito tremor occupat ingens.
Mox ubi prudenti versavit singula mente,
Hortari cœpit populos et talia fari:
Perfidiosi homines, quæ vos dementia cepit?
Quidve latere Deum male creditis? Ille salutis
Auctor perpetuus, videt omnia et omnia novit,
Cujus dicta fero, ne vos malus auferat error.
Discite justitiam, vitiis absistite, neve
Inter vos furiis odia exercete cruentis,
Humano multam maculantes sanguine terram.
Immensum invictumque Deum, rerumque potentem,

rectius aut a nobis excogitatum est aut ab aliis; nam quæ proposita recensentur apud Ops. ad h. l. ἀνέκφωνος, φαοσφόρος, immo medius fidius ἀρσενικόν (ea fuit Alchemistæ cujusdam superstitio), nec numero nec rationi satisfaciunt.

146. Sic Pr. cum A. B. R. L. id est, cum omnibus codd. nisi quod apud R. L. παρ' ἐμοῦ scriptum est. Emendavit Cast. metri causa, θείης παρ' ἔμοιγε σοφίης, mutata una vocula, addita una. Sed pentametrorum passim hexametris interspersorum confer multo plura apud Manethonem, poetam haud absimilem, exempla, etiamsi de eorum auctoritate subdubitasse videntur Axt et Rigler, in sua Manethonis editione, Colon. 1832, p. xxij, sqq.

147. A. πόνος, ubi omnes τρόμος. In fine, edd. ἀκούσαι. B. et A. ἄκουσε, ut nos. R. L. ἄκουσεν. Est autem Homerica plane formula, Iliad. ζ, 166: Τὸν δὲ ἄνακτα χόλος λάβεν, οἷον ἄκουσε. Confer supra, v. 32.

149. Pr. et Cast. cum codd. λιτάνευε. Restituit Ops. veram Homericamque formam. Sequens Noemi prædicatio probe convenit, annotante Bleekio, cum loco Petri epist. II, cap. 2, v. 5. in quo Noe δικαιοσύνης κήρυξ appellatur, nec dubium fuisse eam traditionem ex aliquo apocrypho desumptam.

151. R. λήσετε. L. λήσεται. Edd. cum B. λήσει, ut nos.

153. Edd. et codd. ἐξαπολῆσθε. Solus Gallæi codex ἐξαπατᾶσθε.

Οὐράνιον κτίστην, Θεὸν ἄφθιτον, ὃς πόλον οἰκεῖ,
Καὶ τοῦτον πάντες λιτανεύσατε (χρηστὸς ὑπάρχει),
Τοῦτον ὑπὲρ ζωῆς πόλεων κόσμοιό τε παντὸς,
Τετραπόδων, πτηνῶν τε, ἵν' ἵλεως ἔσσεθ' ἅπασιν.
Ἔσται γὰρ ὅτε κόσμος ὅλος ἀπερείσιος ἀνδρῶν,
Ὕδασιν ὀλλύμενος, φοϐερὰν ὀλολύξετ' ἀοιδήν.
Ἔσται δ' ἐξαπίνης ἀὴρ ἀκατάστατος ὑμῖν,
Καὶ χόλος οὐρανόθεν μεγάλου Θεοῦ ἥξει ἐφ' ὑμᾶς.
Ἔσται δ' ἀτρεκέως, ὅτ' ἐς ἀνθρώπους προϊάψει
Σωτὴρ ἀθάνατος, ἂν μὴ Θεὸν ἱλάξησθε,
Καὶ μετάνοιαν ἔχητ' ἀπὸ νῦν, καὶ μηκέτι μηδὲν
Δύσκολον ἠὲ κακόν τ' ἀθεμίστατον ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
Πράττῃ, ἀλλ' ὁσίῳ βιότῳ πεφυλαγμένος εἴη.
Οἱ δέ μιν εἰσαΐοντες ἐμυκτήριζον ἕκαστος,
Ἔκφρονα κικλήσκοντες, ἀτὰρ μεμανημένον ἄνδρα.
Καὶ τότε δ' αὖ πάλιν αὖθις ἀνίαχε Νῶε ἀοιδήν,
Ὦ μέγα δείλαιοι, κακοήτορες, ἄστατοι ἄνδρες,
Αἰδοίην προλιπόντες, ἀναιδείην ποθέοντες,
Ἁρπασιαῖοι τύραννοι, ἁμαρτωλοί τε βίαιοι,
Ψεῦσται, ἀπιστόκοροι, κακοπράγμονες, οὐδὲν ἀληθεῖς,
Λεκτροκλόποι θ', εὑρεσσίλογοι, δύσφημα χέοντες,
Οὐκ ὀργὴν δὲ Θεοῦ δειδιότες ὑψίστοιο,
Εἰς γενεὴν πέμπτην πεφυλαγμένοι ἐξαποτῖσαι.
Οὐ κλαίετ' ἄλλυδις ἄλλον, ἀπηνέες, ἀλλὰ γελᾶτε.
Σαρδόνιον μείδημα γελάσσετε, ὁππόταν ἥξῃ

161. Pr. et A. B. τετραπόδων τε πτηνῶν, ὡς ἵλ. Cast. et Ops. τετραπόδων πτηνῶν τ' ὡς, quum θ' ὡς oporteret scribi. Nec melius B. in fine, ἔσσετ' ἅπασι, pro ἔσσεθ'. R. L. τετραπ. τε πτ. ἵν' ἵλεως ἔσσεται πᾶσιν. Nos conjecimus. In ἵλεως poetica fit synizesis.

163. Pr. et Cast. cum B. φοϐερὰν δ' ὀλολύξατ' ἀοιδήν. R. L. δ' ὀλολύξετ'. Correxit Ops. Melius scriptum esset φοϐερήν.

169. Edd. et A. B. κακόν γ' ἀθεμίστως, frigide. R. L. ut nos, rectius: sic enim τε apud Sibyllam sæpe præponitur, et ἀθεμίστατον jure ab ἄθεμις deduci potest.

170. Edd. et codd. πράττει.

171. R. L. εἰσακούοντες.

173. In edd. ac B. deest αὖθις, quod dant R. L. gaudente pleonasmis Sibylla. Omnnes deinde ἀνίαχεν.

175. Hic et tres seqq. versus recurrent libro VIII, v. 184, sqq. unde huc videntur invecti.

176. Edd. et codd. ἁρπασιαῖοι, ut nos, voce insolita et claudicante metro. Solus Gallæi codex ἀστασίῃσι, sicut libro VIII, v. 185: sed sublesta est Gallæi fides. Noluimus igitur quidquam mutare, præsertim quum occurreret loco simillimo, lib. III, v. 40, αὐτοῖς (pro ἑαυτοῖς) ἁρπάζοντες, eodem sensu. Potuit auctor libri I, quum librum VIII imitaretur, malo codice usus, lectionem absonam sequi. Gratis conjecerunt Auratus, ἁρ-

Cui domus in cælo, cui finis nulla, timete,
Mortales, votisque ipsum placate (vocantes
Audiet), ut cives, urbes, ut denique mundum,
Quadrupedes volucresque velit servare benignus.
Tempus erit, quum totus aquis delebitur orbis,
Humanumque genus : vos illa ululabitis hora.
Tempus erit, quum vi subita turbabitur aër,
De cæloque repente Dei vos opprimet ira.
Tempus erit, magni quum numinis ultio præsens
Sæviet in terras, nisi vos placabitis illam
Mutata vitæ jamjam ratione, neque ulli
Inter vos posthac vis aut injuria fiat,
Sancta sed a cunctis pietatis jura colantur.
Sic ait : ast illi frustra ridere monentem,
Insanumque virum dementatumque vocare.
Tunc iterum tales effudit Noë loquelas :
O miseri, perversum animis et futile vulgus,
Fas omne et sanctum soliti violare pudorem,
Raptores violenti, importunique tyranni,
Mendaces, peccare avidi, sine jure fideve,
Proni in adulterium, falsa et blasphema loquentes,
Nil formidantes supremi numinis iram,
Quæ vos ad quinti pœnas jam destinat ævi.
Non fletis, duri, inter vos! ridetis, inepti!
Sardonium risum ridebitis, horrida quando

πάγιμοί τε, Turnebus, ἁρπαλέοι τε. Prava est vulgata, sed retinenda.

177. Gallæi codex, ἀπιστόφυλοι, unde conjicias ἀπιστόφιλοι, ut lib. VIII, v. 186 : sed et supra, v. 150, lectum est ἀπιστόκοροι : libro autem XIV, v. 5 et 20, scribetur, quod mireris, ἀπληστόκοροι.

178. R. L. θ'εὑρεσίλογοι. Gallæi codex, ψεύδεσσι λόγοι, unde facile sit reficere ψευδέσσι λόγοις, sicut libro VIII, v. 187.

179. Edd. οὐκ ὀργήν τε. R. L. ut nos. Est autem hic versus partim desumptus e libro VIII, v. 183.

180. Confer supra, v. 102.

181. A. et B. κλάετ', attice. Deinde Pr. et B. nobiscum ἄλλυδις ἄλλον. Mutavit Cast. (an ex A. codice, non satis comperimus), rescripsitque ἄλλυδις ἄλλος, quem ceteri secuti sunt. R L. tamen, ἄλλυδιν ἄλλον : et nobis ἄλλον retinendum suasit locus hujus ipsius libri, v. 399: Ἀλλήλας κλαύσουσιν.

182. Edd. cum A. B. σαρδώνιον. Cast. in marg. σαρδάνιον. R. L. σαρδόνιον, ut nos. Miro sane anachronismo usurpat hanc vocem Noemus, nisi deducenda sit non ab insula Sardinia, sed ut quibusdam videtur, a σαίρειν sive σεσηρέναι, quod est latine *hiscere, ringi*. Edd. deinde γελάσετε. R. L. γελάσεται. Nos correximus.

Τοῦτο, λέγω, τὸ Θεοῦ φοβερὸν καὶ ἐπήλυτον ὕδωρ,
Ὅππότε καινιεῖ ἱερὸν γένος ἐν χθονὶ κῦμα,
Ἀέναον ῥίζῃσιν ἀδιψήτοισι τεθηλός,
Αὐτόπρυμνον ἄϊστον ἰῇ ἐν νυκτὶ γένηται,
Καὶ πόλεις αὐτάνδρους σεισίχθων εἰνοσίγαιος
Κευθμῶνος γαίης σκεδάσει, καὶ τείχεα λύσει.
Καὶ τότε κόσμος ἅπας τε ἀπειρεσίων ἀνθρώπων
Θνήξεται. Αὐτὰρ ἐγὼ πόσα πενθήσω, πόσα κλαύσω
Οἴκῳ δουρατέῳ, πόσα δάκρυα κύμασι μίξω;
Ἢν γὰρ ἐπέλθῃ τοῦτο Θεοῦ κεκελευσμένον ὕδωρ,
Πλεύσει γῆ, πλεύσουσιν ὄρη, πλεύσει δὲ καὶ αἰθὴρ,
Ὕδωρ ἔσται ἅπαντα, καὶ ὕδασι πάντ' ἀπολεῖται.
Στήσονται δ' ἄνεμοι, καὶ δεύτερος ἔσσεται αἰών.
Ὦ Φρυγίη, πρώτη δ' ἀναδύσῃ ἀφ' ὕδατος ἄκρου·
Πρώτη δ' αὖ θρέψεις γενεὴν ἑτέρην ἀνθρώπων
Ἀρχομένην αὖθις· ἔσσῃ δὲ τροφὸς περὶ πάντων.
    Ἀλλ' ὅτε δὴ γενεῇ τὰ μάτην ἐλάλησεν ἀθέσμῳ,
Ὕψιστός τ' ὤφθη, πάλι δ' ἴαχε, φώνησέν τε,
    Ἤδη καιρὸς ἐπέστη, Νῶε, τὰ ἕκαστ' ἀγορεύειν,
Ὅσσα τε ἤματι τῷ σοὶ ὑπέστην καὶ κατένευσα,
Πάντα μάλ', ὅσσα πάρος γενεαὶ κακὰ μυρί' ἔπραξαν,
Ῥέξαι ἀπειρεσίῳ κόσμῳ διὰ λαὸν ἀπειθῆ.
Ἀλλὰ τάχει ἔμβηθι σὺν υἱέσιν, ἠδὲ δάμαρτι,
Καὶ νύμφαις. Κάλεσον δ' ὁπόσοις κέλομαι ἀγορεύειν,

183. Versus hic partim recurret initio libri VII, v. 7, inter alias incertorum librorum lacinias.

184. Pro ἱερόν in B. est ἱρόν. Hic et quatuor seqq. versus absurdissime huc sunt illati e libri III versibus 403 sqq. male lectis, male intellectis, distractisque et omnimodo vexatis, ut in diversum plane sensum detorquerentur : nam quum prius de quodam in Phrygia terræ motu scripti essent, sicut ibi videre est, nunc de diluvio universo afferuntur. Notandum tamen quam Nostro placeant eique libenter in mentem veniant, quæcumque ad Phrygiæ antiquitates pertinent. Parvum hoc esset originis indicium, nisi sequentibus confirmaretur : confer infra not. ad v. 196.

185. Pr. et Cast. cum A. B. ῥίζος ἐν ἀδιψήτησι. Ops. cum R. L. ῥίζης ἐν ἀδιψήτοισι. Nos ῥίζῃσιν admisimus, sicut lib. III, v. 403, et hoc ipso libro paulo ante, v. 132, qui versus ex eodem fonte defluxisse manifestus est. Contra vocem ῥίζης aut similem dativi formam apud Sibyllam nusquam invenias.

186. Deest initio copula δέ vel καί, et in fine videtur γένηται futuri loco positum esse. Pro αὐτόπρυμνον legitur libr. III, αὐτόπρεμνον, melius.

187. Præstaret metri causa ionicum πόλις : sed in diphthongo ει corripienda peccat plus semel Sibylla. Deinde Pr. αὐτάνδρου, ubi Cast. et Ops. cum codd. αὐτάνδρους, ut nos. R. L. σεισίχθονος, ut libro III, sed male.

Illa repens effusa ruet divinitus unda,
In terrisque sacram renovabunt æquora gentem
Florentem æternum radicibus incorruptis,
Quæ penitus noctis spatio delebitur uno,
Cumque viris urbes ipsis telluris ab antris
Excutiet Neptunus et ardua mœnia rumpet.
Et tunc omne decus mundi, cunctique peribunt
Mortales. At ego, heu! quantum lacrimansque gemensque,
Inclusus ligno, miscebo fletibus æquor!
Illa, inquam, mittente Deo, quum venerit unda,
Nabit humus, nabunt montes, cælum quoque nabit;
Omnia pontus erunt, perdentur et omnia ponto.
Tum venti sistent, atque ætas altera surget.
O Phrygia, ex alto tu gurgite prima resurgens,
Ad lucem erumpes : hominum tu prima renatum
Educes genus, et censebere maxima nutrix.
Sed postquam frustra monuit mala corda, supremum
Astitit ante oculos numen, rursusque locutum est :
Jamnunc tempus adest, quo fiant omnia, Noë,
Quæ tibi promittens olim ventura monebam.
Omnia quæ faciunt, et quæ fecere priores,
Certum est indocili cumulata rependere mundo.
Sed tu, cum natis et conjuge, protinus intra,
Et nuribus; necnon, me designante, vocabis

188. Pr. et Cast. cum A. B. κευθμῶνος, ut nos. R. L. κευθμῶνας. Ops. e conj. κευθμῶνάς τε γαίης.

189. Abest τε ex R. L. delendum fortasse : nam sæpe in hemistichio peccat poeta. Confer libr. II, v. 21, et quæ supra ad v. 135 annotavimus, Excursumque nostrum de Metrica Sibyll.

192. R. L. τό pro τοῦτο.

193. R. L. πλεύσει δὲ αἰθήρ, sine καί. Hic et tres sqq. versus recurrent libro VII, v. 9, sqq. alienissimo loco.

196. De Phrygia prima aquis emersura consentiunt libri Sibyllini I et VII. Convenit hoc optime cum Ægyptiorum et Græcorum opinionibus de Phrygiæ gentis antiquitate, quæ ab Herodoto præcipue asseritur, Historiarum suarum libr. II, initio, plaudentibus maxime Phrygibus ipsis, quorum unus fortasse fuit Noster. Huc etiam pertinet fabula qua arca Noemi in Phrygia constitisse narrabitur infra, v. 261, sqq. Huc denique referri potest quod cultus idolorum e Phrygia oriundus canetur, libr. VII, v. 13, sqq. ubi notam vide.

198. Pr. et codd. ἀρχομένην δ' αὖθις. Correxit Cast.

200. R. L. ὕψιστος τότ' ὦπτο πάλιν ἴσχε φώνησέν τε φθόγγω.

201. Cast. et Ops. ob metrum θ' ἕκαστ' eliserunt, contra morem. Pr. et codd. τὰ ἕκαστ', ut nos, melius, si crasis in Νῶε fiat, quæ satis recte fieri potest.

202. R. L. ὅσσα τοι ἤματι τῷ ὑπέστην.

204. Pr. et Cast. ῥαῖξαι. B. ῥαῖξε. Ceteri cum R. L. ῥέξαι, ut nos.

205. R. βῆθι. L. βήθι.

Τετραπόδων [τά τε] φῦλα, καὶ ἑρπετὰ, καὶ πετεεινά.
Τοῖσιν δ' ἐν στήθεσσιν ἐγὼ μετέπειτα βαλοῦμαι
Προφρονέως ἰέναι, ὁπόσων ζωὴν ἐπιτείλω.
Ὣς ἔφατ'· αὐτὰρ ὁ βῆ, μέγα δ' ἴαχε, φώνησέν τε.
Καὶ τότε δ' αὖ ἄλοχος, καὶ υἱέες, ἠδέ γε νύμφαι,
Οἴκῳ δουρατέῳ ἐσελήλυθον· αὐτὰρ ἔπειτα
Βῆσάν τ' ἄλλα ἕκασθ', ὅσαπερ Θεὸς ἤθελ' ἐέρξαι.
Ἀλλ' ὅτε δ' ἁρμονία κληῒς περὶ πῶμ' ἐγενήθη,
Εἰς [πλάγι'] ἁρμοσθεῖσα περιξεστῷ ἐνὶ χώρῳ,
Δὴ τότ' ἐπουρανίοιο Θεοῦ ἐτελείετο βουλή.
Σὺν δ' ἔβαλεν νεφέλας, κρύψεν δὲ πυραυγέα δίσκον·
Σὺν δ' ἄστροις μήνην, καὶ οὐράνιον στεφάνωμα,
Πάντα περισκεπάσας, μεγάλ' ἔκτυπε, δεῖμα βροτοῖσι,
Πρηστῆρας πέμπων· συνεπηγείροντο δ' ἀῆται
Πάντες, καὶ ὑδάτων φλέβες ἐλλύοντο ἅπασαι,
Οὐρανόθεν μεγάλων ἀνοιγομένων καταρακτῶν,
Καὶ μυχῶν γαίης καὶ ἀβύσσου ἀκαμάτοιο
Ὕδατα μυριόεντα φάνη, καὶ γῆ ἐκαλύφθη
Πᾶσα ἀπειρέσιος. Αὐτὸς δ' ἐπενήχετο ὄμβρῳ
Οἶκος θεσπέσιος· πολλοῖσι δὲ κύμασι λάβροις
Ῥηγνύμενος, καὶ νηχόμενος ἀνεμῶν ὑπὸ ῥιπῆς,
Ὤρνυτο δειμαλέως· ἔτεμεν δέ γε μυρίον ἀφρὸν
Στεῖρα, κινυμένων ὑδάτων κελαρυζομενάων.
Ἀλλ' ὅτε κόσμον ἅπαντα Θεὸς κατέκλυσ' ὑετοῖσι,
Καὶ τότε δ' αὖ Νῶε φρεσὶν ἔνθετο, ὄφρ' ἐσαθρήσῃ,

207. Pr. et Cast. cum codd. τετραπόδων φῦλα καὶ ἑρπετῶν καὶ πετεηνῶν, quæ lectio stare nequit, etsi non ignoramus in φῦλα priorem intendum acui et corripi a recentioribus; sed in ἑρπετῶν media quomodo producitur? et vel sic versus male procederet. Ops. e conj. ut nos, nisi quod addita verba uncis inclusimus, et πετεεινά more nostro, non πετεηνά scripsimus.

209. Pr. et Cast. cum codd. προφανέως. Ops. προφρονέως, ut infra, v. 256.

213. Edd. et A. B. ἕκαστ' ὅσα περ. R. L. ἕκαστά περ ὅσα. Deinde Pr. et Cast. cum A. B. ἤθελε ῥαῖξαι, ubi Ops. cum R. L. ῥέξαι, jam a Cast. in margine propositum. Nos correximus.

214. Pr. κλεής. Cast. κλειίς. Cæteri cum R. L. κληΐς. Quod sequitur πῶμ' hic ut infra, v. 233, operculum est fenestræ quæ vocatur apud Genesin, cap. 8, v. 6, θυρίς, etsi ibidem, cap. 6, v. 16, quum Deus arcæ construendæ rationem docet, nulla in græco *fenestræ* mentio fit, sed tantum *januæ*, θύρας: ibi enim latinus interpres nimium sibi indulsit. Fuisse tamen fenestram a janua diversam apparet, quod janua ab ipso Deo *extrinsecus* clausa narretur, ἔξωθεν αὐτοῦ, Genes., cap. 7, v. 16; fenestra autem, cap. 8, v. 6, *introrsum* aperienda fuerit, κατ' ἀντίον, ut ipsa loquitur Sibylla, infra, v. 234. Eam vero fenestram Sibylla fuisse vult in obliquo arcæ latere, εἰς πλάγι', infra, v. 215, sicut ipsa fuit janua, ἐκ πλαγίων, Genes., cap. 6, v. 16. An utramque confudit?

Omne genus pecudum, volucres ipsasque vocabis
Serpentes; ego deinde, quibus dabo vivere, mentem
Injiciam, ne quid cessent parere jubenti.
Sic ait: ille autem clamorem sustulit altum.
Intravit conjux primum; natique, nurusque
Lignea tecta domus subierunt; cetera deinde
Omnia, quæ voluit Deus alta includere nave.
Hinc, ubi conveniens firmavit opercula clavis,
Missa per obliquum, qua sedes apta dabatur,
Tum suprema Dei jamjamque implenda voluntas
Nubila condensat, solem caligine condit
Horribili, et lunam, stellas, cælique coronam
Obvolvens tenebris, mortalia pectora turbat.
Verruntur sola turbinibus: flant undique venti
Collecta in medium rabie; solvuntur aquarum
Venæ omnes; rumpit polus immanes cataractas,
Et quæcumque latent terræ interioribus antris
Mille fluenta ruunt: immenso gurgite mundus
Obruitur. Domus interea divina natabat,
Fluctibus et ventis circumsona, terribilesque
Undarum venientum ictus hinc semper et illinc
Fortibus excipiens costis habilique carina,
Spumantem rauco sulcabat murmure pontum.
Sed postquam totum pluviis Deus eluit orbem,
Tum vero cupiit (nam sic Deus ipse monebat)

215. Pr. et Cast. cum A. B. εἰς πλάγιον, nolente metro. Ops. ut nos, εἰς πλάγι', e Turnebi conjectura optima: nam pluralis usus in hac voce solemnis est; sic apud Genes. ἐκ πλαγίων: confer notam priorem. Male vero R. L. et Gallæi codex εἰς πλάσιν, quod sensu caret, nisi intelligas πλαστικῶς, *affabre*, *apte*, sine exemplo.

217. R. L. σὺν δ' ἔβαλλον νεφέλαι· κρύψαι δέ. In fine, L. καρδίαν pro δίσκον.

220. R. L. πρηστῆρα, et ἐπηγείροντο sine σύν.

221. Edd. cum B. ἐλύοντο. Nos, ἐλλύοντο, ex Aurati conj. R. L. πάντες δ' ἅμα ὑδάτων φλέβες λύοντο ἄπ.

222. Edd. ἀνεοιγμένων. B. ἀνεοιγομένων. A. ἀνειοιγομένων. R. L. ut nos. Facile erat conjicere ἐπανοιγομένων, seu simile quid: sed confer nos ad v. 135.

225. R. L. ἀπειρέσιοι δ' αὐτάρ τ' ἐπινήχεται.

228. B. ἔτεμνεν δέ γε, et in fine cum edd. ἄφρον, hoc accentu. R. L. ὄρνυτο δειμαλέως· ἔτεμνε μυρίον ἀφρόν, omissis δέ γε.

229. B. cum R. L. στεῖρα, magis ex usu: edd. ut nos, στείρα, metri causa: A. στείρακι νηχομένων. Deinde Ops. e conj. κελαρυζομένων τε, male: nam genitivi neutrius generis in άων exempla sunt nunc etiam pueris nota.

231. Pr. et Cast. cum B. ἔθετο. Ops. cum R. L. ἔνθετο. Confer supra, v. 50.

Ἀθανάτου βουλῆσιν· ἔδυ δέ τε Νηρέος ἄδην.
Ὦκα δὲ πῶμ' ἀνέῳξε περιξεστοῦ ἀπὸ τοίχου
Ἐμπείροις ἁρμοῖσι κατ' ἀντίον ἁρμοσθέντα·
Καὶ λεύσας ὑδάτων ἀπειρεσίων πολὺ πλῆθος
Πάντοσε Νῶε μόρον [μόνον] ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶσθαι,
Δεῖμ' ἔχε, καὶ κραδίην πάλλεν μέγα. Καὶ τότε δ' ἀὴρ
Βαιὸν στειλάμενος, ἐπεὶ κάμεν ἤμασι πολλοῖς
Κόσμον ὅλον δεύων, [διελὼν τότε], οἷά τε χλωρὸν,
Αἱματόεντα πόλοιο μέγαν τε πυραυγέα δίσκον
Δεῖξεν κεκμηῶτα· μόλις δ' εἶχεν Νῶε θάρσος.
Καὶ τότε δὴ πελίην οἴην ἀπὸ νόσφι ποιήσας
Ἔκβαλεν, ὄφρα γνοίη ἐνὶ φρεσὶν, εἴ ποτε γαῖα
Φαίνετ' ἔτι στερεή. Ἡ δὲ πτερύγεσσι καμοῦσα,
Πάντα περιπτήσασα, πάλιν τρέπετ'· οὔτε γὰρ ὕδωρ
Ἦν κοπάσαν· μάλα γάρ τε πεπληρώκει τὰ ἕκαστα.
Αὐτὰρ ὃς ἡσυχάσας πάλιν ἤματα, πέμπε πέλειαν
Αὖθις, ἵνα γνῷ, εἴπερ ἐπαύσατο ὕδατα πολλά.
Ἡ δ' ἄρα πωτήεσσα διέπτατο· βῆ δ' ἐπὶ γαῖαν·
Βαιὸν δ' ἀμπαύσασα δέμας νοτερῇ ἐπὶ γαίῃ,
Ἂψ ἐπὶ Νῶε πάλιν δέ τε ἤλυθε, κάρφος ἐλαίας
Σῆμα φέρουσα μέγ' ἀγγελίης. Θάρσος δ' ἔχε πάντας
Καὶ μέγα χάρμ', ὅτι γαῖαν ἐπελπίζεσκον ἀθρῆσαι.
Καὶ τότε δὴ μετέπειτ' ἄλλον μελανόπτερον ὄρνιν
[Τοίχου] ὑπεξέπεμψεν· ὁ δὲ πτερύγεσσι πεποιθὼς,

232. R. L. ἀθανάτου βουλὴν, ἰδὲ (vel ἴδε, L.) νηρέως ἀδην. B. quoque ἀδην. Edd. ἄδην Est autem ἄδην vel ἅδην, *satis*, adverbium substantive sumendum, ut idem sit quod κόρος, *satietas*.

233. R. L. δῶμ', ubi edd. πῶμ', ut nos: confer supra, v. 214, ibique notam. A. quoque et B. πῶμ'. In fine B. ἀποτείχου, barbare.

234. Meliusne κατaντίον, una voce? De sensu confer supra, v. 214. In fine solœcum est ἁρμοσθέντα pro ἁρμοσθέν, ex nimia scribentis festinatione.

235. Pr. cum codd. κελεύσας: correxit Cast. Post ὑδάτων addit μέν Opsopœus de suo. Sed confer supra nos ad 135, 189, 222, etc.

236. Pr. πάντοσε Νῶ' ἔμορεν ὀφθ. ἰδ. A. cum B. itidem, nisi quod Νῶε non elidunt. R. L. πάντοσε (vel πάντα σε, R.) νόον ἔμαρε ὀφθ. ἰδ. Mera igitur Castalionis conjectura est μόρον μόρεν, quæ in Cast. et ceteris edd. legitur, non absurda sane; nam Sibylla libenter in verbis ludit, ut infra, v. 257, πέλει πέλας, et alia similia; nec nimis offendit suppressum augmentum in μόρεν pro ἔμμορε, quod aoristi, non perfecti vim habere docet Grammaticus vetus in Crameri Anecdotis Oxon. t. III, p. 264. Nostram tamen medelam, ut leniorem, ita pluribus placituram esse confidimus. Sententiam credas petitam e Virgilio, Æn. I, v. 91: « Præsentemque viris intentant omnia mortem. »

239. Pr. et Cast. cum codd. τότε διελὼν, unde Ops. e conj. διελὼν τότε, *in duas partes tum discedens*, quo fere

Cernere Noë foras, nec jam fastidia Nerei
Longa ferens, tecti loculos, quos mobile lignum
Artabat mira junctos compage, resolvit.
Tunc procul immensam molem miratus aquarum,
Objectumque sibi pontum undique et undique mortem
Ut videt, ut magno pulsatur corda timore.
Interea parvo cœpit discedere tractu,
Heu! nimium longa madidum caligine cælum;
Sanguineoque polus tinctum livore retexit
Et tanquam fessum solis caput. Ille timore
Vix posito, et si qua tellus nudata pateret,
Scire parans, uni laxavit claustra columbæ;
Quæ, postquam rapidis lustravit singula pennis,
Fessa labore redit: neque enim defecerat unda,
Terrarum late immensum diffusa per orbem.
Inde aliquot fluxere dies, rursusque columba
Missa foras, si forte tumor compressus aquarum.
Fertur avis levibus pennis vaga, nactaque terram
Humentem, vires optata sede reponit:
Mox ad Noë redit, ramum frondentis olivæ
Ore ferens, terræ signum pignusque receptæ;
Quo viso firmati omnes, telluris amore
Exsultant. Aliam posthac nigrantibus alis
Emisit volucrem, celeri quæ fisa volatu,

sensu modo ante dictum est βαιὸν στειλάμενος. Notanda tamen Turnebi conjectura τότε δείελον, *vespere tum inclinante*.

240. Pr. et Cast. cum codd. πόλου. Correxit Ops.

241. Pr. et Cast. cum A. B. δεῖξε κεκμηκότα. Ops. cum R. L. ut nos. Deinde A. μόλις δ' ἔχε νῶε θ.

242. Sic R. L. vero accentu πελίην, non ut edd. et B. πελιήν. Deinde οἴην, *unam*, *solam*, mittit, e tot nempe animalibus. Nota obiter in sacro textu non columbam, sed corvum primum emitti: unde discas quam properanter et negligenter hæc scripta sint. Confer infra, v. 254, sq.

243. R. L. ἵνα γνῶ.

244. Edd. et codd. ἐπὶ στερεῇ. Nos correximus.

246. A. initio ἦν non habet. Deinde R. L. μάλα γάρ sine τε.

247. R. L. ἤματι. Sed melius edd. cum A. B. ἤματα, id est, ut in sacra scriptura, *septem dies*.

248. Pr. et codd. αὖτις: correxit Cast. Deinde R. L. εἰ pro εἴπερ.

251. R. L. δέ τε non habent. Subest mendum.

254. A. μελανοπτέρυγον.

255. Pr. et Cast. τάχος ἐξέπεμπε, ubi Ops. cum A. ἐξέπεμπεν. B. τâχος ὑπεξέπεμπεν. R. L. τάχος ὑπεξέπεμψεν. Nos metri et sensus causa τοίχου rescripsimus. In verbo nihil mutandum censemus, quamvis augmento male producto. Corvum autem post columbam emissum falso narrari, jam notavimus.

Προφρονέως πέτατο, γαίῃ δ' ἐλθὼν ἀπέμεινε.
Γνῶ δέ τε Νῶε ὅτι γαῖα πέλει πέλας ἆσσον ἐοῦσα.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥοθίοις ἐπὶ κύμασιν ἔνθα καὶ ἔνθα,
Ἀμβροσίῃ τέχνῃ, ἐπενήχετο οἴδμασι πόντου,
Πηγνυμένη ὀλίγης ἐπὶ ἠόνος ἐστήρικτο.
Ἔστι δέ τι Φρυγίης ἐπὶ ἠπείροιο μελαίνης
Ἠλίβατον τανύμηκες ὄρος· Ἀραρὰτ δὲ καλεῖται,
Ὅττ' ἄρα σωθήσεσθαι ἐπ' αὐτῷ πάντες ἔμελλον,
Ἐν τούτῳ μεγάλη δὲ ποθὴ καταθύμιος ἦεν·
Ἔνθα φλέβες μεγάλου ποταμοῦ Μαρσύαο πέφυκαν.
[Τοῦδε] κιβωτὸς ἔμεινεν ἐν [ὑψήεντι] καρήνῳ,
Ληξάντων ὑδάτων. Τότε δ' αὖ πάλιν οὐρανόθι πρὸ
Θεσπεσίη μεγάλοιο Θεοῦ πάλιν ἴαχε φωνὴ
Τοῖον ἔπος, Νῶε πεφυλαγμένε, πιστὲ, δίκαιε,
Θαρσαλέως ἔξελθε σὺν υἱέσι, καί τε δάμαρτι,
Καὶ νύμφαις τρισσαῖς, καὶ πλήσατε γαῖαν ἅπασαν
Αὐξόμενοι, πληθυνόμενοι, τὰ δίκαια νέμοντες
Ἀλλήλοις, γενεαῖς γενεῶν, ἄχρις εἰς κρίσιν ἥξει
Πᾶν γένος ἀνθρώπων, ἐπειὴ κρίσις ἔσσεθ' ἅπασιν.
Ὣς ἔφατ' ἀμβροσίῃ φωνῇ. Νῶε δ' ἀπὸ κοίτης

256. Ops. e conj. ἐπέμεινε.

257. Sic Pr. cum A. B. R. πέλει πέλας, ubi tamen Cast. et seqq. edd. πέλας omiserunt. Contra L. πέλει neglexit, calami lapsu, ut videtur. Sibylla nec a pleonasmis abhorret, et ut multi scriptores mali, libenter circa verba ludit. Confer supra, v. 236.

259. R. L. οἴδμασιν,. omissa sequenti voce.

260. Pr. et Cast. cum codd. ῥηγνυμένη: correxit Ops. Deinde A. ὀλίγοις. Deinde edd. cum A. B. ἐπ' ἠιόνος: R. L. ἐπὶ ἠϊόνος.

261. Edd. et codd. ἔστι δέ τις, nemine reclamante, quamvis indignante grammatica: nos correximus. Dein Pr. et codd. ἐπ' ἠπείροιο; correxit Cast. Ultima vox μελαίνης fertilitatem denotat, et videtur epitheton Phrygiæ interiori proprium, cum aliquo fortasse respectu ad urbis Celænarum nomen. Recurret hoc epitheton lib. III, v. 407. Quod vero mons Ararat in Phrygia collocatur, falsitatis jamdudum arguit magister harum rerum Bochartus. Notum est *Ararat* hebraïcum esse nomen Armeniæ, non in Genesi modo, sed passim in libris sacris, unde latinus bibliorum interpres τὰ ὄρη τὰ Ἀραράτ *montes Armeniæ* optime vertit. Ibi enim sunt altissimi montes, quorum in vertice constitisse arcam, præsto est fides. In Phrygia interiore non tanta montium altitudo, colles tamen haud contemnendi sunt, in quorum uno, Marsyæ amnis originibus claro, Celænæ olim conditæ fuerunt, posteaque haud procul inde Apamea, *Cibotos* dicta, ab ipsius forma collis, ut videtur: sed nomen illud Judæis Christianisque indigenis occasionem dedit fabulæ de Noemi arca ibi morata comminiscendæ. Confer infra, not. ad v. 265, et supra ad v. 196.

264. Falsissimum etymon et homine græculo dignissimum, quo deducitur

Inventoque solo, reditus secura, remansit.
Sensit adesse sibi portus jam Noë propinquos :
Ac postquam paulisper aquis impulsa natavit
Divina ratis arte, secans maris humida terga,
Appulit exiguæ terræ tandemque quievit.
Est mons in Phrygiæ nigræ felicibus arvis,
Arduus, alta petens, Ararat cognomine dictus,
Quod fatale fuit dulcem hic reperire quietem
Servatos homines, et spe votoque potiri;
Unde suos ingens erumpit Marsya fontes.
Hujus in excelso postquam, cessantibus undis,
Constitit arca jugo, tum rursus ab æthere summo
Grande sonans magni vox est audita parentis :
Noë fidelis, amans æqui, servate periclis,
Egredere audenter, simul et cum conjuge nati,
Tresque nurus : et vos terræ loca vasta replete,
Crescite multiplici numero, sacrataque jura
Tradite natorum natis, dum venerit hora
Judicii, quoniam cuncti sub judice sistent.
Sic voce ambrosia fatur. Citus ille cubili

hebraïca vox Ἀραράτ ab ἀραρίσκειν sive ἀραρέναι, *convenire, placere* ; hoc enim sibi vult ποθὴ καταθύμιος.

265. Edd. omnes et codd. Μαρσύου, ubi Μαρσύαο jam olim conjecerat Auratus, prima licenter correpta. R. L. deinde πεφύκασι, sed edd. cum B. πέφυκαν, alexandrina forma bene nota. De Marsya observandum, fontem ejus copiosum et cataractæ more præcipitem antiquitus celebratum fuisse ; unde quamvis alveo modicus et cursu brevis (cito enim in Mæandrum influit), magnus tamen a Sibyllista potuit appellari, sicut Dio Chrys. or. 35, t. II, p. 68, ed. Reiske, Celænis gratulatur, quod τῶν ποταμῶν οἱ μέγιστοι καὶ πολυωφελέστατοι τὴν ἀρχὴν ἔνθενδε ἔχουσιν. Idem paulo ante vicinorum montium meminerat: Πεδίων τε καὶ ὀρῶν μεταξὺ καλλίστων ἵδρυσθε, gratam hanc ratus audientibus laudem (confer quæ modo adnotavimus, ad v. 261). Phrygiæ ergo vanitati indulget Noster, dum et montes Celænarum laudat et fontes, hinc non sine causa Phrygiæ suspectus originis.

266. Pr. et Cast. τῷδε et ὑψηλοῖο : atque ita codd., nisi quod R. a secunda manu ὑψηλοῖς habet. Ops. e conj. τοῦδε : nos ὑψήεντι restituimus, forma apud Sibyllam haud infrequenti.

267. A. et B. τότε δ' αὖ πάλιν ἴαχε φωνή, omisso versu integro.

268. R. L. πάλιν non habent.

269. Gallæi codex, πεφιλημένε.

270. Pr. et Cast. cum A. B. σὺν υἱέσι τε καὶ δ. Ops. σὺν υἱέσιν ἠδὲ δάμαρτι, recte : sed R. L. ut nos, nec aliter Gallæi codex.

274. Edd. et codd. ἐπεί. Notanda judicii extremi promissio, qua liber hic cum sequente quasi continuatur.

275. Pr. et Cast. cum codd. νοερῶς δ' ἀπὸ κ. Ops. e conj. Νῶε δ' ὡς ἀπὸ κ. Nos correximus : neque enim ως syllaba nos movet, orta in libris scriptis e vocis

Ἤξ' ἀποθαρσήσας ἐπὶ γῆς· υἱοὶ δὲ σὺν αὐτῷ,
Ἠδὲ δάμαρ, νύμφαι τε, καὶ ἑρπετὰ, καὶ πετεεινὰ,
Τετραπόδων θηρῶν τε γένη, καὶ τἄλλ' ἅμα πάντα
Οἴκου δουρατέου ἐξῄεσαν εἰς ἕνα χῶρον.
Καὶ τότε δή τοι Νῶε δικαιότατος ἀνθρώπων
Ὄγδοος ἐξῆλθεν, δὶς εἴκοσι καὶ μίαν ἠῶ
Πληρώσας ὑδάτεσσι, Θεοῦ μεγάλου διὰ βουλάς.
Ἔνθ' αὖθις βιότοιο νέη ἀνέτειλε γενέθλη,
Χρυσείη πρώτη, ἥτις πέλεθ' ἕκτη, ἀρίστη,
Ἐξ οὗ πρωτόπλαστος ἀνὴρ γένετ'· οὔνομα δ' αὐτῇ
Οὐρανίη, ὅτι πάντα Θεῷ μεμελημένη ἔσται.
Ὦ γενεῆς ἕκτης πρῶτον γένος, ὦ μέγα χάρμα,
Ἧς ἔλαχον μετέπειτα, ὅτ' ἔκφυγον αἰπὺν ὄλεθρον,
Πολλὰ κλυδωνισθεῖσ' ἅμ' ἐμῷ πόσει καὶ δαέρεσσιν,
Ἠδ' ἑκυρῷ θ' ἑκυρῇ, ὁμονύμφοισί τε παθοῦσα.
Ἄρτι δὲ αἰνήσω· ἔσται πολυποίκιλον ἄνθος
Ἐν συκῇ. [Μέσσος] δὲ χρόνος βασιλήϊον ἀρχὴν
Σκηπτροφόρον [δείξει]. Τρεῖς γὰρ βασιλεῖς μεγάθυμοι,
Ἄνδρε δικαιότατοι, μοίρας διαδηλήσονται,

δ' vicinitate, propter solitum syllabæ ὡς compendium.

276. Edd. cum B. ἧς ἀποθ. ἐπὶ γῆς. R. L. αἷς ὑποθαρσήσας ἀπὸ γῆς. Nos correximus, gnari verbum ἀΐσσω Sibyllæ perplacere.

277. Edd. et codd. πετεηνά.

279. Deest hic versus in Pr. Cast. et B. Legitur in A. R. L. et Pithœi codice. Restituit Ops.

280. R. L. τοι omittunt. Confer similem locum, Petri epist. II, cap. 2, v. 5.

281. R. L. ἐξῆλθε. Fuit olim fortasse ὀγδόατος ἐξῆλθε : nam δίς male producitur. De numero dierum discedit auctor a Genesi, memoriæ vitio. Mansit enim Noe in arca annum integrum et pauculos dies : Genes. cap. 7, v. 10, sqq. et cap. 8, v. 3, sqq. Sed legerat Noster, cap. 8, v. 6, post imminutas aquas et detecta montium cacumina, mansisse eum quadraginta dies; inde quadragesimo primo exiisse narrat.

283. Pr. et Cast. cum codd. ἔνθ' ἄκοιτις. Correxit Ops.

284. Pr. cum A. R. L. πέλεται : ceteri πέλετ', aspiratione neglecta.

285. Pr. ἐξ ὅθεν. A. B. ἐξ ὅτευ. R. L. ἐξ ὅτου. Emendavit Cast. Deinde Pr. cum B. γένετ' ἀνήρ ; ceteri, ut nos.

286. R. L. μεμελημένα. Cur autem οὐρανίη vocetur, vide infra, ad v. 294.

287. Alludit ad hunc et seq. versum Eusebius, in oratione Constantini ad sanctorum cœtum, quum ait : Ἡ τοίνυν Ἐρυθραία Σίβυλλα, φάσκουσα ἑαυτὴν ἕκτῃ γενεᾷ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν γενέσθαι. Sed non plane intellexit; non vidit enim sextam ætatem numerari ab orbe condito, primam post diluvium. Grave tamen Eusebii testimonium, et ad statuendam hujus libri ætatem singulare, de quo nos plura in Excursu V.

288. Pr. cum A. B. μετέπειτ' ὅτε δ' ἔκφυγον. Cast. et Ops. δ' omittunt. R. L. μετέπειτα, ὅτε δ' ἔφυγον. Nos correximus.

289. Pr. et Cast. cum codd. κλυδωνισθεῖσα σὺν ἐμῷ πόσει καὶ δ. ubi Ops. e conj. ἅμ' ἐμῷ πόσει ἢ δ. Volebat Schmidius, ἠδὲ δαέρσι. Sed ει apud Sibyllam

Exsilit ad terram; necnon natique nurusque
Et conjux; necnon serpentes atque volucres,
Quadrupedum pecudumque genus; tum cetera cuncta
Ex arca interiore locum egrediuntur in unum.
Prodiit octavus, cultor fidissimus æqui
Quum bis vicenas in aquis atque insuper unam
Noë diem egisset : sic fata suprema ferebant.
Hinc nova progenies, hinc ætas aurea prima
Exorta est hominum, quam censent ordine sextam;
Optima post homines natos, et nomine dicta
Cælestis : quippe hanc præsens Deus ipse fovebit.
O ævi sexti gens prima! o magna voluptas,
Qua perfusa fui, postquam discrimina mortis
Effugi, jactata meo cum conjuge, necnon
Et socer et socrus, glos utraque, levir uterque!
Nam quid plura loquar? ficus se floribus ipsa
Induet. Ast illo se tempore regia primum
Imperia ostendent terris, quum fœdere facto
Tres justi reges, divisis partibus æquis,

etiam ante consonas nonnunquam corripi fatendum est: qua de re nos in Metrica Sibyllina.

290. Pr. Cast. et codd. ὁμονύμφοις τε. Ops. e conj. ὁμονύμφοισίν τε. Aurato placebat, ὁμονύμφοις τ' αἰνὰ π.

291. Sic edd. cum B. Aliter R. L. ἄρτι δὲ ἐν νήσω (pro νήσῳ) πολυποίκιλον ἄνθος, versu claudo. Sed rectum est, ἄρτι δέ αἰνήσω, *paucis laudabo.*

292. Edd. ἐν σάκη σύκη, voce sic geminata cum unius literæ discrimine, et uno male addito pede, quo omnia turbantur. B. ἐν συήη σύκη. A. ἐν σύκη συκη. R. L. ut nos. Maximæ autem fertilitatis imago exhibetur ficus non pomis tantum, sed et floribus ornata. Deinde edd. et codd. μεσάσει δὲ χρ. βασιλήϊον (quidam βασιλεῖον) ἀρχήν Σκηπτροφόρον δέξη, sine sensu, ubi Thorlacius et Bleekius, μεσάσει δὲ Κρόνου βασιλήϊος ἀρχή, non male; sed sequentem versum neuter constituere potuit. Melior nostra lectio, quam Petitus indicavit, μέσος imo μέσσος) aut μέσατος legendum docens. Præstat μέσατος, aurium quidem judicio, sed μέσσος ad scripturam magis accedit. Eligat lector. Venit etiam in mentem μεσάσει δὲ corruptum forsitan esse pro μετόπισθε.

293. Vulgo δέξη : confer not. præc.

294. Codd. ἄνδρες. Edd. ἄνδρε, ut nos. Deinde Pr. μοίρας δέ τε δηχλήσονται, ubi Cast. cum A. δηλήσονται, quod Ops. accepit. At codex B. μοίρας δειλήσονται, copulis omissis. R. L. μ. δή τε δηλήσονται, ubi in L. fuerat prius δικάσονται. Sed verius nos διαδηλήσονται, verbo apud Sibyllam usitato, nec ab Homerica lingua alieno, etsi *distrahendi* ant *discerpendi* potius quam *dividendi* sensu. At qui sunt, rogas, tres illi viri circa sextæ ætatis medium regnaturi? Quinam vero nisi, ut libro III, v. 110, sqq. Saturnus ejusque fratres? quos fortasse confundit auctor cum tribus Noemi filiis. Conatur enim, more primorum Ecclesiæ patrum, poeticas gentium fabulas ad historicam veritatem redigere, id quod libro III an-

Πουλυετῆ δ' ἄρξουσι χρόνον, τὰ δίκαια νέμοντες
Ἀνδράσιν, οἷσι μέμηλε πόνος καὶ ἔργ' ἐρατεινά.
Γαίη δ' αὖ καρποῖς ἐπαγάλλεται αὐτομάτοισι
Φυομένη πολλοῖσιν, ὑπερσταχύουσα γενέθλῃ.
Οἱ δὲ τότ' ἰθυντῆρες ἀγήραοι ἤματα πάντα
Ἔσσονται, νόσφιν νούσων κρυερῶν μαλεράων·
Θνήξονται ὕπνῳ βεβολημένοι, ἐς δ' ἀχέροντας
Εἰν ἀΐδαο δόμοις ἀπελεύσονται, καὶ ἐκεῖσε
Τιμὴν ἕξουσιν, ἐπειὴ μακάρων γένος ἦσαν,
Ὄλβιοι ἀνέρες, οἷς Σαβαὼθ νόον ἐσθλὸν ἔδωκεν,
Αὐτὰρ καὶ τούτοισιν ἀεὶ συμφράσσατο βουλάς.
Ἀλλ' οὗτοι μάκαρες, καὶ εἰν ἀΐδαο μολόντες,
Ἔσσονται. Τότε δ' αὖτε βαρὺ στιβαρὸν μετέπειτα
Δεύτερον αὖ γένος ἄλλο χαμαιγενέων ἀνθρώπων,
Τιτήνων. Ὅμοιος δὲ τύπος ἐπὶ πᾶσιν ἕκαστον,
Εἶδος καὶ μέγεθός τε φυήν· φωνὴ δὲ μί' ἔσται,
Ὡς πάρος ἐκ πρώτης γενεῆς Θεὸς ἐν στήθεσσιν
Ἔνθετο. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντες
Ὕστατα βουλεύσονται, ἐπειγόμενοι πρὸς ὄλεθρον,
Ἀντίβιον μαχέσασθαι ἐπ' οὐρανῷ ἀστερόεντι.
Καὶ τότε δ' ὠκεανοῦ μεγάλου ῥύσις ἔσσετ' ἐν αὐτοῖς,
Μαινομένων ὑδάτων. Ὁ μέγας Σαβαὼθ δὲ χολωθεὶς
Εἴρξει κωλύων, ὅτι μὴ κατακλυσμὸν ὑπέστη
Αὖθις ποιήσειν ἐπὶ ἀνθρώπους κακοθύμους.
Ἀλλ' ὁπόταν ὑδάτων πολλῶν ἀπερείσιον οἶδμα,
Κύματος ὀρνυμένοιο ἐπ' ἄλλυδις ἄλλο, ποιήσῃ

plius fieri animadvertemus. Fingit autem, ob summam temporum illorum felicitatem, sapientes reges diis fuisse æquiparatos, unde supra, v. 286, diluvio proximam ætatem οὐρανίην vocavit.

295. Pr. et R. L. πολυετῆ.

297. B. ἐπάλλεται.

299. Edd. et codd. οἱ δέ τε τηθευτῆρες, nisi quod apud Ops. τιθευτῆρες impressum est. Nos correximus hoc sensu: *qui vero tunc dominabuntur*. Amat Sibylla verbum ἰθύνω *dominandi* sensu: confer Indicem Græcitatis.

301. Lege θνήξονται δ' ὕπνῳ, et in fine ἀχέροντα. Similia lecta sunt, v. 71, sqq.

302. R. L. ἐκεῖσε, sine καί.

303. Pr. et Cast. cum R. L. ἐπεί. B ἐπί. Correxit Ops. Deinde pro γένος, R. L. παῖδες.

305. Edd. et codd. συμφράσατο.

306. Pr. et Cast. cum B. μολῶντες.

307. Pr. Cast. et B. τότε δ' αὖ, ubi nos cum A. τότε δ' αὖτε, quod Ops. e conj. jam ediderat. R. L. τότε δ' αὖ στιβαρόν, omisso priore epitheto et manco versu.

308. L. δεύτερον ἄλλο γένος χ. ἀ. Secunda ætas Titanibus tribuitur, sicut prima Diis. Secunda autem post diluvium septima est ab orbe condito. Confer supra, not. ad v. 287 et 294.

Sceptra diu populis imponent, sanctaque tradent
Jura viris, queis laudis amor studiumque laboris.
Sponte sua tellus læto feret ubere fruges,
Spicarumque gravi reditu ditabit alumnos.
Non illis curæ incumbent, non ægra senectus :
Sed morbis semper vacui expertesque malorum,
Morte, velut somno, cessabunt, inque profunda
Devenient Acherontis, ubi nec honore carebunt.
Fortunati homines, sanctum genus, intima quorum
Corda Deus finxit Sabaoth, ultroque benignis
Consiliis mores et amico lumine rexit.
Invidia digni, vel quum susceperit illos
Orcus, erunt. Hominum sedenim gens altera surget,
Ingens, horribilis, Titanum terrigenarum,
Queis eadem facies, eadem natura, modusque
Corporis, et species, et lingua erit omnibus una,
Lingua, docente Deo, primis quæ cognita mundi
Civibus. Ast illos vesana superbia mentis
Impellet, certam sibimet molita ruinam,
Illato bello stellatum invadere Olympum.
In quos exundans furiato gurgite magnus
Ingruet Oceanus. Sabaoth sed maximus illum
Comprimet indignans : neque enim disperdere rursus
Perversum genus immissis promiserat undis.
  Sed postquam tumidos fluctus rabiemque citatam
Undarum huc illuc disjecerit irrumpentum,

309. Ἕκαστον ad tria refertur, εἶδος, μέγεθος et φυήν, quo modo construitur ἀμφότερον apud Homerum, et poetas sæpe, ut Iliad. γ, v. 180 : Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

310. Edd. cum B. φυή. R. L. φυήν, ut nos. Desumptum est hemistichium ex Homero, Odyss. ζ. v. 152. Deinde B. φωνή μ' ἔσται, sed errore scribentis; sensus enim liquet, de quo cfr. lib. III, v. 99. Notanda autem linguæ communis mentio, qua videtur præparari narratio de turri Babel, infra tamen omittenda et in librum III reservanda.

314. Μαχέσασθαι ἐπ' οὐρανῷ, respicit partim ad turrim Babel, partim ad Titanomachiam, quam ex aliqua illius turris memoria confictam multi putarunt.

315. Ops. δ' expunxit. Tangit his versibus Sibylla vel Deucalionis vel potius Ogygi diluvium; simul respicit ad Dei promissa de diluvio non redituro, Genes. cap. 8, v. 21; cap. 9, v. 15, sq.

316. R. L. μαινομένων ὑδάτων μέγα, Σαβ. δὲ χολ.

320. Edd. et codd. ποιήσει.

321. R. L. et Gallæi codex, καὶ εἰς ἄλα β. Edd. cum B. ut nos, hoc sensu : *Simul ponti gurgites in aliam*, id est, *minorem mensuram redacti fuerint*.

Ὀργῆς παύεσθαι, εἰς ἄλλα τε βένθεα πόντου
Μέτρ' ὀλιγώσειεν. λιμέσι καὶ τρηχέσιν ἀκταῖς
Ἀμφὶ γαίῃ ὁρίσας, ὁ μέγας Θεὸς ὑψικέραυνος·
Δὴ τότε καὶ μεγάλοιο Θεοῦ παῖς ἀνθρώποισιν
Ἥξει σαρκοφόρος, θνητοῖς ὁμοιούμενος ἐν γῇ.
Τέσσαρα φωνήεντα φέρει· τὰ δ' ἄφωνα ἐν αὐτῷ
[Δισσὰ ἓν ἀγγέλλοντ']· ἀριθμὸν δ' ὅλον ἐξονομήνω·
Ὀκτὼ γὰρ μονάδας, τόσσας δεκάδας δ' ἐπὶ ταύταις,
Ἠδ' ἑκατοντάδας ὀκτὼ, ἀπιστοκόροις ἀνθρώποις
Οὔνομα δηλώσει· σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον
Ἀθανάτοιο Θεοῦ Χριστὸν παῖδ' ὑψίστοιο.
Αὐτὸς πληρώσει δὲ Θεοῦ νόμον, οὐ καταλύσει,
Ἀντίτυπον μίμημα φέρων, καὶ πάντα διδάξει.
Τούτῳ προσκομίσουσ' ἱερεῖς χρυσὸν προφέροντες,
Σμύρναν, ἀτὰρ λίβανον· καὶ γὰρ τάδε πάντα ποιήσει.
   Ἀλλ' ὁπόταν φωνή τις ἐρημαίης διὰ χώρης
Ἥξει ἀπαγγέλλουσα βροτοῖς, καὶ πᾶσι βοήσει,
Εὐθείας ἀτράπους ποιησέμεν, ἠδ' ἀπορίψαι
Ἐκ κραδίης κακίας, καὶ ὕδασι φωτίζεσθαι
Πᾶν δέμας ἀνθρώπων, ἵνα, γεννηθέντες ἄνωθεν,
Μηκέτι μηδὲν ὅλως γε παρεκβαίνωσι δικαίων,
(Τὴν δ' αὖ βαρβαρόφρων, πεπεδημένος ὀρχηθμοῖσιν,
Ἐκκόψας δώσει μισθόν)· τότε σῆμα βροτοῖσιν
Ἔσσεται ἐξαίφνης, ὁπόταν πεφυλαγμένος ἥξει
Ἐκ γῆς Αἰγύπτοιο καλὸς λίθος· ἐν δ' ἄρα τούτῳ

322. Edd. et codd. ὀλιγωθείη, syntaxi male interrupta: nos ὀλιγώσειεν (Θεός scilicet) ut hæc cum præcedentibus et sequentibus construantur. Iidem λιμέσιν, ubi nos λιμέσι, constantiore orthographia. Deinde edd. τραχέσιν. Codd. τρηχέσιν, ut nos. Nec improbandus masculini usus, attica licentia, pro τρηχείαις: sic infra, lib. III, v. 776, τρηχέες ὄχθαι.

323. Ops. e conj. ἀμφὶ γαίην ὁρίσει. Post hunc versum miro sane impetu a secundo diluvio ad Christi tempora transilitur; nec tamen in edd. aut codd. ullum lacunæ indicium. Confer quæ ad hanc rem disseremus in Excursu V.

324. R. L. τοῦ μεγάλοιο, sine καί. Edd. et A. B. ut nos.

326. R. L. φέρων. Deinde Pr. cum A. B. τὰ δ' ἄφωνα ὃν αὐτῷ. Cast. et seqq. τὰ δ' ἄφωνα δυ' αὐτῷ, e conj. non proba. R. L. τὰ δ' ἄφωνα in hujus versus fine; sequentis autem initio, ὄντα ἐν αὐτῷ. Nos correximus.

327. Pr. et omnes edd. δισσῶν ἀγγέλων. B. et Pithœi codex δισσῶν ἀγγέλλων. R. L. δισσόν τ' ἀγγέλω. Nos correximus. Habet enim nomen Ἰησοῦς, cujus modo proferetur summa 888, e quinque literis consonantes duas inter se pares. In altero hemistichio, parum notatu dignum est quod B. ἀριθμῶν, Pr. et B. δόλον exhibent.

328. Edd. cum B. τόσσας δεκάδας ἐπὶ τούτοις. R. L. ut nos.

Quumque novis æquor devinctum finibus intra
Litoreos obices compresserit, oppositaque
Munierit terra magni vis altitonantis,
Tum demum veniet magno Patre natus, ab alto
Descendens, carnem indutus, par ipse creatis.
Quatuor hunc elementa notant vocalia, et unus
Consona bina sonus : summa est, quam rite docebo.
Quippe octo monadas, totidem decadas, totidemque
Centurias implet (quod gens incredula discat)
Nomen adorandum : memori tu mente teneto
Christum, qui summo satus æternoque Parente est.
Ille Dei veniet complere, haud solvere legem,
Prisca novis referens, atque omnia vera docebit.
Accedent illi myrrhamque aurumque ferentes
Thusque sacerdotes : namque omnia fecerit ista.
  Desertis sed quando locis vox magna sonabit,
Nuncia terrigenas late quæ clamet ad omnes,
Ut rectos faciant calles, animosque repurgent
Sordibus ac vitiis, et aqua lustrare salubri
Corpora festinent, utque ad meliora renati
Justitiæ deinceps nunquam sacra jura resolvant;
(Barbarus hanc olim, cæco irretitus amore,
Saltantis pretium, vocem præcidet); ibi ingens
Continuo signum dabitur mortalibus ægris.
Quippe ex Ægypto veniet lapis optimus, ad quem

332. R. L. δὲ non habent. Versus expressus e Matthæo, cap. 5, v. 17.

333. Ἀντίτυπον μίμημα, antitypum intellige figurarum veteris Test. Contrario sensu τύπον usurpabit infra, v. 380. Sumptum hemistichium e lib. VIII, v. 270, jamque lectum supra, v. 33.

334. Pr. et codd. προσφέροντες. Correxit Cast.

335. Friget in fine sententia, pro qua melius sane legeretur, καὶ γὰρ τάδε πάντα ποίησεν vel πάντ' ἐποίησεν, Aurum scilicet, Myrrham et Thus, quæ ipsi tanquam creatori offeruntur. Confer tamen lib. II, v. 334.

337. R. ἥξῃ, βοήσῃ : confer infra v. 362. Deinde B. ἀπαγγέλουσα, male.

338. R. L. ἀπορρίψῃ.

339. R. L. καὶ κακίην. In B. deest καί ante ὕδασι.

340. Recurret idem fere versus, lib. VIII, v. 316.

341. R. L. ὅλως πάρος ἐκβαίνωσι, sine γε, pessime sane.

342. R. L. βαρβαρόφρων ὁ πεπεισμένος, non male; sed vulgata præstat lectio.

344. Edd. ἔσται. R. L. ἔσσεται, ut nos, et in fine versus, ἥξῃ.

345. Καλὸς λίθος ipse est Christus, quem Petrus, Ep. I, cap. 2, λίθον ζῶντα, et λίθον ἀκρογωνιαῖον vocat; sed et λίθον προσκόμματος, quo respicit versus 346. Confer etiam, lib. VIII, v. 254, ibique notam.

Λαὸς προσκόψει Ἑβραίων· ἔθνη δ' ἀγεροῦνται
Αὐτοῦ ὑφηγήσει. Καὶ γὰρ Θεὸν ὑψιμέδοντα
Γνώσονται διὰ τοῦδε, καὶ ἀτραπὸν ἐν φαῒ κοινῷ.
Δείξει γὰρ ζωὴν αἰώνιον ἀνθρώποισιν
Ἐκλέκτοις, ἀνόμοις δὲ τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐποίσει.
Καὶ τότε δὴ νοσεροὺς ἰήσεται, ἠδ' ἐπιμώμους
Πάντας, ὅσοι τούτῳ πίστιν ἐνιποιήσονται.
Βλέψουσι δέ τε τυφλοὶ, ἀτὰρ βαδίσουσί τε χωλοὶ,
Κωφοί τ' εἰσαΐσουσι, λαλήσουσ' οὐ λαλέοντες.
Δαίμονας ἐξελάσει· νεκρῶν δ' ἐπανάστασις ἔσται·
Κύματα πεζεύσει· καὶ ἐρημαίῳ ἐνὶ χώρῳ
Ἐξ ἄρτων πέντε καὶ ἰχθύος εἰναλίοιο
Χιλιάδας κορέσει πέντε, τὰ δὲ λείψανα τούτων
Δώδεκα πληρώσει κοφίνους εἰς Παρθένον ἁγνήν.
Καὶ τότε δ' Ἰσραὴλ μεμεθυσμένος οὐχὶ νοήσει,
Οὐδὲ μὲν [ἐνθήσει] βεβαρημένος οὔασι λεπτοῖς.
Ἀλλ' ὁπόταν Ἑβραίοις ἥξῃ χόλος ὑψίστοιο
Οἰστρομανὴς, καὶ πίστιν ἑαυτῶν ἐξαφελεῖται,
Οὐράνιον ὅτι παῖδα Θεοῦ διεδηλήσαντο,
Καὶ τότε δὴ κολάφους καὶ πτύσματα φαρμακόεντα
Ἰσραὴλ δώσει μυσαροῖς ἐνὶ χείλεσι τούτῳ.
Εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν καὶ εἰς πότον ὄξος ἄκρατον
Δυσσεβέως δώσουσι, κακῷ βεβολημένοι οἴστρῳ
Στήθεα καὶ κραδίην, ἀτὰρ ὄμμασιν οὐκ ἐσορῶντες,

348. Pr. cum A. B. γνώσονται διὰ τοῦδε ἀταρπητόν τ' ἐν φάει, ubi Cast. et Ops. ἐνὶ φάει: qui omnes κοινῷ omittunt. Sed R. L. καὶ ἀτραπὸν ἐν φάει κοινῷ, prorsus ut nos, nisi quod φαῒ scripsimus, ut supra in Prooemio, v. 18, quem locum adi.

349. Pr. cum A. B. αἰώνιον ζωήν. Cast. emendavit, faventibus R. L.

350. Pr. et codd. ἀποίσει. Cast. emendavit.

352. Edd. et B. ἐνὶ ποιήσονται, divise. R. L. ut nos.

353. Edd. βλέψουσιν δὲ τυφλοί, sine altera copula. R. L. βλέψουσι δέ γε τυφλοί. A. et B. ut nos, qui postea βαδίσουσι nobiscum habent, ubi edd. βαδίουσι, R. L. βαδιοῦσι, quum magis atticum esset βαδιοῦνται

354. R. L. εἰσακούσουσι, λαλήσουσι δ' οὐ λ. Mirum quod in A. legitur, λαλήσουσι δ' ἄφωνοι.

357. Pr. et omnes codd. ut nos. Addidit Cast. post πέντε voculam ἅμα, quæ in edd. transiit, fortasse ex libro VIII, ubi eadem fere recurrunt, v. 274, sqq. Habet hunc et duo seqq. versus Lactantius quoque, Div. Inst. IV, cap. 15, sed ex libro VIII potius desumptos, mutataque in multis lectione, sicut suo loco annotabimus.

358. R. L. θρέψει χιλιάδας πέντε.

359. Pueriliter additum est (fortasse e lib. VIII, v. 270) εἰς Παρθένον ἁγνήν, reservatis Virgini sanctæ ferculorum reliquiis, quod sequiorem ætatem sapit. Melius lib. VIII, v. 278, εἰς ἐλπίδα λαῶν, seu quæ Lactantiana lectio est,

Impinget misere proles Hebræa, sed omnes
Accurrent populi, possint ut noscere summum
Rite Deum et veros communi in lumine calles.
Ille quidem æternum mortalibus afferet ævum
Electis, ignemque malis in sæcla parabit.
Idem sanabit membris aut mentibus ægros,
Quos sibi fidentes norit; cæcosque videre,
Ferre pedem claudos, surdos audire jubebit,
Ignotas mutis dabit informare loquelas.
Dæmonas ejiciet; revocabit morte sepultos;
Per fluctus pedes ibit; et in regione remota
Panibus ille olim quinis ac pisce marino
Millia quinque hominum pascet: tum frusta relicta
Bissenos cophinos implebunt Virginis almæ.
  Ebrius hæc tamen Israël non mente notabit,
Non oculis cernet, surda non audiet aure.
Sed quando Hebræis incumbet justa tonantis
Ira, fidemque animis errantibus eximet omnem,
Æterni quoniam natum sprevere Parentis;
Tunc ipsi impingent colaphos, et sputa profanis
Aspergent impura labris, et fellis amari
Apponent escam, potumque immitis aceti:
Scilicet insano perculsi corda furore,
Clausi oculos tenebris, talpis obtusius ipsis

εἰς ἐλπίδα πολλῶν, ut pars salutis gentibus destinata per allegoriam significetur. Confer locos citatos, et lib. II, v. 313.

360. Nulla hic lacunæ suspicio. Ante hunc tamen versum legitur, in R. L.: Εἶτα πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἐπάγει ἡ Ἐρυθραία τὰ περὶ τῆς ἐκμανοῦς καὶ ἀσυγγνώστου τῶν κυριοκτόνων τόλμης, καὶ τῆς διὰ τοῦτο γενομένης κινήσεως τοῦδε τοῦ παντὸς, καὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναβιώσεως, λέγουσα τάδε, Καὶ τότε δ' Ἰσραήλ, κ. τ. λ.

361. Pro ἐνθήσει, edd. et codd. uno consensu αὐδήσει habent, *audiendi* sensu, latine magis quam græce. Volebat Turnebus, αὖθ' ἀΐσει, vel εἰσαΐσει, vel ἐνθήσει, quorum ultimum probavimus, etsi ἐνθήσεται rectius esset, ut apud ipsam Sibyllam ἔνθετο, supra, v. 40, etc.

Deinde edd. μεμεθυσμένος ex priore versu repetunt, ubi nos cum A. B. R. L. βεβαρημένος.

362. Melius ἀλλ' ὅταν: sed nominis Ἑβραίων duæ priores semper in hoc et sequenti libro corripiuntur. Deinde pro ἥξῃ, vide an ἥξει malis, propter ἐξαφελεῖται, quod sequitur. Parum sane atticum ἥξῃ, sed dignum istius ævi poeta; et subjunctivum trahere videtur nimis vicina conjunctio. Confer tamen v. 337.

363. R. L. ἐξ αὐτῶν. Peccat ἑαυτῶν, sed tamen aliquatenus ferri potest.

365. Ducti sunt hic et seqq. versus non ex Evangeliis tantum, sed ex libro VIII, ubi rursus leguntur, v. 289, sqq.

366. Ἐν χείλεσι pro simplici χείλεσι, ut ἐν μαχαίρᾳ πατάσσειν et similia.

Τυφλότεροι σπαλάκων, φοβερώτεροι ἑρπυστήρων
Θηρῶν ἰοβόλων, βαρέϊ πεπεδημένοι ὕπνῳ.
Ἀλλ' ὅταν ἐκπετάσῃ χεῖρας καὶ πάντα μετρήσῃ,
Καὶ στέφανον φορέσῃ τὸν ἀκάνθινον, ἠδέ γε πλευρὰν
Νύξωσι καλάμοισιν (ὅτου χάριν ἐν τρισὶν ὥραις
Νὺξ ἔσται σκοτόεσσα πελώριος ἤματι μέσσῳ)·
Καὶ τότε δὴ ναὸς Σολομώνιος ἀνθρώποισι
Σῆμα μέγ' ἐκτελέσει, ὁπόταν Ἀϊδωνέος οἶκον
Βήσεται, ἀγγέλλων ἐπανάστασιν τεθνειῶσιν.
Αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθῃ τρισὶν ἤμασιν εἰς φάος αὖθις,
Καὶ δείξῃ θνητοῖσι τύπον, καὶ πάντα διδάξῃ,
Ἐν νεφέλαις ἐπιβὰς εἰς οὐρανοῦ οἶκον ὁδεύσει,
Καλλείψας κόσμῳ εὐαγγελίης διάθημα.
Τοῦ καὶ ἐπωνυμίῃ βλαστὸς νέος ἀνθήσειεν
Ἐξ ἐθνῶν, μεγάλοιο νόμῳ καθοδηγηθέντες.
Ἀλλά γε καὶ μετὰ ταῦτα Σόλοι καθοδηγοὶ ἔσονται,
Καὶ τότε δὴ παῦσις ἔσται μετέπειτα προφητῶν.
Ἔνθεν ὅταν Ἑβραῖοι τὸ κακὸν θέρος ἀμήσωνται,
Πολλὸν δ' αὖ χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἐξαλαπάξει
Ῥωμαῖος βασιλεύς. Μετὰ δ' αὖ βασιληΐδες ἄλλαι
Συνεχέως ἔσσονται ἀπολλυμένων βασιλειῶν,
Καὶ θλίψουσι βροτούς. Μέγα δ' ἔσσεται ἀνδράσι κείνοις
Πτῶμ', ὅταν ἄρξωνται ὑπερηφανίης ἀδίκοιο.

371. R. L. ἰοβόλων τε βάρει.

374. Pr. et Cast. cum B. νήξωσι. Ops. cum R. L. νύξωσι. Deinde Pr. et codd. ὁμοῦ χάριν. Cast. emendavit.

376. L. λαός, male. De velo templi sponte scisso confer Evangelia, et infra, VIII, v. 305.

377. R. L. οἴκω, id est οἴκῳ.

378. Pr. B. R. ἀγγέλων. Cast. ἀγγελέων. L. cum A. ἀγγέλλων, ut nos. Deinde Pr. et Cast. cum A. R. L. ἐπ' ἀνάστασιν, divise. Ops. et B. non dividunt. In fine scribendum esset metri causa ἐθνειῶσιν, si auctoritas aut exemplum suppeteret.

380. Pr. et Cast. cum B. δείξει. Ops. cum A. R. L. δείξῃ. Deinde R. L. θνητοῖσι non habent, sed mutilo versu δείξη τύπον. Edd. cum B. θνητοῖσιν ὕπνον, sine sensu. Τύπον intellige *exemplar hominibus propositum*. Ita Christum lib. VIII, v. 323, τύπον ἡμῶν vocabit.

381. R. L. οὐράνιον, male. Deinde Pr. et Cast. cum codd. ὁδεύσῃ: correxit Ops. Post hunc versum desunt in B. paginæ nonnullæ, unde, usque ad libri III vers. 106, auctoritate illius codicis carebimus.

382. Pr. et codd. καλύψας. Correxit Cast. In fine Pr. διάστημα. Cast. et Ops. cum A. R. L. διάδημα, quod Turnebus interpretatur *regnum*. Nos e Castalionis conj. διάθημα, id est διαθήκην, verbo quidem insolenti; sed ut προσθήκη, πρόσθεμα et πρόσθημα dicuntur, quidni διαθήκη, διάθεμα, διάθημα? Confer maxime Lobeck. ad Phryn. p. 249.

383. Pr. et Cast. ἐπωνυμίη, recto casu. Correxit Ops. De Christianis agi palam est.

Cernentes, pejus colubris graviusque venenum
Spirantes, duro oppressi rigidoque veterno.
Ille ubi distentis ex alto cuncta lacertis
Mensus erit, spinis frontem redimitus acutis,
Perfossusque latus calamo, tres unde per horas
Nox tenebrosa die medio monstrosaque fiet;
Tunc hominum generi magnum Salomonia signum
Templa dabunt, stygias ipso penetrante sub umbras
Ut jucunda ferat defunctis omina vitæ.
Sed quum tertia lux remeantem ad lumina solis
Viderit, exemplarque suum mortalibus auctor
Ediderit, tandem cœli supera alta reviset
Nubibus invectus, mundoque insigne relinquet
Pactum evangelii. Cujus de nomine surget
Flore novo gens sancta, Dei quæ jussa facesset.
Inde Stoli toto ductores orbe futuri;
Quippe prophetarum longus defecerit ordo.
Sed mox Hebræis lacrimosæ tempora messis
Incipient. Tum rex veniet Romanus, et auri
Multum atque argenti rapiet. Dein altera surgent
Regna super regnis labentibus, horrida dictu,
Mortalesque prement. At sævior imminet ipsis
Pernicies, fastu quum grassabuntur iniquo.

385. R. L. ἀλλὰ μετὰ ταῦτα, omissis γε et καί. Omnes deinde edd. et codd. σόλοι. Legerat Ops. in R. σοφοί, sed oculorum vitio. Qui Σόλυμοι intelligunt, vim linguæ faciunt, et, ut faveant Judæis, sententiarum seriem abrumpere non dubitant. Legendum cum Fabricio et Thorlacio Στόλοι, id est ἀπόστολοι, voce nova, sed analogiæ non repugnanti; idque eo tutius, quod statim addatur nullum jam fore prophetis locum. Habuit auctor ante oculos librum III, v. 195.

387. Pr. et A. ἐντεῦθεν δ' ὅταν. Cast. e conj. ἔνθεν δ' Ἑβραῖοι τὸ κακὸν θ. ἀμήσωνται, quem Ops. secutus est, cum futuro tamen ἀμήσονται. Sed A. R. L. prorsus ut nos, et recte quidem: confer supra v. 362. Ducta est autem hujus versus metaphora e libris sanctis, præsertim Paul. ad Galat., cap. 6, v. 7: Ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ὁ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει.

388. Legetur iterum lib. III, v. 179, de Romanis. Sed hic præcipue de Nerone, cujus auspiciis bellum adversus Judæos inchoatum est, non sine magna totius regionis vastatione.

389. Pr. et Cast. Ῥωμαίοις: correxit Ops. suadente Cast. et faventibus codd. Sed iidem omnes in fine ἄλλοι, ubi Ops. ἄλλαι restituit. Regna intelligi possunt Galbæ, Othonis et Vitellii, sed fortasse sequentium quoque imperatorum.

391. R. L. θλίψει. Recurrent hic et seq. versus, paucis mutatis, lib. III, v. 183, seq.

392. Pr. et codd. ὁπότων. Correxit Cast. Spectat hic versus ad bellum Judæis superbe et inique illatum, simulque ad Neronis miserum finem.

Ἀλλ' ὁπόταν ναὸς Σολομώνιος ἐν χθονὶ δίᾳ
Καππέσεται, βληθεὶς ὑπὸ ἀνδρῶν βαρβαροφώνων
Χαλκεοθωρήκων, Ἑβραῖοι δ' ἀπὸ γῆς ἐλάσονται
Πλαζόμενοι, κεραϊζόμενοι, πολλὴν δέ τοι αἶραν
Ἐν σίτῳ μίξουσι, κακὴ στάσις ἔσται ἅπασιν
Ἀνδράσιν· αἱ δὲ πόλεις ὑβριζόμεναι παρ' ἕκαστα
Ἀλλήλας κλαύσουσιν, ἐπεὶ κακὸν ἤλιτον ἔργον,
Δεξάμεναι μεγάλοιο Θεοῦ χόλον ἐν κόλποισιν.

393. R. L. νηός, rectius, sed et supra v. 376, legimus ναός. Deinde Pr. et codd. σολομώνειος : correxit Cast.

394. Edd. καππεσεῖται. A. καμπεσσεῖται. R. L. καππεσέηται. Pithœi codex, καππέσονται. Nos correximus ad Sibyllæ morem. Deinde Pr. et Cast. cum codd. ὑπ' ἀνδρῶν : correxit Ops. non male; confer tamen nos de Metrica Sibyllina. Quod additur βαρβαροφώνων, de Romanis, græcum redolet ingenium.

395. R. L. χαλκεοθωρήκτων.

396. A. κερμιζόμενοι. Deinde edd. et codd. αἴραν, hoc accentu, non, ut Attici volunt, αἶραν.

397. R. L. κακὴ δὲ στάσις. Quænam in tempora cadant hæc, incertum est. Neque enim ad Flaviorum aut proxime sequentium regna facile referri possunt, quibus summa pax in Romano orbe floruit; nisi forte meminit poeta cruentarum in Judæa seditionum, quæ sub

Quum vero hostiles Salomonia templa catervæ,
Loricæ quibus ære graves et barbara lingua,
Dejicient, patrioque solo pellentur Hebræi
Palantes, misere vexati, farraque multo
Miscebunt lolio; tunc gentes dira per omnes
Seditio erumpet ; tunc urbes mutua lassæ
Flebunt damna, scelus quoniam admisere nefandum,
Et meritas in se verterunt numinis iras.

Hadriano præsertim motæ compressæque sunt. Quod si ad convulsum tertio sæculo Romani imperii statum respicias, jam eæ calamitates ab Hierosolymitani templi excidio nimis remotæ videri possunt. Quidquid id est, respexit auctor ad ipsam Christi prophetiam, Matth. cap. 24, v. 7 : Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν. Sed nos de his plura in Excursu V.

397. A. ἐν σίτῳ μίξουσιν· αἱ δὲ πόλεις, omissis intermediis, id est, suppresso fere uno versu.

398. Παρ' ἕκαστα seu παρέκαστα Suidæ est ἑκάστοτε, *semper*, afferturque e Machab. II, cap. 6, v. 13.

399. Κακὸν ἔργον de templi excidio accipi potest; sed potius de Christi nece, tanquam gentibus quoque imputanda.

400. De hujus libri fine et sequentis initio conferenda sunt, quæ ad libri II titulum et in Exc. V annotabimus.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ἦμος δὲ κατέπαυσε Θεὸς πολυπάνσοφον ᾠδὴν
Πολλὰ λιταζομένης, καί μοι πάλιν ἐν στήθεσσιν
Ἔνθετο θεσπεσίων ἐπέων πολυγηθέα φωνήν.
Πᾶν δέμας ἐκπληχθεῖσα τάδ' ἕσπομαι· οὔτε γὰρ οἶδα
Ὅττι λέγω, κέλεται δὲ Θεὸς τὰ ἕκαστ' ἀγορεύειν.
    Ἀλλ' ὁπόταν ἐπὶ γῆς σεισμοὶ, μαλεροί τε κεραυνοὶ,
Βρονταί τ' ἀστεροπαὶ, ... καὶ γῆς ἐρυσίβη,
Καὶ μανίη θώων τε λύκων, ἀνδροκτασίαι τε,
Καὶ φθοραὶ ἀνθρώπων, ἠ καὶ βοῶν μυκομενάων,
Τετραπόδων κτηνῶν τε καὶ οὐρήων ταλαεργῶν,
Ἠδ' αἰγῶν οἴων τε· ἔπειτα δὲ χέρσος ἄρουρα
Πολλὴ καλλειφθεῖσα γενήσεται ἐξ ἀμελείας,
Καὶ καρποὶ λείψουσιν, ἐλευθεροπρασία δ' ἔσται

Tit. — Pro titulo, qui in Pr. et Cast. codicibusque omnibus deest, leguntur in R. L. et Florentino codice, prosa oratione intercalata hæc verba : Ὡσαύτως καὶ τοὺς πολυθεΐαν νοσοῦντας (sic L. et Florentinus, recte, ubi male R. γονοῦντας) ἐλέγχει, τούς τε ἀδίκους καὶ ἁμαρτωλούς· καὶ συμβασιλεύει (lege συμβουλεύει), ὡς συγγενεῖς, τὸν ἕνα καὶ μόνον σέβειν Θεόν· εἶτα παροιμιάζει τὴν ἄθλησιν τῶν ἁγίων· καὶ τελευταῖον περὶ τοῦ φρικτοῦ βήματος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν φησι, λέγουσα τάδε, Ἦμος δὲ κατέπαυσε, κ. τ. λ. Agnoscis eamdem manum quam libro I, post versum 359. Pr. et Cast. paucioribus verbis, sed nec ipsi facta secundi libri mentione nisi in summa paginarum area, hæc tantum tituli loco habent : Περὶ Ἑλλήνων καὶ περὶ Θεοῦ καὶ περὶ ἁγίων καὶ περὶ κρίσεως, et statim ad sequentem versum transitur : Ἦμος δὲ, κ. τ. λ. Quod et in A. codice observatur; tantum ille pro κρίσεως, ἱερίων habet. Sed de librorum Sibyllinorum ordine confer, uti jam sæpe monuimus, Excursum nostrum V. Id unum nunc observamus, tantam esse libri secundi cum priore affinitatem, ut non immerito ab eadem manu profecti ambo existimentur, nec male in codd. supra dictis uno quasi tenore coalescant.

1. Expressum est hoc exordium e si-

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER SECUNDUS.

Postquam doctisonos cantus, me multa precante,
Passus erat cessare Deus, sub pectora rursum
Ecce mihi vocem afflavit divina loquentem.
Corpore tota stupens feror huc, ignara quid ore
Proloquar : ipse mihi præsens dat singula fari.
  Sed quum terrarum motus et fulmina dira
Fulguraque et tonitrus fuerint, segetumque rubigo,
Et terræ squalor, rabies et sæva luporum,
Et cædes hominum, jumentorumque, boumque,
Caprarum atque ovium; tum plurima terra manebit
Agricolis deserta; virum cessante labore,
Deficient fruges; vendentur libera passim
Corpora; diripient ædes et templa profani.

milibus locis libri III, v. 162, sqq. 295, sqq. 489, sqq.

2. Edd. στήθεσσι. Codd. ν in fine addunt.

3. R. L. κεύθετο, ac deinde πολυγήθεα, hoc accentu.

4. R. L. πᾶν δὲ δέμας πληχθεῖσα, ubi nos edd. et A. sequimur; sed deinde edd. et A. τάδε σπῶμ', insolentius, licet aliquanto vehementius, ubi nos cum R. L. τάδ' ἕσπομαι, nempe pro ἕπομαι, sicut apud Oppian. Cyneg. III, v. 272: Λασίη περιέσπεται οὐρή, pro περιέπεται. Sequentia plane consonant iis quæ Justinus ex Platone refert de vatibus qui multa præclara canunt, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι. Confer nos supra, ad Præf. p. 11, not. 12.

7. Edd. βρονταί τ' ἀστεροπαί τε γῆς ἐρυσίβη, versu sic decurtato. R. L. βρ. τ' ἀστ. καὶ γῆς ἐρυσίβη· σεισμοί. Sed ultima vox redundat, et videtur vel ex priore versu vel ex margine huc invecta.

8. Post λύκων, Ops. τ' addidit de suo. Sed apud Sibyllam copula τε præmissa non semper iteratur : confer nos de Græcitate Sibyllina.

9. R. L. καὶ βοῶν, sine ἠ. Vulgata lectio βοῶν contrahit, dura crasi, sed toleranda.

Πλείστοις ἐν μερόπεσσι, καὶ ἱεροσυλία ναῶν·
Δὴ τότε καὶ γενεὴ δεκάτη μετὰ ταῦτα φανεῖται
Ἀνθρώπων, ὁπόταν σεισίχθων ἀστεροπητὴς
Εἰδώλων ζῆλον θραύσει, λαόν τε τινάξει
Ῥώμης ἑπταλόφοιο, μέγας δέ τε πλοῦτος ὀλεῖται
Δαιόμενος πυρὶ πολλῷ ὑπὸ φλογὸς Ἡφαίστοιο.
Καὶ τότε δ' αἱματόεσσαι ἀπ' οὐρανίου καταβᾶσαι
. . . .
Αὐτὰρ κόσμος ὅλος τε ἀπειρεσίων ἀνθρώπων
Ἀλλήλους κτείνουσι μεμηνότες, ἐν δὲ κυδοιμῷ
Λοιμοὺς καὶ λιμοὺς θήσει Θεὸς, ἠδὲ κεραυνοὺς
Ἀνθρώποις, οἳ ἄτερθε δίκης κρίνουσι θέμιστας.
Λεῖψις δ' ἀνθρώπων ἔσται κατὰ κόσμον ἅπαντα,
Ὡς, ἴχνος εἰ κατίδοι τις ἐπὶ χθονὶ, θαυμάσσειεν,
Ἀνθρώπου. Τότε δ' αὖτε μέγας Θεὸς αἰθέρι ναίων
Ἀνδρῶν εὐσεβέων σωτὴρ κατὰ πάντα γένηται.
Καὶ τότε δ' εἰρήνη τε βαθεῖά τε σύνεσις ἔσται,
Καὶ γῆ καρποφόρος καρποὺς πάλι πλείονας οἴσει,
Οὐδὲ μεριζομένη, οὐδ' εἰσέτι λατρεύουσα.
Πᾶς δὲ λιμὴν, πᾶς ὅρμος ἐλεύθερος ἀνθρώποισιν
Ἔσσεται, ὡς πάρος ἦεν, ἀναιδείη τ' ἀπολεῖται.
Καὶ τότε δὴ μέγα σῆμα Θεὸς μετέπειτα ποιήσει.
Λάμψει γὰρ στεφάνῳ λαμπρῷ παρομοίϊος ἀστὴρ,
Λαμπρὸς, παμφαίνων ἀπὸ οὐρανοῦ αἰγλήεντος
Ἤμασιν οὐκ ὀλίγοις· τότε γὰρ στέφος ἀνθρώποισι
Δείξει ἀπ' οὐρανόθεν ἐναγώνιον ἀθλεύουσι.
Καὶ τότε γὰρ μέγας ..... ἀγὼν εἰσελαστικὸς ἔσται

14. Pr. et Cast. cum R. L. ἱεροσυλίαι: correxit Ops. Licenter corripitur α finale, quod et in priore versu factum erat.

19. Edd. δευόμενος. R. L. δαιόμενος. Eadem discordia occurret in eodem hemistichio infra, v. 306.

20. Edd. ἡματόεσσαι, sed R. L. diserte, αἱμ. Deinde R. L. ἀπ' οὐρανοῦ: edd. ἀπ' οὐρανίου: nos ἀπ' οὐρανόθεν, ut infra, v. 38. Sequitur lacuna a nobis primis indicata, manifesta certe: deest enim nomen σταγόνες, et verbum ἔπεσον, seu simile quid. Confer lib. III, v. 803, et XII, v. 56.

21. Abundat τε, nec in R. L. legitur. Confer lib. I, v. 189.

22. Pro κτείνουσι satius esset κτενέουσι: sed non ita Sibyllæ placet, præsens pro futuro sæpe in hujusmodi versibus adhibenti. Confer Excursum de Græcitate Sibyllina.

24. Pro ἄτερθε, R. ἄτερ, L. ἄπερ.

26. Edd. κατίδῃ. R. L. κατίδοι, ut nos. In fine Pr. θαυμάσσειας.

28. Pr. et Cast. ἐνσαέων, sine sensu. Correxit Ops. cum A. R. L.

29. R. L. βαθεῖα καὶ σύνεσις, nisi quod in L. male scriptum est σύναισις.

Hæc decima exsistet miseris mortalibus ætas,
Quum validus terræ concussor, ab æthere summo
Qui tonat, insanos statuarum franget honores,
Et septemgeminis habitantem collibus urbis
Quassabit gentem : tum multa peribit opum vis,
Vulcano rapidis laxante incendia flammis;
Necnon sanguineæ labentes æthere guttæ
. . . .
At genus humanum longe lateque per orbem
Cædibus alternis insaniet; inque tumultu
Pestes atque fames Deus et tela ignea pravis
Incutiet populis, vivunt qui lege carentes;
Deficietque genus toto lacrimabile mundo,
Si quis ut in terris hominis vestigia cernat,
Miretur. Deus at rursum, magni incola cæli,
Relliquias hominum statuet servare piorum.
Tunc pax et veri prudentia summa vigebit :
Terra ferax plures gremio feret ubere fruges,
Ne divisa quidem, aut ulli servire coacta;
Atque omnis vasti portus maris, omnis, ut ante,
Libera erit statio; scelus impietasque peribunt.
Tum vero signum dabitur divinitus ingens :
Nam late radians astrum rutilæque coronæ
Exsistet simile, et cælo cernetur aperto
Per multos fulgere dies. Hanc ipse coronam
Ostendet Deus athletis certare paratis.
Tunc etenim certamina erunt iselastica magna

In hac voce prima licenter producitur, ut alibi in συνεχέως, etc. Confer nos de Metrica Sibyll.

30. Pr. et codd. πάλιν : correxit Cast. In hoc et seq. versu, respexit poeta ad lib. VIII, v. 210: eadem vero canentur infra, v. 321.

33. A. ἔσσεται ὥσπερ πάρος. Deinde Pr. et Cast. ἀναιδίη, corrigente Ops. Non bene R. L. ἔσσεθ' ὡς π. ἦεν, καὶ ἀναιδείη τ' ἀπολ.

36. R. L. λαμπρῶς, ubi edd. λαμπρός. Omnes deinde codd. cum Pr. et Cast. ἀπ' οὐρανοῦ : correxit Ops. metri causa.

37. A. στέφανος.

39. Edd. καὶ τόθμαι μέγας γὰρ αἰών. A. καὶ τὸ... δμαι, relicto spatio. R. L. καὶ τότε γὰρ μέγας αἰών. Legendum videtur καὶ τότε γὰρ μέγας οὗτος ἀγών, vel καὶ τόθ' ἅπασι μέγας γὰρ ἀγών : a supplenda tamen lacuna, ut in re incerta, abstinemus. Sed ἀγών certum est quum ex epitheto proxime sequenti, tum e totius loci tenore, tum vero ex ipsa annotatione quæ in R. L. hujus libri principio affixa est : Εἶτα παροιμιάζει τὴν ἄθλησιν τῶν ἁγίων : confer supra, not. ad libri tit. Restat quærere sitne illud

Εἰς πόλιν οὐράνιον, οἰκουμενικὸς δέ τε πᾶσιν
Ἔσσεται ἀνθρώποισιν, ἔχων κλέος ἀθανασίας.
Καὶ τότε πᾶς λαὸς ἐπὶ ἀθανάτοισιν ἀέθλοις
Ἀθλήσει νίκης περικαλλέος. Οὐ γὰρ ἀναιδῶς
Ἀργυρίου τις ἐκεῖ δύναται στέφος ὠνήσασθαι.
Ἁγνὸς γὰρ Χριστὸς τούτοις τὰ δίκαια βραβεύσει,
Καὶ δοκίμους στέψει, αὐτὰρ θέμα μάρτυσι δώσει
Ἀθάνατον, ἄχρι καὶ θανάτου τὸν ἀγῶνα ποιοῦσι.
Παρθενικοῖς δὲ δραμοῦσι καλῶς ἄφθαρτον ἄεθλον
Δώσει τοῦ θέματος, καὶ τοῖς τὰ δίκαια νέμουσιν
Ἀνθρώποις πᾶσί τε, καὶ ἔθνεσιν ἀλλοδαποῖσι,
Τοῖς ὁσίως ζώουσι, Θεὸν δ' ἕνα γινώσκουσιν.
Οἳ δ' ἀγαπῶσι γάμον τε, γαμοκλοπιῶν δ' ἀπέχονται,
Δώσει πλούσια δῶρ', αἰώνιον ἐλπίδα καὶ τοῖς.
Πᾶσά τε γὰρ ψυχὴ μερόπων Θεοῦ ἐστι χάρισμα,
Κοὐ θέμις ἀνθρώπους τὴν ἄλγεσι πᾶσι μιαίνειν.
[Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν.
Ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.
Ψεύδεα μὴ βάζειν, τὰ δ' ἐτήτυμα πάντα φυλάσσειν.
Μηδὲ μάτην εἴδωλα σέβου· τὸν δ' ἄφθιτον αἰεὶ
Πρῶτα Θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας.

certamen Christianorum adversus ethnicos furores, quod hactenus sententiarum ordo indicare videbatur, an adversus voluptates et vitia, sicut e sequentibus argui potest. Nos de persecutionibus primo scripta fuisse hæc putamus; deinde, sublato persecutionum metu, ad morum disciplinam accommodata, additis e Phocylide versibus 56-148, qua tamen de re plura disseremus in Excursu V. Ubi deinde εἰσελαστικός habent omnes edd. et codd. scribendum esset ἐσελαστικός, metri causa, nisi ει diphthongum a Sibylla interdum male corripi in his libris soleret. De certaminibus iselasticis multa dabunt interpp. ad Plinii Junioris epist. 119, sq. Satis nunc sit dictum, magnos Græciæ ludos sic vocatos, ex quibus victores in urbem patriam triumphantes invehebantur, εἰσήλαυνον, quo et respicit sequens versus; de iis certaminibus legem tulisse Trajanum, eorumque privilegia sanxisse; novis etiam ludis ab eodem imperatore institutis iselasticorum nomen inditum, cum iisdem honoribus et privilegiis; scripta denique hæc videri quum nondum penitus abolevisset ille mos, unde forsitan de carminis ætate aliquid haud procul a vero conjici possit. Sed de hoc etiam confer Excursum V.

40. R. L. οὐράνιόν γ'. Quidni potius οὐρανίην?

41. Edd. et codd. ἔσσετ'.

42. R. L. ἐπ' ἀθανάτοισιν.

43. Pr. et Cast. εὖ γάρ. Correxit Ops. faventibus R. L.

44. Pr. et Cast. ἀργύρεον. Ops. ἀργύριον. R. L. ἀργυρίου, ut nos.

47. R. L. ἀθάνατόν τ' ἄχρι θανάτου.

49. Edd. cum A. ut nos, τοῦ θέματος. R. L. τοῦτ' ἄθλου : videndum an pro τοῦδ' ἄθλου?

52. A. R. L. ἠδ' ἀγαπῶσι.

53. R. L. δώσει δῶρά γε τήν τ' αἰώνιον

Per terras, quis ovans cæli ingrediatur in arcem.
Omnis ubique pari studio immortalia propter
Præmia contendet populus, victoria quando
Accendet præclara animos. Ibi namque coronam
Nemo vel argenti pretio vel comparat auri.
Castus adest qui sancta regat certamina Christus,
Et tribuat palmas, æternaque præmia reddat
Martyribus, qui morte tenus, pietatis amore,
Invicti steterint : tum qui laudabile currunt
Virgineæ stadium vitæ, mercede beabit;
Tum qui jura colunt, quavis de gente creati,
Et sancte vivunt, et solum numen adorant;
Tum qui conjugii fœdus violare verentur,
His quoque præmia digna et spem dabit immortalem.
Quippe animas a Patre datas et cælitus ortas,
Non vitiis fœdare licet, non sordibus ullis.
  Ne male ditescas, sed juste vive paratis.
Contentus propriis, aliena capessere noli.
Mendacem fuge sermonem; vera omnia profer.
Ne frustra simulacra colas; sed fine carentem
Principio venerare Deum, cole deinde parentes.

ἐλπίδα καὶ τοῖς. Edd. ut nos; sed δῶρα non elidunt, et in αἰώνιον primam corripere videntur, ut infra, v. 337, aliasque apud Sibyllam.

54. Simile est apud Phocyl. v. 100 : Πνεῦμα γάρ ἐστι Θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών, observante Ops. Confer quæ ad v. 56 annotabuntur.

55. Ops. ἄγεσι, e Castalionis conjectura non satis certa.

56. Hic et 62 sqq. versus usque ad 149, in Pr. et Cast. deerant, absuntque ex A. codice: qui postea ab Opsopœo seorsim editi, a Gallæo in ordinem recepti sunt, ex fide codicis R. ubi leguntur omnes suo loco et tenore, sine ullo discriminis aut lacunæ indicio : nec aliter in L. ubi tantum additum est ad marginem, atramento dilutiori et manu recentiori, nomen Φωκυλίδης. Sunt enim revera versus hi, si paucos excipias, iisdem literis apud Phocylidem legendi. Itaque inter doctos ambigitur utrum vere a Phocylide scripti, a Sibyllista in usum suum conversi sint, an, quod vulgo dicitur, pseudo-Phocylidæ carmen ab aliquo sit christiano confictum maximeque Sibyllinis præceptis consutum. Tertiam, quæ Suidæ fuit, opinionem, accepisse istos versus Phocylidem ipsum, Milesium illum antiquum, a Sibylla antiquiore, nemo hodie sanus tuebitur. Sed nos de hac controversia quid sentiamus, et jam supra ad v. 39 innuimus, et plenius in Excursu V exponemus. Interim ut in codd. leguntur, illos versus proponimus, uncis tantum inclusos, quibus a certiore textu distinguantur.

56, 57. Phocyl. v. 3, 4.

58. Phocyl. v. 5, ubi πάντ' ἀγορεύειν.

59. Christianum sapit, neque est apud Phocylidem, etsi apud eumdem multa occurrere christiana manu interpolata, non est dubium.

60. Phocyl. v. 6, quem versum Phocylidei carminis initium olim fuisse

Πάντα δίκαια νέμειν, μήδ' εἰς κρίσιν ἄδικον ἔλθῃς.
Μὴ ῥίψῃς πενίην ἀδίκως, μὴ κρῖνε προσώπῳ·
Ἣν σὺ κακῶς δικάσῃς, μετέπειτα Θεός σε δικάσσει.
Μαρτυρίην ψευδῆ φεύγειν, τὰ δίκαι' ἀγορεύειν.
Παρθενίην τηρεῖν. Ἀγάπην δ' ἐν παντὶ φυλάσσειν.
Μέτρα νέμειν τὰ δίκαια· καλὸν δ' ἐπίμετρον ἅπασι.
Σταθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκειν.
Μήδ' ἐπιορκήσῃς μήτ' ἀγνὼς μήτε ἑκοντί·
Ψεύδορκον στυγέει Θεὸς, ὅττι κεν ἄν τις ὀμόσσῃ.
Ἐξ ἀδίκων ἔργων δῶρον χερὶ μήποτε δέξῃ.
Σπέρματα μὴ κλέπτειν· ἐπαράσιμος ὅστις ἕληται
Εἰς γενεὰς γενεῶν, [διὰ] σκορπισμὸν βιότοιο.
Μὴ ἀρσενοκοιτεῖν, μὴ συκοφαντεῖν, μήτε φονεύειν.
Μισθὸν μοχθήσαντι δίδου· μὴ θλῖβε πένητα.
Γλώσσῃ νοῦν ἐχέμεν· κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴσχειν.
Ὀρφανικοῖς, χήραις, ἐπιδευομένοις δὲ παράσχου.
Μήτ' ἀδικεῖν ἐθέλῃς, μήτ' οὖν ἀδικοῦντα ἐάσῃς.
Πτωχοῖς εὐθὺ δίδου, μήτ' αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃς.
Ἱδρῶσι σταχύων [χεῖρα] χρήζοντι παράσχου.

quidam rati sunt, sed falso, ut ex ipsis Sibyllinis patet.

61. Phocyl. v. 7, ubi melius legitur πᾶσι δίκαια νέμειν (vel, ut codex Baroccianus habet, πάντα δίκαια νέμων) μηδὲ κρίσιν εἰς χάριν ἕλκειν. Et sane ἄδικον metro repugnat, quamvis lib. V, v. 444, ἀδικιῶν prima producta lecturi simus.

62. Phocyl. v. 8. ubi post πενίην distinctio ponitur, ut apud nos (Ops. cum R. L. post ἀδίκως distinxit), et in fine πρόσωπον legitur melius quam προσώπῳ. Est autem πρόσωπον κρίνειν idem quod in novo Test. πρόσωπον λαμβάνειν, προσωποληπτεῖν, et in Vet. Test. Proverb. cap. 24, v. 23 : Ἐπιγινώσκειν πρόσωπον ἐν κρίσει οὐ καλόν. Hebraïca loquendi forma, Græcis insolens, certe apud profanos auctores vix usquam obvia, et quæ vel sola christianam prodat Phocylidis interpolationem.

63. Phocyl. v. 9, inversis paululum verbis, σὲ Θεὸς μετέπ. δικ. Christianus hic quoque versus.

64. Phocyl. v. 10, ubi codex Barocc. τὰ δίκαια βραβεύειν. Sibyllæ codd. τὰ δίκαια δ' ἀγορεύειν, et paulo ante ψευδήν pro ψευδῆ, male.

65. Phocyl. v. 11, ubi tamen legitur πίστιν δ' ἐν πᾶσι φ. Sed codex Barocc. ἀγάπην. Hic quoque christianus.

66. Phocyl. v. 12, ubi vulgata diu fuit lectio, quam et Sibyllæ codd. habent, καλὸν δ' ἐπὶ μέτρον ἅπασι, ut sensus idem sit qui in Pythagoræ Aureis carminibus, v. 38 : Μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον. Sed Pythagoræ sententia redibit infra v. 142, et apud Phocyl., v. 64 : Πάντων μέτρον ἄριστον. Aliud nunc agitur; nempe *suum unicuique dimetiri*, μέτρα νέμειν τὰ δίκαια, qua in re pulcrum esse ἐπίμετρον nemo non videt, suadente ipso Hesiodo, Oper. v. 348 : Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λῷϊον, αἴκε δύνηαι. Itaque jam olim proposuerat Neander lectionem ἐπίμετρον, quam Brunck. Phocylidæ reddidit, nos Sibyllæ.

67. Phocyl. v. 13.

68. Phocyl. v. 14, ubi codex unus, μήτ' ἐπιορκεῖν μήτ' ἀγνοίῃ μήτε ἑκοντί.

Jus omne observa, litem nec defer iniquam.
Ne spernas inopem : ne personam accipe judex ;
Quod nisi jus reddas, reddet Deus ipse vicissim.
Testis, vera loqui, non fingere falsa, memento.
Virgineam exerce vitam et pietatis amorem.
Cuique suum metire : sed et plus addere præstat.
Ne trutina inflexa, sed recto examine pendas.
Ne jusjurandum violes nolensve volensve.
Perjuri Deus est, per quidquid pejerat, ultor.
Injusta e causa nullum, memor, accipe donum.
Ne sata fureris : res exsecranda per omnem
Hæc erit ætatem, vitæ quod dissipet usum.
Ne corrumpe mares : ne latro aut proditor esto.
Solve laboranti mercedem : ne opprime egenum.
Da frenum linguæ, neve unquam arcana resolvas.
Pupillo, viduæ atque inopi succurre benignus.
Fac nihil injuste : quin et facientibus obsta.
Da cito pauperibus, neu cras ostende daturum.
Spicarum da sponte inopi de messe maniplum.

69. Phocyl. v. 15, ubi Θεὸς ἄμβροτος ὅστις ὀμόσσῃ vel ὀμόσσει. Apud antiquum et verum Phocylidem fuisse videtur ὅντιν' vel ὅν τις ὀμόσσῃ.

70. Abest e Phocylide.

71. Phocyl. v. 16, ubi vulgo ἀρεῖται, sed unus codex ἕληται quod recepit Brunckius. Putarunt olim Neander et Amerbachius venena et incantationes hoc versu tangi, de quibus Virgilius Eclog. VIII, v. 99 : « Atque satas alio vidi traducere messes. » Quo et retulit Neander legem XII tabularum, apud Plin. XXVIII, § 2, art. 4, de eo « qui fruges excantassit. » Sed verius est quod simplicius, scriptum hoc esse in satores improbos qui semina sibi credita suffurantur, eo majori facinore, quo et difficilius argui possunt, et majus damnum patrifamilias important, jacturam nempe totius anni et famis periculum, sive, ut versu sequenti recte dicetur, σκορπισμὸν βιότοιο.

73. Versus christianus et inficetus, non tamen ad sensum inutilis. Aberat διά quod supplevimus.

73. Hic quoque christianus et horridus.

74. Phocyl. v. 17. Nota versum θλῖβε, sensu Biblico, et similem omnino sententiam, Deuteron. cap. 24, v. 14 : Οὐκ ἀποστερήσεις μισθὸν πένητος καὶ ἐνδεοῦς.

75. Phocyl. v. 18.

76. R. L. ἐπιδεομένοις : nos correximus. Totus versus christianus est ; respexit tamen auctor ad Phocylidæ locum qui nobis occurret infra, v. 89.

77. Phocyl. v. 19. unde οὖν, quod in edd. deerat, accepit Ops. Melius scriptum esset ἐθέλοις, quod in codice Phocylidæ Barocciano legitur.

78. Phocyl. v. 20 : Πτωχῷ δ' εὐθὺ δίδου μηδ'.

79. Abest e Phocylide. Edd. et codd. χειρὶ ferebant, sensu frigido, dura etiam syntaxi et horrido versu, ubi nos χεῖρα, *manipulum*, idem quod Græcis recentioribus χερόβολον. Eo pertinet Hesychii glossa : Χείρ, ἡ δράξ.

Ὃς δ' ἐλεημοσύνην παρέχει, Θεῷ οἶδε δανείζειν.
Ῥύεται ἐκ θανάτου ἔλεος, κρίσις ὁππότ' ἂν ἔλθῃ.
Οὐ θυσίην, ἔλεος δὲ θέλει Θεὸς ἀντὶ θυσίης.
Ἔνδυσον γυμνὸν, μεταδὸς πεινῶντ' [ἀπὸ τῶν] σῶν,
Ἄστεγον εἰς οἶκον δέξαι, καὶ τυφλὸν ὁδήγει.
Ναυηγοὺς οἴκτειρον· ὁ γὰρ πλοῦς ἐστὶν ἄδηλος.
Χεῖρα πεσόντι δίδου· σῶσον δ' ἀπερίστατον ἄνδρα.
Κοινὰ πάθη πάντων· βίοτος τροχός· ἄστατος ὄλβος.
Πλοῦτον ἔχων, σὴν χεῖρα πενητεύουσιν ὄρεξον.
Ὧν σοι ἔδωκε Θεὸς, καὐτὸς χρῄζοντι παράσχου.
Κοινὸς πᾶς ὁ βίος μερόπων· ἄνισος δὲ τέτυκται.
Μήποτε, ἄνδρα πένητα ἰδὼν, σκώψῃς ἐπέεσσι,
Μηδὲ κακῶς γε προσείπῃς μωμητόν τινα φῶτα.
Τὸ ζῆν ἐν θανάτῳ δοκιμάζεται· εἴ τις ἔπραξεν
Ἔκνομον ἢ δίκαιον, διακρίνεται εἰς κρίσιν ἐλθών.
Μηδὲ φρένας βλάπτειν οἴνῳ, μηδ' ἄμετρα πίνειν.
Αἷμα δὲ μὴ φαγέειν, εἰδωλοθύτων δ' ἀπέχεσθαι.
Τὸ ξίφος ἀμφιβαλοῦ μὴ πρὸς φίλον, ἀλλ' ἐπ' ἄμυναν·
Εἴθε δὲ μὴ χρήσῃ, μήτ' ἔκνομα, μήτε δικαίως·
Κἂν γὰρ ἀποκτείνῃς ἐχθρὸν, σέο χεῖρα μιαίνεις.
Ἀγροῦ γειτονέοντος ἀπόσχου, μήδ' ἄρ' ὑπερβῇς·
Πᾶς ὅρος ἐστὶ δίκαιος, ὑπερβασίη δ' ἀλεγεινή.
Κτῆσις ὀνήσιμός ἐσθ' ὁσίων, ἀδίκων δὲ πονηρά.
Μηδέ τιν' αὐξόμενον λωβήσῃ καρπὸν ἀρούρης.
Ἔστωσαν δ' ὁμότιμοι ἐπήλυδες ἐν πολιήταις·
Πάντες γὰρ ξενίης περιρήσσονται πολυμόχθου,
Ὡς ξένοι ἀλλήλων· ξεῖνος δέ γε οὔτις ἐν ὑμῖν

80. Christianus etiam hic, petitus e Proverb. cap. 19, v. 17 : Δανείζει Θεῷ ὁ ἐλεῶν πτωχόν.

81. Sententia apud Jacob. Epist. cap. 2, v. 13: Κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως.

82. Matth. cap. 9, v. 13, et cap. 12, v. 7 : Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν, ex Osee, cap. 6, v. 6.

83. R. L. ἔνδυσον οὖν γυμνόν, ubi οὖν delendum fuit propter metrum. Iidem μετάδος πεινῶντ' ἀρτῶν σῶν, durissima versus clausula, quam correximus, indicante veram lectionem falso vocis ἀρτῶν accentu.

84. Phocyl. v. 22.

85. Phocyl. v. 23, ἐπεὶ πλόος.

86.—88. Phocyl. v. 24—26.

89. Phocyl. v. 27, ubi τούτων pro καὐτός, non ita bene.

90. Hunc versum auctor de suo; sed respexit ad Phocyl. v. 28: Ἔστω κοινὸς ἅπας ὁ βίος.

91—96. Absunt e Phocylide, omnes deterrimi.

95. R. L. et Ops. μηδὲ πίνειν ἄμετρα : nos metri vitium levavimus, non sustulimus, etsi primam in ἄμετρα licenter produci potuit ab eo qui supra, v. 61,

Fenerat ille Deo, fratri qui donat egenti.
Qui fratris miseretur, erit sub judice tutus.
Hostia nulla Deo, tanquam mens larga, probatur.
Nudo igitur vestem, panem da pane carenti,
Dux esto cæcis, sine tecto errantibus hospes.
Navifragis succurre : via est incerta per undas.
Tende manum lapso : serva tutoris egentem.
Communes casus; vita est rota, sorsque volucris.
Si tibi opes fuerint, inopi largire salutem ;
Quodque Deus tibi dat, juvet impertire carenti.
Communis vita est, sed non tamen omnibus æqua.
Ne sit ludibrio, si forte occurrat, egenus ;
Quin et perversum civem ne sponte lacessas.
Vitam hominis mors sola probat : seu quis bona gessit,
Seu mala, judicio merces aut pœna reposta est.
Ne mentem vino lædas, neu plus bibe justo.
Sanguine non fas est vesci, non carne litata.
Sume ensem, non quo sociis minitere, sed hostem
Amoveas, ne jure quidem destringere promptus :
Namque vel hostili fœdatur dextra cruore.
Vicino abstineas agro, neu vomere finem
Transilias : fas omne vetat transcendere finem.
Justa parare, lucrum est; injusta acquirere, damnum.
Crescentes ne quis fructus violaverit agri.
Advena non alio tibi sit, quam civis, honore :
Namque omnes jura hospitii servare recusant,
Ceu sibi sint aliena ; sed hospes et advena vobis

literam eamdem in ἄδικον produxerat Confer nos de Metrica Sibyll.

96. Aperte hic est christianus, ductus præsertim ex Actt. Apost. cap. 15, v. 20, et cap. 21, v. 25.

97 Phocyl. v. 29, ἐς ἄμυναν.

98. Phocyl. v. 30, Εἴθε δὲ μὴ χρήζοις μήτ' ἔννομα μήτ' ἀδίκως γε.

99. Phocyl. v. 31, ἣν γάρ, et in fine μιαίνεις, quod accepimus, quum in R. L. esset μιανεῖς.

100. Phocyl. v. 32, ἀπόσχεο. R. L. ἀπόσχου. Iidem deinde μὴ τὸν δ' ἄρ' ὑπερβῇς, ubi nos Phocylidem sequimur.

101. Deest apud Phocyl. sed respicit ad ejus versum 64. Vide infra, v. 142, ibique annotata.

102. Abest e Phocylide.

103, 104. Phocyl. v. 33, sq.

105 Phocyl. v. 35, πάντες γε πενίης πειρώμεθα τῆς πολυπλάγκτου, melius : nam apud Nostrum sensus vix liquet, nisi sit περιρήσσονται, *abalienantur*, *aversantur*, parum græce.

106. Hic et seq. absunt e Phocyl. non contemnendi tamen. Ops. cum R. L. ἐν ἡμῖν, ubi nos ὑμῖν, propter ἔστε quod sequitur.

Ἔσσετ', ἐπεὶ πάντες βροτοὶ αἵματος ἐξ ἑνός ἐστε,
Χώρη δ' οὔτι βέβαιον ἔχει τόπον ἀνθρώποισι.
Μηδὲ θέλῃς πλουτεῖν, μηδ' εὔχου· ἀλλὰ τόδ' εὔχου,
Ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, ἄδικον δέ τε μηδὲν ἔχοντα.
Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.
Μὴ πόθος εἰς χρυσὸν ἢ εἰς ἄργυρον· ἐν δ' ἄρα καὶ τοῖς
Ἔσσεται ἀμφήκης θυμοφθόρος ἔνθα σίδηρος.
Χρυσὸς ἀεὶ δόλος ἐστὶ καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισι.
Χρυσὲ κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε, πάντα χαλέπτων,
Εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν·
Σοῦ γὰρ ἕκητι μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε,
Ἐχθρὰ δὲ τέκνα γονεῦσιν, ἀδελφειοί τε συναίμοις.
Μηδὲ δόλους ῥάπτειν· μὴ πρὸς φίλον ἦτορ ὁπλίζειν.
Μήθ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἀλλ' ἀγορεύων·
Μήδ', ὡς πετροφυὴς πολύπους, κατὰ χώραν ἀμείβειν.
Πᾶσιν δ' ἁπλόος ἴσθι, τά τ' ἐκ ψυχῆς ἀγόρευε.
Ὅστις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνήρ· ὃς δ' ὑπ' ἀνάγκης,
Οὐκ ἐρέω τὸ τέλος· βουλὴ δ' εὐθύνεθ' ἑκάστου.
Μὴ γαυροῦ σοφίῃ, μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ·
Εἷς Θεός ἐστι σοφὸς, δυνατός θ' ἅμα, καὶ πολύολβος.
Μηδὲ παροιχομένοισι κακοῖς τρύχου τεὸν ἦτορ·
Οὐκέτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
Μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα· χαλίνου δ' ἄγριον ὀργήν·
Πολλάκι γὰρ πλήξας, ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσε.
Ἔστω κοινὰ πάθη, μηδὲν μέγα, μηδ' ὑπέροπλον.
Οὐκ ἀγαθὸν πλεονάζον ἔφυ θνητοῖσιν ὄνειαρ.
Ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμέτρους ἕλκετ' ἔρωτας.
Ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος, καὶ ἐς ὕβριν ἀέξει.

108. Phocyl. v. 336, πέδον pro τόπον.

109, 110. Ducti sunt e Theognide, v. 115, sq. ubi sic se habent : Οὔτ' ἔραμαι πλουτεῖν, οὔτ' εὔχομαι· ἀλλά μοι εἴη Ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδὲν ἔχοντι κακόν. In priore Sibyllino versu melius scriptum esset, μηδ' ἐθέλοις : confer supra v. 77. Alter a nobis utcumque est restitutus, nam antea legebatur ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδέν τε ἔχοντα ἄδικον, contra omnes metricas leges : fortasse, ut lib. 1, v. 146, servata erat pentametri clausula, μηδὲν ἔχοντ' ἄδικον.

111. Phocyl. v. 38.

112, 113. Desunt apud Phocyl.

114—118. Phocyl. v. 38—42. In ultimo peccant Sibyllæ codd. R. ἀδελφοί τε. L. ἀδελφαῖοί τε. Ambo συνέμοις.

119. Deest apud Phocyl. Prius tamen hemistichium legitur apud eumdem, v. 2 : Μήτε δόλους ῥάπτειν.

120. Phocyl. v. 43, ubi codex Barocc. κεύθοις, melius. Apud Sibyllam pro κραδίῃ νόον habent R. L. κραδίην sine νόον : correxit Ops.

121. Phocyl. v. 44, ubi vulgo χῶραν,

Nullus erit, quoniam de sanguine nascimur uno,
Nec cuiquam sua terra solum immutabile præstat.
Ne cupe divitias, neve opta : sit tibi votum,
Vivere contentum paucis justeque paratis.
Mater avaritia est cunctorum et causa malorum.
Ne sit tanta fames auri argentique; sub illis
Quippe latet scindens mortalia pectora ferrum.
Decipit argenti mortales fulgor et auri.
Aurum pernicies vitæ, fons prime malorum,
O utinam ne sis gratus mortalibus error,
Per quem tot pugnæ, tot cædes atque rapinæ,
Et patribus nati, et fratres sunt fratribus hostes!
Nullos necte dolos, neve insidieris amico.
Lingua alios, alios ne gesta pectore sensus,
Neu tu, polypus ut, mutes cum sede colorem;
Sed simplex animis, profer de pectore verum.
Injuste quicumque volens facit, is malus est vir;
Non ita, qui nolens : judex sua cuique voluntas.
Nec vires, nec opes, nec te sapientia tollat;
Unus enim sapiens Deus est, divesque, potensque.
Præteritis noli frustra tabescere damnis :
Nam factum infectum fieri, non contigit ulli.
Ad vim ne properes : iram compesce tumentem :
Quippe vel invitus feriendo sæpe necavit.
Communes serva affectus; nil grande feroxve;
Raro etenim prodest quod se super omnia tollit.
Sæpius ad turpes declinat luxus amores.
Fastus opes sequitur, sequitur petulantia fastum.

hoc accentu : sed R. L. χώραν. Melius legeretur χῶρον. Deinde Phocyl. ἀμείβου rectius quam ἀμείβειν. De polypo contrarium est præceptum Theognidi, v. 215 : Πουλύποδος νόον ἴσχε, sed alio sensu.

122. R. L. πᾶσι. Phocylides hoc versu caret, quem tamen habuisse dicitur in vetere Joh. Sambuci codice.

123. Phocyl. v. 45, ubi vulgo ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης, male.

124. Phocyl. v. 46. Antiquum est εὐθύνεται pro κρίνεται, unde εὐθῦναι, *rationes judicio redditæ.*

125, 126. Phocyl. v. 47, sq.

127. Phocyl. v. 49. Apud Sibyllam male Ops. κακοῖσι, quum in R. L. κακοῖς legatur.

128, 129. Phocyl. v. 50, sq.

130. Phocyl. v. 52, quem sequimur. Nam R. L. πολλάκις. L. ἀεκόν. Ambo post πλήξας distinguunt, male.

131, 132. Phocyl. v. 53, sq.

133. Phocyl. v. 55, τροφή et ἕλκει, ubi tamen codex Barocc. cum Sibylla consentit.

134. Phocyl. v. 56

Θυμὸς ὑπερχόμενος μανίην ὀλοόφρονα τεύχει.
Ὀργὴ δ' ἔστιν ὄρεξις, ὑπερβαίνουσα δὲ, μῆνις.
Ζῆλος τῶν ἀγαθῶν ἐσθλὸς, φαύλων δέ γε φαῦλος.
Τόλμα κακῶν ὀλοή· ἀγαθῶν δέ γε, κῦδος ὀπάζει.
Σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς· ὁ δὲ Κύπριδος, αἶσχος ὀφέλλει.
Ἡδὺς ἀγαννόφρων κικλήσκεται ἐν πολιήταις.
Ἐν μέτρῳ φαγέειν, πιέειν, καὶ μυθολογεύειν·
Πάντων μέτρον ἄριστον· ὑπερβασίη δ' ἀλεγεινόν.
Μὴ φθονερὸς, μὴ ἄπιστος ἔσῃ, μὴ λοίδορος ἴσθι,
Μὴ δὲ κακογνώμων, μὴ ψευδαπάτης ἀμέτρητος.
Σωφροσύνην ἀσκεῖν, αἰσχρῶν δ' ἔργων ἀπέχεσθαι.
Μηδὲ μιμοῦ κακότητα, δίκῃ δ' ἀπάλειψον ἄμυναν·
Πειθὼ μὲν γὰρ ὄνειαρ, ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύσει.
Μὴ πίστευε τάχιστα, πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει.]
  Οὗτος ἀγὼν, ταῦτ' ἐστὶν ἀέθλια, ταῦτα βραβεῖα,
Τοῦτο πύλη ζωῆς, καὶ εἴσοδος ἀθανασίης,
Ἣν Θεὸς οὐράνιός γε δικαιοτάτοις ἀνθρώποις
Ἔστησε νίκης ἐπαέθλιον· οἱ δὲ λαβόντες
Τὸ στέφος, ἐνδόξως εἰσέλθωσι διὰ ταύτης.
  Ἀλλ' ὁπόταν τόδε σῆμα φανῇ κατὰ κόσμον ἅπαντα,
Ἐκ γενετῆς παῖδες πολιοκρόταφοι γεγαῶτες,
Θλίψεις δ' ἀνθρώπων, λιμοὶ, λοιμοὶ, πόλεμοί τε,
Καιρῶν δ' ἀλλαγίη, καὶ πένθιμα δάκρυα πολλὰ,
Αἶ, ὁπόσων παῖδες χώραις ἐνιθρηνήσονται,

135. Phocyl. v 57, ex quo correxit Ops. codicum R. L. lectionem malam ὑπαρχόμενος.

136. Phocyl. v. 58.

137. Phocyl. v. 59, ubi φαύλων δ' ὑποεργός, male. Correxerat Brunck. φαύλων δὲ κακουργός, non melius.

138. Phocyl. v. 60, sed altero hemistichio prorsus diverso, μέγ' ὀφέλλει δ' ἐσθλὰ πονεῦντας.

139. Phocyl. v. 61.

140. Phocyl. v. 62, ubi codices omnes cum Sibyllæ codd. ἀγανόφρων, excepto Mutinensi, citato ad H. Steph. Paris. 1831, ex quo nos ἀγαννόφρων accepimus, metri causa.

141. Phocyl. v. 63, μέτρῳ μὲν φαγέειν, πίνειν καὶ μυθ. ubi codex Barocc. μετροφαγεῖν, μέτρῳ δὲ πιεῖν, melius.

142. Phocyl. v. 64, ὑπερβασίαι δ' ἀλεειναί, vel ut quidam codd. ferunt, ἀλεγειναί. Eustathius ad Iliad. ψ, 589, hoc ipsum citans hemistichium tanquam ex Hesiodo, ἀλεγειναί scripsit; sed apud Hesiodum, Oper. v. ult. longe aliter legitur : Ὄρνιθας κρίνων καὶ ὑπερβασίας ἀλεείνων, unde apparet memoria lapsum Eustathium poetarum nomina permutasse. Notandum tamen apud Phocyl. in codice Barocciano legi, ὑπερβασίην δ' ἀλέεινε, quæ scriptura ad Hesiodeam accedit.

143. Deest apud Phocyl. ubi pro illo legitur, v. 65 : Μὴ φθονέσῃς ἀγαθῶν ἑτάροις, μὴ μῶμον ἀνάψῃς. Deest etiam versus sequens.

145. Phocyl. v. 71.

146. Phocyl. v. 72, ubi rectius, me-

Ira animum subiens magnum flat sæpe furorem :
Gliscit enim levis ira, sed omnes transit in ausus.
Turpe malis certare; bonis certare decorum est.
Sæpe malis funesta, bonis audacia prodest.
Turpis amor Veneris, sed amor virtutis honestus.
Civibus ille suis, cui mens est blanda, placebit.
Servent cuncta modum, potus, cibus, ipsaque lingua:
Optima res modus est, qua non impune caretur.
Perfidus haud esto, neve invidus aut maledicens,
Aut pravo ingenio, aut nectendis fraudibus apto.
Quod decet, observa; fuge, quæ sunt turpia factu.
Neve imitere malos; sed jure injusta repellas:
Multum etenim suadela juvat; lis lite paratur.
Neve fidem rebus, quin finem videris, addas.
Hoc certamen, hic est labor, hæc sunt præmia luctæ;
Hæc vitæ porta, æternumque ingressus in ævum;
Hoc magnum Deus omnipotens certumque paravit
Justitiæ pretium. Qui vicerit, ille triumpho
Regna per hanc intrabit ovans cælestia portam.
Sed quum prodigium cunctis mirabile terris,
Infantes canis nascentur crinibus, omne
Tunc genus humanum invadent pestesque famesque,
Bella simul, rerumque vices, lacrimæque, dolorque.
Eheu! quot pueri flebunt sine patre relicti,

tri causa, μὴ μιμοῦ. Deinde ἀπάλειψον frustra tentavit Brunckius, ἀπόλειψον scribens, quam barbaram satis lectionem recepit Gaisf. e codice Barocc. Si quid mutandum, ἀπάμειψον potius lege.

147. Phocyl. v. 73, ἀντιφυτεύει.

148. Phocyl. v. 74, ubi πέρας, ut in R. L. legitur, non, ut apud Ops. τέρας. Clauditur hoc versu fragmentum Phocylideum, quod apud Pr. et Cast. omissum esse diximus, continuato versu 149 cum superiore 55, non male, si ad sensum respicias: nam quæ sequuntur, recte omnia conveniunt cum iis quæ de certamine Christianorum dicta erant supra, v. 39, sqq.

149. Ἀγών hic est εἰσελαστικός, de quo supra, v. 39.

150. R. L. ἀθανασίας.

151. R. L. γε non habent.

153. Edd. διελεύσονται, ubi nos cum R. L. εἰσέλθωσι, melius, si respiciatur ad iselasticorum certaminum morem, observante Ops.

156 Edd. λοιμοὶ καὶ λιμοί, cetera ut nos R L. θλίψεις ἀνθρ. τε λιμοὶ λοιμοὶ πόλ. τ.

157. Præstaret forsitan ἀλλαγίαι, sed omnes ἀλλαγίη. Deinde L. καὶ πένθημα, librarii vitio. R. καὶ πένθιμα, ut nos. Edd. καιρῶν δ' ἀλλ. πένθημά τε, δάκρυα πολλά, ubi melius πενθήματα legeretur.

158. Edd. χώρας ἐνὶ θοινήσονται. A. item χώρας. R. χώρης. L. χῶρις. Codices omnes ἐνιθοινήσονται, indivise. Utcumque legas, sensus laborat, quem nos e conj. restituere conati sumus, favente loco libri III, v. 707, ubi legitur ἐνὶ χώραις. Volebat Cast. αἲ, ὁπόσαι παῖδας χῆ-

Οἴκτρ' ὀλοφυρόμενοι γονέας, [καὶ] φάρεσι σάρκας
Ἐνθέντες θάψουσιν ἐπὶ χθονὶ μητέρι λαῶν,
Αἵμασι καὶ κονίησι πεφυρμένοι. Ὦ μέγα δειλοὶ
Ὑστατίης γενεῆς φῶτες, κακοεργέες, αἰνοὶ,
Νήπιοι, οὐδὲ νοοῦντες ὅθ', ἡνίκα φῦλα γυναικῶν
Μὴ τίκτωσιν, ἔφυ τὸ θέρος μερόπων ἀνθρώπων.
Ἡ δὲ συναίρεσις ἐγγὺς, ὅταν τινὲς ἀντὶ προφητῶν
Ψευδαπάται πελάσωσιν ἐπὶ χθονὶ φημίζοντες.
Καὶ Βελίαρ θ' ἥξει, καὶ σήματα πολλὰ ποιήσει
Ἀνθρώποις. Τότε δὴ ὁσίων ἀκαταστασί' ἀνδρῶν
Ἐκλεκτῶν πιστῶν τε, λεηλασίη τε γένηται
Τούτων, ἠδ' Ἑβραίων. Δεινὸς δ' αὐτοῖς χόλος ἥξει,
Ἡνίκα δωδεκάφυλος ἀπ' ἀντολίης λαὸς ἥξει
Ζητήσων λαὸν, ὃν ἀπώλεσεν Ἀσσύριος κλὼν,
Συμφύλων Ἑβραίων· ἔθνη δ' ἐπὶ τοῖσιν ὀλοῦνται.
Ὕστερον αὖ ἄρξουσιν ὑπερμενέων ἀνθρώπων
Ἐκλεκτῶν πιστῶν Ἑβραίων, καταδουλώσαντες
Αὐτοὺς ὡς τὸ πάροιθεν, ἐπεὶ κράτος οὔποτε λείψει.
Ὕψιστος πάντων, πανεπίσκοπος, αἰθέρι ναίων,
Ὕπνον ἐπ' ἀνθρώποις σκεδάσει, βλέφαρ' ἀμφικαλύψας.
Ὦ μάκαρες θεράποντες, ὅσους ἐλθὼν ἀγρυπνοῦντας
Εὕροι ὁ δεσπόζων· τοὶ δ' ἐγρήγορθεν ἅπαντες,
Πάντοτε προσδοκάοντες ἀκοιμήτοις βλεφάροισιν.
Ἥξει γάρ τ' ἠὼς, ἢ δείλης, ἢ μέσον ἦμαρ·

ραι ἐνιθρηνήσουσι Οἴκτρ' ὀλοφυρόμεναι : sed obstat ἐνθέντες, quod sequitur.

159. Edd. γενέας, mendum prodente ipso accentu. A. R. L. γονέας, ut nos, adhibita post id verbum distinctione quæ in edd. nulla est. Deinde omnes ἐν φάρεσι, ubi sensus καὶ postulabat.

160. Edd. σὺν μέλεσιν θάψουσιν, quod sane mireris. R. L. et Gallæi codex, ἐνθέντες, ut nos.

161. Edd. πεφυρμέν'. A. πεφυραμέν'. R. L. πεφυρμένοι, ut nos.

163. Edd. ὃ νικᾷ. R. L. ὅθ' ἡνίκα, ut nos. Alludit auctor ad deperditum aliquem apocryphi Evangelii locum.

165. Edd. μηδὲ συναίρεσιν. R. L. μηδὲ συναίρεσις. Nos correximus. Est autem nobis συναίρεσις idem quod Athenæo lib. XI, § 12, καρπῶν συναίρεσις, *frugum collectio, messis*, et quod priore versu τὸ θέρος, respiciente auctore ad Matth. cap. 24, v. 32 : Γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος, et alia Evangeliorum loca.

167. Edd. Βελίας ἥξει. R. L. prorsus ut nos. Et revera Βελίαρ est Antichristi, seu potius Diaboli, nomen apud Paulum, ad Cor. II, cap 6, v. 15 : Τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ; etsi variat ibi quoque lectio; nam codices pauci Βελίαλ, pauciores Βελίαν habent. Interpres certe latinus *Belial* vertit, quod propius Hebraicæ voci respondet, unde in Græci textus Editione Complutensi ac seqq. plerisque forma Βελίαλ prævaluit ; Clemens quoque Alex. et Origenes Βελίαλ legisse videntur. Græci

Flebunt, heu! scissaque involvent veste parentes,
Et terræ altrici reddent cum carnibus ossa,
Pulvere sanguineo squalentes. O mala sæcla!
O nimis insani quos ultima proferet ætas!
Stulti, nec norunt, tum quum dare femina partum
Desierit, tristem mortalibus affore messem!
Sed tum finis erit propior, quum perfida surget
Turba prophetarum, spargens mendacia terris.
Et Belial veniet, facietque insignia multa
Attonitis coram populis. Tum funditus omnes
Electi, fidique, et sancti diripientur;
Necnon Hebræi, quos sævior impetet ira,
Quum gens eois veniet de partibus orbis,
Cognatam repetens gentem, quam perdidit olim
Assyrius furor. Ac primum frangentur ab ipsis
Gentes: mox rursum electos fidosque domabunt
Hebræos, et corda jugo fortissima frustra,
Ut prius, addicent. Neque enim vis magna Tonantis
Unquam deficiet; sed rex vigil ætheris alti
Mortales oculos somno graviore ligabit.
Felices famuli, dominus quoscumque reversus
Inveniet vigiles, norint qui numinis horam
Exspectare, gravemque oculis depellere somnum.
Namque aderit mane aut sero mediove diei,

tamen N. T. codices plurimi et optimi Βελίαρ, quibus adhærere tutius est. Certum est λ literam in fine vocabulorum Græcis auribus admodum displicuisse. Quæ vero hic et alibi apud Sibyllam, præsertim lib. III, v. 63, sqq. afferuntur, ducta sunt e Matth. cap. 24, v. 24; Apocal. cap. 13, v. 14, etc. Plura de Antichristo ejusque nomine et miraculis, qualia in Sibyllinis exhibentur, dabimus nos in Excursu V.

168. Edd. τότε δ' ὁσίων ἀποκατάστασις ἀνδρῶν. R. L. ut nos.

170. A. τούτων δ' ἤδ'. Deinde R. L. δεινὸς δ' αὖ χόλος.

171. De sensu confer Esdram, lib. IV, cap. 13, v. 39, sqq. et quæ in Excursu V disseremus de decem tribuum a Salmanasaro dispersarum reditu sub extrema mundi tempora futuro. Melius hic δεκάφυλος scriptum fuisset, si tanta esset auctoris nostri diligentia.

172. R. L. λαόν θ' ὅν, unde legendum suspiceris τὸν relativum. Ἀσσύριος κλών nobis est Nabuchodonosor, qui duas in Judæa superstites tribus delevit.

173. R. L. ἔθνη τοῖσι δ' ὀλοῦνται.

178. An melius ἐπ' ἀνθρώπους? Deinde Pr. et codd. omnes σκεπάσει: correxit Cast.

179. Confer Matth. cap. 24, v. 46.

182. Edd ἥξει γάρ τ' ἠῶος. R. L. ἥξει γὰρ ἡ ἠοῦς. Sed plane Homericus est versus, Iliad. φ, v. 111, ubi ἠὼς communi consensu scribitur, adverbii loco pro ἠῶθεν, seu ἕωθεν: neque aliter apud Sibyllam scribetur lib. III, v. 252. De re confer Matth. cap. 24, v. 42, sqq.

Ἥξει δ' ἀτρεκέως, καὶ ἔσσεται ὡς ἀγορεύω,
Ἔσσεται εὐδομένοις, ὅτ' ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Ἄστρα τε πάντα μέσῳ ἐνὶ ἤματι πᾶσι φανεῖται
Σὺν δυσὶ φωστῆρσι, κατεπειγομένοιο χρόνοιο.
Καὶ τότ' ὁ Θεσβίτης γε, ἀπ' οὐρανοῦ ἅρμα τιταίνων
Οὐράνιον, γαίῃ δ' ἐπιβὰς, τότε σήματα τρισσὰ
Κόσμῳ ὅλῳ δείξει τε ἀπολλυμένου βιότοιο.
Αἲ, ὁπόσαι κείνῳ ἐνὶ ἤματι φορτοφοροῦσαι
Γαστέρι φωραθῶσιν, ὅσαι δέ τε νήπια τέκνα
Γαλουχοῦσιν, ὅσοι δ' ἐπὶ κύματι ναιετάουσιν.
Αἲ, ὁπόσαι κείνην τὴν ἡμέραν ἀθρήσουσιν.
Ἀχλὺς γὰρ ζοφερὴ σκεπάσει τὸν ἀπείρονα κόσμον
Ἀντολίης δύσεώς τε μεσημβρίας τε καὶ ἄρκτου.
Καὶ τότε δὴ ποταμός τε μέγας πυρὸς αἰθομένοιο
Ῥεύσει ἀπ' οὐρανόθεν, καὶ πάντα τόπον δαπανήσει,
Γαῖάν τ', ὠκεανόν τε μέγαν, γλαυκήν τε θάλασσαν,
Λίμνας καὶ ποταμοὺς, πηγὰς, καὶ ἀμείλιχον ᾅδην,
Καὶ πόλον οὐράνιον. Ἀτὰρ οὐράνιοι φωστῆρες
Εἰς ἓν συῤῥήξουσι, καὶ εἰς μορφὴν πανέρημον.
Ἄστρα γὰρ οὐρανόθεν τε θαλάσσῃ πάντα πεσεῖται.
Ψυχαὶ δ' ἀνθρώπων πᾶσαι βρύξουσιν ὀδοῦσι,
Καιόμεναι ποταμῷ καὶ θείῳ καὶ πυρὸς ὁρμῇ
Ἐν δαπέδῳ μαλερῷ, τέφρα δέ τε πάντα καλύψει.
Καὶ τότε χηρεύσει στοιχεῖα πρόπαντα τὰ κόσμου,
Ἀὴρ, γαῖα, θάλασσα, φάος, πόλος, ἤματα, νύκτες·
Κοὐκέτι πωτήσονται ἐν ἠέρι ἄπλετοι ὄρνεις,
Οὐ ζῶα νηκτὰ θάλασσαν ὅλως ἔτι νηχήσονται,

185. Pro πᾶσι φανεῖται, R. L. uno verbo, ἀποφανεῖται. Voluit auctor exprimere noctem medio die futuram, qualem infra quoque, v. 194, sqq.

187. Pr. γε omittit, quod in R. L. legitur. Cast. et Ops. quum γε non haberent, ἀπὸ οὐρανοῦ scripserunt, metri causa, ut supra, v. 20. De Elia ante judicium venturo, confer Matth. cap. 17, v. 10, sqq. aliosque Evangeliorum locos, et quæ in hanc rem disseremus. Curru autem venturum canit poeta, quia curru in cælum raptus fuerat, Reg. IV, cap. 2.

189. Edd. τοῦ, ubi nos τε cum R. L. Sed præstat utraque lectione omissa, δείξειεν legi, cujusmodi multa apud Sibyllam.

190. R. L. οὐαὶ ὁπόσαι. Confer omnino Matth., cap. 24, v. 19: Luc. Evang., cap. 21, v. 23.

192. Edd. γαλαδοτοῦσιν. R. L. γαλουχοῦσιν, ut nos. Legendum fortasse γλακτουχοῦσιν, metri causa.

193. R. L. οὐαὶ ὁπόσαι, et in fine, ἀθρήσουσιν, ut nos. Edd. αἳ ὁπόσαι et ἀθροίσουσιν.

195. Similis versus apud Sibyllam lib. III, v. 26, et alibi non semel.

Ipse aderit præsens, et quæ loquor, omnia fient,
Sopitis misere mortalibus. Astra patebunt
Clara die medio, geminasque una hora videbit
Collucere faces, ævi properante ruina.
   Tunc et Thesbites, curru devectus, ab altis
Descendet cæli regionibus, et tria signa
In terris edet, perituri nuntia sæcli.
Væ vobis, quas forte dies invenerit illa
Prægnantes, vel quas præbentes ubera natis!
Væ, qui propter aquas habitabunt! væ, quibus illam
Obtigerit vidisse diem! Nam lurida mundum
Nox late immensum tenebris obvolvet, ab ortu
Solis ad occasus, a parte aquilonis et austri.
Tunc ardens fluvius manabit ab æthere summo
Flammeus, atque locos omnes vis ignea perdet,
Terramque, oceanumque ingentem, et cærula ponti,
Stagna, lacus, fluvios, fontes, orcumque severum,
Cælestemque polum : cæli quoque sidera in unum
Concurrent : mundi vacua apparebit imago.
Namque ubi de cælo stellæ labentur in æquor,
Totaque flammanti fluvio et vi sulphuris usta
Gens hominum, strictis infrendet dentibus, ipso
Sub pedibus candente solo : tunc omnia vertent
In cinerem, et mundi viduata elementa jacebunt,
Aer, terra, polus, mare, lux, noctesque, diesque;
Nec jam tot volucres sulcabunt aëra pennis,
Non vada squamigeri pisces per salsa natabunt,

196. R. L. καὶ τότε ποταμὸς δ' ὁ μέγας. De hoc fluvio confer infra, v. 204, 253, 316; lib. III, v. 54, 84; lib. VIII, v. 243, Excursumque nostrum V.

197. Ops. typographi vitio, δαπήσει, unde Gallæus δαππήσει, fortasse pro δαπτήσει.

200. R. L. οὐράνιόν τ' ἀτάρ.

201. Atticum magis esset συῤῥάξουσι. De re confer Matth. cap. 24, v. 29.

202. Pr. θάλασσα, unde cæteri edd. θαλάσσια. Codd. omnes. θαλάσσῃ, ut nos. Paulo aliter lib. VIII, v. 341 : Ἄστρα γὰρ οὐρανόθεν φωστήρων πάντα πεσεῖται.

203. Recurret hic, lib. VIII, v. 350.

204. Confer supra, v. 196.

205. R. L. τέφρα δή τε.

206. Pr. στοιχεῖα πρόπαντα κόσμου, sine articulo. Cast. et Ops. κόσμου στοιχεῖα πρόπ. A. et R. ut nos, nec aliter Gall. Sed L. principi editioni favet. Idem versus, disjectis tamen verbis, recurret lib. III, v. 80, et VIII, v. 337.

207. R. L. ὅ τ' ἀήρ.

208. R. L. δι' ἀέρος pro ἐν ἀέρι. At lib. VIII, v. 342, ἐπ' ἀέρος.

209. R. L. οὐ ζῶά τε νηκτά. Confer lib. VIII, v. 347.

Οὐ ναῦς ἔμφορτος ἐπὶ κύμασι ποντοπορήσει,
Οὐ βόες ἰθυντῆρες ἀροτρεύσουσιν ἄρουραν,
Οὐκ ἦχος δένδρων ἀνέμων ὕπο· ἀλλ' ἅμα πάντα
Εἰς ἓν χωνεύσει καὶ εἰς καθαρὸν διαλέξει.
Ἡνίκα δ' ἀθανάτου Θεοῦ ἄφθιτοι ἀγγελτῆρες
Ἥξουσι Μιχαὴλ, Γαβριὴλ, Ῥαφαὴλ τ' Οὐριὴλ,
Αὐτοὶ ἐπιστάμενοι ὅσα τις κακὰ πρόσθεν ἔρεξεν
Ἀνθρώπων, ψυχάς τε ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος
Εἰς κρίσιν ἄξουσι πάσας ἐπὶ βῆμα Θεοῖο
Ἀθανάτου, μεγάλου. Εἷς γὰρ μόνος ἄφθιτός ἐστιν
Αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ, θνητῶν ὃ δικασπόλος ἔσται.
Καὶ τότε νερτερίοις ψυχὰς, καὶ πνεῦμα, καὶ αὐδὴν
Δώσει ἐπουράνιος, καί τ' ὄστεα ἁρμοσθέντα
Ἁρμοῖς παντοίοις, καὶ ἀμβροσίως πηχθέντα.
Σαρξὶν δ' ἐν πάσαις σάρκες, νεύροισί τε νεῦρα,
Καὶ φλέβες, ἠδέ τε δέρμα· περὶ χροῒ δ' αἱ πρὶν ἔθειραι
Εἰσαῦθις φύσουσι· καὶ ἔμπνοα κινηθέντα
Σώματ' ἐπιχθονίων μίαν ἡμέραν ἀνστήσονται.
Καὶ τότ' ἀμειλίκτοιο καὶ ἀῤῥήκτου ἀδάμαντος
Κλεῖθρα πέλωρα πυλῶν τε ἀχαλκεύτων ἀΐδαο
Ῥηξάμενος Οὐριὴλ μέγας ἄγγελος εὐθὺ βαλεῖται,
Καὶ πάσας μορφὰς πολυπενθέας εἰς κρίσιν ἄξει,
Εἰδώλων τὰ μάλιστα παλαιγενέων Τιτήνων,

210. R. L. ἔμφορτός τ' ἐπί. Confer lib. VIII, v. 348.

212. Pro δένδρων, Pr. et A. ἀνδρῶν. R. L. τ' ἀνδρῶν. Emendavit Cast. In fine, Pr. πάντας, ubi ceteri cum R. L. πάντα.

213. R. L. χωνεύσειε, bene, nisi sequeretur διαλέξει. Similis versus occurrit lib. III, v. 87, et VIII, v. 412; sed ibi διατάξει, melius.

215. R. L. μιχαήλ τε, cætera ut nos. Sed A. cum edd. ἤκαρ'... ἐρομιὴλ, οὐριὴλ, σανιὴλ, ἀζαὴλ τε, nisi quod vulgo edd. ἠκαρ... ερομιήλ, mutatis vel omissis apicibus, exhibent. In ἐρομιὴλ latere videtur angeli nomen 'Ιερεμιήλ, quod legitur apud Esdram, lib. IV, cap. 4. Ceterum dissimilitudo lectionis ostendit quantum sibi in hoc versu indulserit gnostica vel cabalistica superstitio. Sed fons pæne totius angelorum nomenclaturæ liber est Enoch, in quo Angeli seu Egregori XX nominatim citantur, inque iis decimo loco 'Αζαλζὴλ sive 'Αζαήλ: Archangeli vero quatuor, Μιχαὴλ καὶ Οὐριὴλ καὶ 'Ραφαὴλ καὶ Γαβριήλ: confer Syncellum, tom. I, p. 22, ed. Bonn. Οὐριὴλ apud Sibyllam recurret infra quoque, v. 230, ubi notam vide.

217. R. L. ψυχὰς, ἀπό τε ζόφου.

219. R. L. μεγάλου γ' εἷς γὰρ μόνος ἄφθιτος ὢν, versu mutilo.

220. Hunc versum omittit R. Sed habet L. cum A. et edd., nisi quod ὁ διδάσκαλος vulgo legunt, ubi nos cum Pr. ὃ relativum maluimus.

221. Pr. et A. καὶ ἀοιδήν. Correxit Cast. faventibus R. L.

222. R. L. ἐπουράνιος θεὸς ὄστεά θ' ἁρμ. non male. Petita autem hæc et seqq. e propheta Ezech. cap. 37.

Non spatium æquoreum navis transmittet onusta,
Non bos infindet rectos per jugera sulcos,
Non fremet in silvis venti sonus : omnia quando
Fornax illa Dei massam purgabit in unam.
Tunc immortales æterno a rege ministri
Devenient, Michaël, Gabriel, Raphael, Uriel,
Gnari quid sibi quisque hominum consciverit ante;
Ereptasque animas tetra e caligine mortis
Omnes ad solium excelsum sanctumque tribunal
Adducent trepidos : unus namque omnibus æquum
Jus dabit æternus judex rectorque supremus.
Nec mora defunctis animas, flatumque, sonumque
Reddet cælipotens, compactaque rite reponet
Artubus ossa suis, carnes, nervosque tenaces,
Venas, atque cutem, fluxosque in colla capillos :
Unde refecta novum rursusque animata vigorem
Corpora concipient, et in una luce resurgent.
Et tunc immiti duroque adamante rigentes
Inferni portas, orcique immania claustra,
Ingens ingenti rumpet convulsa ruina
Angelus Uriel, lugubresque ordine formas
Judicio sistet, turbæ simulacra sepultæ :

223. Hic et tres seqq. versus e suis ruderibus excitandi fuerunt. Pr. et A. ἁρμοῖς παντοίοις, σαρξὶ σάρκες, καὶ νεῦρα περὶ χροΐ, Καὶ φλέβες, ἠδέ τε δέρμα δ' αἱ πρὶν ἔθειραι Ἀμβροσίως πηχθέντα καὶ ἔμπυσα κινηθέντα. Cast. et Ops. post νεῦρα voces περὶ χροΐ omittunt, lacuna in fine versus indicata, rejectisque iis vocibus ad versum sequentem post δέρμα, ut apud nos; et sub finem tertii versus ἔμπνοα recte pro ἔμπυσα exhibent. R. L. ἁρμ. παντ. σαρξὶν δέ τε πάσαις σάρκας, Νεύρεσι νεῦρά τε, καί τε φλέβεσσιν ἁπάσαις αἷμα, Δέρμα δέ γ' ἐν χθονὶ αἱ πρὶν αἴθειραι εἰς αὖθις φύσουσιν (L. φήσουσιν), Ἀμβροσίως πηχθέντα καὶ ἔμπνοα κιν. Meliorem nos, et, ut remur, veram lectionem proponimus.

227. Pr. ἀναστήσονται. R. L. ἐνὶ ἤματ' ἀναστήσονται.

228. R. L. ἀμειλίκτοιό τε κἀῤῥήκτου ἀδ. Notanda imitatio Æschyli, Prometh. initio : Ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀῤῥήκτοις πέδαις.

229. A. ἀχαλκεύτου ἀΐδαο. R. L. ἀχαλκεύτου γ' ἀΐδαο. Edd. ἀχαλκεύτων, ut nos. In omnibus τε post πυλῶν redundat.

230. R. L. ῥηξάμενός τ' Οὐριὴλ ἄγγελος, omisso epitheto. Edd. ut nos : sed utrovis modo versus laborat. Legendum fortasse, ῥηξάμενος Ὀριὴλ μέγας ἄγγ. et supra v. 215, Ῥαφαὴλ τ' Ὀριήλ τε. Vel diphthongum licenter corripi posse, præsertim in nomine proprio, finxit sibi poeta.

232. R. L. παλαιγ. τε Τιτάνων. De Titanibus confer supra, lib I, v. 308, sqq. Magna sane hic deprehenditur affinitas primi et secundi libri, recte observante Bleekio.

Ἠδέ τε Γιγάντων, καὶ ὅσας εἷλεν κατακλυσμὸς,
Καὶ τὰς ἐν πελάγεσσιν ἀπώλεσε κῦμα θαλάσσης,
Ἠδ' ὁπόσας θῆρες καὶ ἑρπετὰ καὶ πετεεινὰ
Θοινήσαντο, ὅλας ταύτας ἐπὶ βῆμα καλέσσει·
Καὶ πάλιν, ἃς ἔφθειρεν ἐνὶ φλογὶ σαρκοφάγον πῦρ,
Καὶ ταύτας ἐπὶ βῆμα Θεοῦ στήσειεν ἀγείρας.
Ἡνίκα δ' ἀνστήσῃ νέκυας, μοίρας καταλύσας,
Καὶ καθίσῃ Σαβαὼθ Ἀδωναΐ ὑψικέραυνος
Εἰς θρόνον οὐράνιόν τε, μέγαν δέ τε κίονα πήξῃ,
Ἥξει δ' ἐν νεφέλῃ πρός τ' ἄφθιτον ἄφθιτος αὐτὸς
Ἐν δόξῃ Χριστὸς σὺν ἀμύμοσιν ἀγγελτῆρσι,
Καὶ καθίσει μεγάλῳ ἐπιδέξια βήματι, κρίνων
Εὐσεβέων βίοτον καὶ δυσσεβέων τρόπον ἀνδρῶν.
Ἥξει καὶ Μωσῆς ὁ μέγας φίλος ὑψίστοιο,
Σάρκας δυσάμενος. Ἀβραὰμ δ' αὐτὸς μέγας ἥξει,
Ἰσαὰκ ἠδ' Ἰακὼβ, Ἰασοῦς, Δανιὴλ τ' Ἠλίας,
Ἀμβακαοὺμ, καὶ Ἰωνᾶς, καὶ οὓς ἔκταν Ἑβραῖοι.
Τοὺς δὲ μετ' Ἠρεμίαν ἐπὶ βήματι πάντας ὀλέσσει
Κρινομένους Ἑβραίους, ἵνα ἄξια ἔργα λάβωσι,
Καὶ τίσωσιν, ἅπερ βιότῳ θνητῷ τις ἔπραξε.
Καὶ τότε δὴ πάντες διὰ αἰθομένου ποταμοῖο
Καὶ φλογὸς ἀσβέστου διελεύσονθ'· οἵ τε δίκαιοι
Πάντες σωθήσοντ'· ἀσεβεῖς δ' ἐπὶ τοῖσιν ὀλοῦνται
Εἰς αἰῶνας ὅλους, ὁπόσοι κακὰ πρόσθεν ἔρεξαν,
Ἠδὲ φόνους ἐποίησαν, ὅσοι δὲ συνίστορές εἰσι,
Ψεῦσται, καὶ κλέπται, δόλιοι τ' οἰκοφθόροι αἰνοὶ,

233. Edd. ὅσας εἷλε. A. ut nos, εἷλεν. R. L. ἠδὲ γιγάντων καὶ τότε ὅσους εἷλεν κατ. De Gigantibus supra, lib. I, v. 120, sqq.

235. R. L. καί θ' ἑρπετά. Omnes deinde πετεηνά, præter A. quem sequimur.

237. R. L. ἔφθειρέ τε ἐν φλογί.

240. Edd. καὶ καθίσει Σαβ. Ἀδοναῖος, nisi quod Pr. cum Pithœi codice, Ἀδωναῖος habet. Sed R. L. καθίση (id est καθίσῃ), et Ἀδωναΐ, ut nos.

241. R. L. οὐράνιόν γε. Deinde edd. et L. πήξει. R. πήξη, id est πήξῃ. De eadem columna infra, v. 286. Confer et librum VII, v. 27, sqq. ibique notam.

242. R. L. ἥξη, idest ἥξῃ. Iidem πρός τ' ἄφθιτον, ut nos; sed τ' in edd. omissum est, recte, si legeretur ἐν νεφέλῃσι.

244. Edd. μεγάλως. R. L. μεγάλω, id est μεγάλῳ. Deinde edd. et R. ἐπὶ δέξια. L. ἐπὶ δεξιά. Nos correximus.

247. A. σάρκα, non σάρκας. R. L. σάρκ' ἐπιειμένος ἀβραάμ (L. ἀβράμ) καὶ αὐτὸς μ. μ.

248. R. L. ἰσαὰκ, ἰακὼβ, ἰησοῦς, δανιὴλ ἠδ' ἠλίας. In edd. ut apud nos, Ἰασοῦς vocatur qui vulgo Ἰησοῦς, Josue.

249. R. L. ἀβακοὺμ καί τε ἰωνᾶς καί θ' οὓς κτεῖναν ἑβραῖοι. Edd. ut nos, Ἀμβακαούμ vocantes eum qui Græcis vulgo

Titanum in primis monstrosorumque gigantum;
Tum quos diluvium vel quos maris unda profundo
Absumpsit; necnon quos serpentesve feræve
Aut volucres avidis hauserunt faucibus, omnes
Adducet; quosque ignis edax et flamma voravit,
Coget adesse Dei præsentes ante tribunal.
Sed postquam excierit defunctos, fata resolvens,
Tum vero Sabaoth Adonæus, fulminis auctor,
Cælesti sidet solio, magnamque columnam
Figet. Ad æternum proles æterna Parentem
Tum veniet Christus, multo succinctus honore,
Nubibus invectus, geniorum astante corona,
Et dexter Patris solio considet in alto,
Judicet ut mores hominum pravosque bonosque.
Olli ingens aderit Moses, quem numen amavit,
Sumpta carne recens: Abraham quoque magnus, et una
Isaac atque Jacob, Josve, Daniel, Elias,
Hambacus, et Jonas, et quos Judæa necavit.
At reliquos solio ex alto damnabit Hebræos,
Qui post Jeremiam fuerint, ut digna patratis
Accipiant, et quæ mortali fecit in ævo,
Quisque luat. Tum, quotquot erunt, per flumen agentur
Ignis inexstincti: justos unde eximet omnes
Certa salus; at certa malos et in omne manebit
Pernicies ævum, qui commisere nefanda,
Tinxerunt qui cæde manum, aut queis conscia mens est,
Mendaces, fures, pestes et probra domorum,

Ἀμβακούμ, Latinis Habacuc dicitur. Finis versus ex evangeliis desumptus est, ac præsertim Matth. cap. 23, v. 34, sqq.; Luc. cap. 11, v. 49, sqq.

250. Ἠρεμίαν poetica licentia vocat, quem sacri libri Ἰερεμίαν. Quod autem Hebræos omnes, qui post illum fuerint, damnat, certe latiori sensu intelligi voluit, quum ipse Danielem paulo ante in sanctos retulerit. Unum hoc verissimum est, post Jeremiæ, id est, captivitatis tempora, claudi prophetarum ordinem et quodammodo ipsam sacræ gentis historiam.

252. Edd. καὶ τίσουσ' ὅσα περ. R. L. ut nos.

253. Igneus idem torrens qui supra, v. 196. Per illum autem transituras omnes animas, eo igne dijudicandas, credidit omnis pæne sacra antiquitas, et huc referri potest servata etiamnunc in sacris catholicis formula: « Qui judicabit per ignem. » Diserte Lactantius, lib. VII, cap. 21: « Sed et justos quum « judicaverit, etiam in igni eos examinabit, etc. » ubi confer intpp.

258. R. L. δεινοί pro αἰνοί.

Δειπνολόχοι, καὶ κλεψίγαμοι, δύσφημα χέοντες,
Δεινοί θ', ὑβρισταί τ', ἄνομοι τ', εἰδωλολάτραι τε·
Ἠδ' ὁπόσοι μέγαν ἀθάνατον Θεὸν ἐγκατέλειψαν,
Βλάσφημοι δ' ἐγένοντο, καὶ εὐσεβέων κεραϊσταὶ,
Πιστολέται, καὶ τῶν ἁγίων φθισήνορες ἀνδρῶν·
Ἠδ' ὁπόσοι δολίοις καὶ ἀναιδέσιν ἀμφιπροσώποις
Πρεσβύτεροι, γεραροί τε διήκονες εἰσορόωσιν,
Αἰδόμενοι κρίνουσ', ἀδίκως ἑτέροισι ποιοῦντες,
Ψευδαπάται, φήμησι πεπειθμένοι, [αὐτὰρ ἐόντες]
Παρδαλίων τε λύκων ὀλοώτεροι, ἠδὲ κάκιστοι·
Ἠδ' ὁπόσοι μεγάλως ὑπερήφανοι· ἠδὲ τοκισταὶ,
Οἳ, τόκον ἔκ γε τόκων συναθροίζοντες κατὰ οἴκους,
Ὀρφανικοὺς χήρας τε καταβλάπτουσιν ἕκαστα·
Ἠδ' ὁπόσοι χήρῃσι καὶ ὀρφανικοῖσι διδοῦσιν
Ἐξ ἀδίκων ἔργων, ὁπόσοι δ' ἰδίων ἀπὸ μόχθων
Δόντες ὀνειδίζουσιν· ὅσοι δὲ γονεῖς ἐνὶ γήρᾳ
Κάλλιπον, οὔτε τίσαντες ὅλως, οὐ θρεπτρὰ γονεῦσιν
Ἀντιπαρασχόντες, ἀτὰρ θ' ὅσοι ἠπείθησαν,
Ἠδὲ καὶ ἀντεῖπαν λόγον ἄγριον εἰς γενετῆρας·
Ἠδ' ὁπόσοι πίστεις τε ἀπηρνήσαντο λαβόντες,
Καὶ θεράποντες ὅσοι κατὰ δεσποτέων ἐγένοντο,
Καὶ πάλιν οἱ τὴν σάρκα ἀσελγείαις μιάναντες,
Ἠδ' ὁπόσοι ζώνην τὴν παρθενικὴν ἀπέλυσαν
Λάθρῃ μισγόμενοι, ὅσσαι δ' ἐνὶ γαστέρι φόρτους
Ἐκτρώσκουσιν, ὅσοι τοκετοὺς ῥίπτουσιν ἀθέσμως·
Φαρμακοὶ, ἢ καὶ φαρμακίδες· σὺν τοῖσι καὶ αὐτοὺς

263. Πιστολέται dicuntur qui lib. VIII, v. 187, πιστοπορθεῖς, observante Ops. Idem notat multa ex his et seqq. ex Hesiodo et Phocylide compilata esse. In hoc versu pro ἁγίων habent R. L. ἁγίων τε, edd. δικαίων sine τε.

265. R. L. διάκονοι. Magnam sapit antiquitatem quod duo tantum ministrorum ordines numerantur. Mirum vero si jam illo tempore tot vitiis patuerunt christiani sacerdotes, ut in eos tam acriter invehi potuerit homo christianus, nisi forte vel hæreseos vel alia de causa ab eorum communione separatus.

266. R. L. αἰδόμενοί γε, κρίσιν τ' ἀδίκως ἑτέροισι ποιοῦντες. Sed præstat editorum lectio sensus causa, etsi copula initio deesse videtur : nam quod ἀδίκως ποιοῦντες cum dativo construitur, exemplis non caret, apud Alexandrinos præsertim et in sacris Bibliis, ut Matth. cap. 21, v. 36 : Καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς ὡσαύτως. Luc. Evang., cap. 6, v. 27 : Καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς.

267. R. L. ψευδαπάταις φήμησι πεπεισμένοι πλαζόμενοί τε, versu post quartum pedem laborante. In fine αὐτὰρ ἐόντες restituit Cast. e conj. videlicet; nam

Mensarum asseclæ, qui vincla jugalia frangunt,
Injusti, vafri, audaces, impura loquentes,
Et simulacricolæ, necnon qui, patre relicto
Magno, immortali, linguis verba impia fundunt,
Osores fidei crudeles, atque piorum
Carnifices; et qui duplici sub fronte decentes
Presbyteri, sanctoque diaconus ore verendus,
Quæ damnant aliis, ipsi fecere priores,
Fidentes famæ, et pardis pejora lupisque
Pectora gestantes ovium sub pelle dolosa;
Tum nimio tumidi fastu; tum fenore fenus
Qui cumulant, et opes in propria tecta recondunt
Pupillis raptas viduisque dolentibus; aut qui,
Munifici parce, furto quæsita dolove
Dant viduis aut dant pupillis; quive labore
De proprio quod dant, exprobrant; quive parentes
Deseruere senes, nec præmia digna rependunt
Altricis curæ; vel qui parere recusant
Patribus, inque suos convicia turpia jactant;
Vel qui depositum perfricta fronte negarunt;
Quique suis faciunt dominis contraria servi;
Vel qui flagitiis turparunt corpora; vel qui
Virginei zonam gremii solvere latenti
Concubitu; tum quæ fetus in ventre necatos
Ejecere; aut qui partum exposuere recentem;
Quique veneficiis usi, seu femina, seu vir:

in Pr. et A. desunt hæc verba, relicta in fine versus lacuna, sicut in Pithœi quoque exemplari, teste Ops.

268. Cast. et Ops. λύκων τ', e conj.

270. R. L. καὶ τόκον ἐκ τόκων.

272. Edd. χήρεσσι.

273. Phocyl. v. 142: Ἐργάζευ, μόχθων ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς, citante Ops. Sequentes autem quatuor versus partim desumpti sunt ex Hesiodo, Op. 183, sqq. 329, sqq.

274. A. γόνεις ἐν γήρᾳ.

275. Pr. κάλλειπον. R. L. κάλιπον. Correxit Cast. Deinde R. L. οὔτε γε τιμήσαντες ὅλως, οὐ θρεπτρά, ultima voce omissa, quam A. et edd. præbent. Sed male A. θρέπτα.

276. Edd. ἀτὰρ δ' ὅσοι. R. L. ut nos.

277. R. L. ἀντεῖπον.

279. Edd. δεσποτῶν. R. δεσποτύων. L. δεσποτάων. Nos correximus.

280. Edd. ἀσελγίῃ μιήναντες. Hæsitavit A. inter μιαίναντες et μιήναντες. R. L. ut nos, quum melius esset, ἀσελγείαις ἐμίαναν.

282. R. L. ὅσαι.

283. Infantes projici vetantur etiam apud Phocyl. v. 171, sq.

284. A. φαρμακοὶ ἢ φ. sine καί. R. L inversis verbis, φαρμακίδες καὶ φαρμακοί

Ὀργὴ ἀπουρανίοιο καὶ ἀφθάρτοιο Θεοῖο
Κίονι προσπελάσειεν, ὅπου περὶ κύκλον ἅπαντα
Ἀκάματος ποταμός τε ῥέει πυρός· οὓς ἅμα πάντας
Ἄγγελοι ἀθανάτοιο Θεοῦ τοῦ αἰὲν ἐόντος,
Ἐν φλογίναις μάστιξι καὶ ἐν πυρίναις ἀλύσεσσι,
Δεσμοῖς ἀῤῥήκτοισι περισφίγξαντες ὕπερθεν,
Δεινοτάτως κολάσουσιν. Ἔπειτα δὲ νυκτὸς ἀμολγῷ
Ἐν Γεένῃ θηρσὶν ὑπὸ ταρταρίοισι βαλοῦνται,
Πολλοῖς, δειμαλέοισιν, ὅπου σκότος ἔστιν ἄμετρον.
Ἀλλ' ὁπόταν πολλὰς κολάσεις ἐνιποιήσωνται
Πᾶσιν, ὅσων κακὸν ἦτορ ἔην, ἀτὰρ ὕστερον αὖτε
Ἐκ ποταμοῦ μεγάλου πύρινος τροχὸς ἀμφικαθέρξει
Αὐτοὺς, ὅττ' ἄρα τοῖσιν ἀτάσθαλα ἔργα μεμήλει.
Καὶ τότε θρηνήσουσιν ἐπ' ἄλλυδις ἄλλος ἄπωθεν
Οἰκτροτάτῃ μοίρῃ πατέρες καὶ νήπια τέκνα,
Μητέρες, ἠδέ γε τέκν' ὑπομάζια δακρυόεντα.
Οὐδέ σφιν δακρύων κόρος ἔσσεται, οὐδὲ μὲν αὐδὴ
Οἴκτρ' ὀλοφυρομένων ἐσακούσεται ἄλλυδις ἄλλου,
Ἀλλὰ μακρὰν ζοφόενθ' ὑπὸ τάρταρον εὐρώεντα
Τειρόμενοι βώσονται· ἐπ' οὐχ ὁσίοισι δὲ χώροις
Τίσουσι τρὶς τόσσον ὅσον κακὸν ἤλιτον ἔργον,
Δαιόμενοι πυρὶ πολλῷ· ἐπιβρύξουσι δ' ὀδοῦσι
Πάντες τηκόμενοι μαλερῇ δίψῃ τε βίῃ τε,
Καὶ καλέσουσι καλὸν τὸ θανεῖν, καὶ φεύξετ' ἀπ' αὐτῶν.
Οὐκέτι γὰρ θάνατος τούτους, οὐ νὺξ ἀναπαύσει.
Πολλὰ δ' ἐρωτήσουσι μάτην Θεὸν ὑψιμέδοντα,
Καὶ τότ' ἀποστρέψει φανερῶς τὸ πρόσωπον ἀπ' αὐτῶν.
Ἑπτὰ γὰρ αἰώνων μετανοίας ἤματ' ἔδωκεν

285. An potius ἐπουρανίοιο?

286. De columna jam dictum supra, v. 241; videtur autem ea columna non alium usum præstare quam pali illius qui ante tribunal magistratuum Romanonum figi solebat, ad quem sontes deligati plecterentur. Recurret ejus mentio lib. VII, v. 25 et 27.

287. Edd. ποταμὸς ῥεῖ. R. L. ut nos. Quid si ῥείει legatur sine τε? Deinde οὓς ἅμα de nostro est, ubi edd. et codd. τοὺς δ' ἅμα.

288. Pr. θεοῦ αἰὲν ἐῶντες. Cast. et Ops. τοῦ addiderunt, et ἐόντος in fine scripserunt. R. L. θεοῖό τε αἰὲν ἐόντος.

289. Edd. et codd. ἀλύσεσι.

290. R. L. ἀῤῥήκτοις τε π.

291. Pr. δεινοτάτῳ καλάσουσιν. Emendavit Cast. faventibus codd.

292. R. L. ἐν γεέννῃ· θηρσὶ δ' ὑπὸ τ. καλοῦνται. Pithœi cod. ὑποταρταρίοισι, uno verbo, notante Ops.

294. Edd. et R. L. ἐνὶ ποιήσονται, divise: sed confer lib. III, v. 74.

Hos omnes vivi tum numinis ira columnæ
Affliget, rapidum quam circuit undique flumen,
Igne indefesso manans : simul angelus illis
Unusquisque Dei pœnas impinget atroces,
Et miseros, nunquam frangenda compede vinctos,
Ignitis flagris inflammatisque catenis
Torquebunt : quos antra dehinc sub opaca Gehennæ
Tartareis monstris immanibus, impacatis,
Objectos tradent, ubi nox tenebrosa perennat.
Atque illic sævis actos cruciatibus omnes,
Quorum mens perversa, viros, rota flammea cinget
Ardentis fluvii, metuendo carcere semper
Inclusos, vitæque luentes facta prioris.
Et tunc diversi, dictu miserabile, flebunt
Patres et pueri, matres, lacrimosaque matrum
Pignora sub mammis; nec erit modus ullus amari
Ploratus; nec quisquam alieno ex ore querelas
Distinguet sonitu ; verum sub nocte profunda,
Tetra, tartarea, stimulo torquente doloris,
Confundent ululatum, et in illa sede profana
Ter tantum solvent, quantum fecere malorum,
Acribus addicti flammis. Tum dentibus omnes
Stridebunt, urgente siti, rabidoque dolore,
Et mortem optabunt: fugiet mors ipsa vocantes.
Mortis enim non jam requiem, non noctis habebunt.
Multa quidem frustra supremi numina regis
Orabunt; sed vota palam aversabitur ultor.
Septem quippe viris mutandæ sæcula vitæ

295. R. L. πᾶσί τε οἷς.

296. Edd. ἀμφὶ κατάρξει. R. L. ἀμφὶ καθέξει. Nos correximus.

298. Legendum ἐπ' ἄλλυδις ἀλλῷ vel ἀπ' ἄλλυδις ἄλλου.

300. Edd. ἠδέ τε. R. L. ἠδέ γε, ut nos, et postea νηπιόεντα, non male. Confer Virgil. Georg. IV, 475, sqq. et Æn. VI, 306, sqq.

301. Pr. cum A. ἔσται. Deinde R. L. αὐδήν.

304. Edd. βοάσονται. Codd. ut nos.

306. Edd. δευόμενοι. R. L. ut nos. Vide supra, v. 19.

307. A. πάντες τειρόμενοι. Deinde idem, δίψῃ μαλερῇ βίῃ τε. Pr. δίψῃ μαλερῇ τε βίῃ τε. R. L. item, sed δίψει. Correxit Cast. Ceterum partim desumptus est hic versus e lib. VIII, v. 352, ubi et septem seqq. prope ad verbum recurrent.

309. Edd. τούτοις. R. L. τούτους ut nos. Libro VIII, v. 354, τ' αὐτούς.

312, 313. Confer notas ad lib. VIII, v. 357, seq. et VII, v. 133.

Ἀνδράσι πλαζομένοις διὰ χειρὸς Παρθένου ἁγνῆς.
Τοὺς δ' ἄλλους, ὁπόσοις τε δίκη καλά τ' ἔργα μεμήλει,
Ἠδὲ καὶ εὐσεβίη τε δικαιότατοί τε λογισμοὶ,
Ἄγγελοι αἰρόμενοι διὰ αἰθομένου ποταμοῖο
Εἰς φῶς ἄξουσί τε καὶ εἰς ζωὴν ἀμέριμνον,
Ἔνθα πέλει τρίβος ἀθάνατος μεγάλοιο Θεοῖο
Καὶ τρισσαὶ πηγαὶ, οἴνου, μέλιτος τε γάλακτος.
Γαῖα δ' ἴση πάντων, οὐ τείχεσιν, οὐ περιφραγμοῖς
Οὐδὲ μεριζομένη, καρποὺς τότε πλείονας οἴσει
Αὐτομάτη, κοινοί τε βίοι, καὶ πλοῦτος ἄμοιρος.
Οὐ γὰρ πτωχὸς ἐκεῖ, οὐ πλούσιος, οὐδὲ τύραννος,
Οὐ δοῦλος, οὔτ' αὖ μέγας, οὐ μικρός τις ἔτ' ἔσται,
Οὐ βασιλεῖς, οὐχ ἡγεμόνες· κοινῇ δ' ἅμα πάντες.
Κοὐκέτ' ἐρεῖ τις ὅλως, Νὺξ ἤλυθεν, οὐδὲ μὲν αὔριον,
Οὐκ ἐχθὲς γέγονεν, οὐκ ἤματα πολλὰ μεριμνᾶν,
Οὐκ ἔαρ, οὐχὶ θέρος, οὐ χειμὼν, οὐ μετόπωρον,
Οὐ γάμος, οὐ θάνατος, οὐ πράσεις, οὐδ' ἀγορασμοὶ,
Οὐ δύσις, ἀντολίη· ποιήσει γὰρ μακρὸν ἦμαρ.
Τοῖς καὶ ὁ παντοκράτωρ Θεὸς ἄφθιτος ἄλλο παρέξει
Εὐσεβέσιν, ὁπόταν Θεὸν ἄφθιτον αἰτήσωνται·
Ἐκ μαλεροῖο πυρὸς μακραιώνων τ' ἀπὸ βρυγμῶν
Ἀνθρώπους σῶσαι δώσει· καὶ τοῦτο ποιήσει.
Λεξάμενος γὰρ εὐσταθεῖς ἀπὸ φλογὸς ἀκαμάτοιο,

314. A. ὁπόσους. In fine, edd. μέμηλεν. R. L. μεμήλει, ut nos.

316. Pr. et A. διαχθομένου, uno verbo: Cast. emendavit. R. L. αἰρόμενοί τε δι' ἀχθομένου π.

317. Post. ἄξουσι, edd. τε non habent, quod dant R. L.

319. Pr. et Cast. οἴνου τε μέλιτος γάλακτος, sic clauso versu : A. μέλιτος καὶ γάλακτος : addunt R. L. in fine, πηγαί τ' οἴνου. Correxit Ops. Sententia recurret lib. VIII, v. 211, ubi et tres seqq. versus, sed ordine paulum inverso.

321. Edd. et R. L. οὐδὲ non habent, sed edd. ἐκμεριζομένη, A. ἐκμεριζομένου, R. L. διαμεριζομένη : Gallæi codex, ut nos, quemadmodum lib. VIII, v. 210.

324. R. L. οὔτ' ἄρ δοῦλος, δ' οὐ μέγας. Expressus est hic locus e lib. VIII, v. 110, sqq.

325. Edd. κοινῶς ἅμα πάντες. R. L. ut nos.

326. Edd. et R. L. ἦλθεν. In fine vel admittenda synizesis, vel aliquid mutandum; nam dactylicus finis offendit. Conjecerat Ops. νὺξ ἦλθ' ἢ αὔριον ἔσται.

327. Edd. οὐχ ἥματα, vel quod pejus est οὐχ ἤματα. R. L. diserte, οὐκ ἤματα, etsi sæpius in ἦμαρ primam asperant. Deinde μεριμνᾶν, doricam formam, Sibyllæ inusitatam, mutari fortasse satius sit. Recurret hic versus lib. III, v. 89, ubi μερίμνης legitur. Conjecit Cast. in marg. μεστὰ μεριμνῶν.

328. Recurret lib. III, v. 90, et VIII, v. 426.

Addiderat clemens, motus prece Virginis almæ.
  Ast alios qui jus æquum coluere bonumque,
Queis pietas et mens semper fuit optima cordi,
Sublati angelicis manibus, per flumen agentur
Ignitum, claram ad lucem vitamque quietam,
Immortalis ubi lucet via trita tonantis,
Fontibus et trinis manant lac, mella merumque.
Terra autem cunctis æque concessa, neque ullis
Limitibus divisa, feret tum prodiga fructus
Sponte sua. Tum victus erit communis, opesque:
Nam neque pauper ibi, neque dives; nemo tyrannus,
Aut servus; nec erit quisquam majorve minorve;
Non rex, non ductor: sed vita erit omnibus una.
Nec jam dicetur: Venit nox, aut: Veniet cras,
Aut: Transivit heri. Nec erunt, quos longa retardet
Cura, dies: non ver, æstas, autumnus, hiemsve:
Non occasus erit, non ortus: quippe parabit
Unam illis longamque diem. Quin hoc quoque votis
Sanctorum Deus omnipotens concedet, ut olim
Ereptos longo e gemitu flammaque perenni
Mortales servare velit. Quos ipse, molestis
Si qui restiterint tædarum morsibus, ultro
Eliget, indomitique ardoribus eximet ignis,

329. Edd. et R. L. οὐ γάμον, οὐ θάνατον, οὐ πράσεις, οὐδ' ἀγορασμούς: nos ad grammaticæ leges correximus. Sed eradi potius versum oportebat, qui et sententiarum seriem abrumpit, nec lib. VIII, unde hæc desumpta sunt, reperitur.

330. Edd. et codd. οὐ δύσιν, ἀντολίην: Nos correximus. Confer proxime annotata, et lib. VIII, v. 427.

331. Notandus omnino locus, ut qui ad duo dogmata magni inter theologos momenti respiciat, sanctorum nempe intercessionem pœnarumque æternitatem. Et jam beatæ Virginis intercessio palam prædicata fuerat supra, v. 313, quod plane cum catholica fide convenit. Hic insuper damnatis promittitur pœnarum finis, hæretica quidem sententia, sed olim a nonnullis patribus, præsertim ab Origene propugnata, de qua confer infra, not. ad v. ult.

333. Edd. καὶ ἀθανάτων ἀπὸ βρυγμῶν, propius sane ad theologicam veritatem, sed contra auctoris mentem totiusque loci tenorem. R. L. ut nos.

335. R. L. γάρ τ' εὐσταθεῖς. Utrovis modo versus laborat. Nec dubium fuisse olim λεξάμενος γὰρ ἕκαστον. Sed maluit pius interpolator versum corrumpere ut ii tantum pœnis eriperentur qui, propter leviores culpas multati, flammarum ardori resistere potuissent, quosque ideo εὐσταθεῖς vocat. Verum supervacua erat ea medela, quum palam sit verba λεξάμενος et ἕκαστον, non ad omnes, sed ad singulos, id est ad quosdam e multis

Ἄλλοσ' ἀποστήσας, πέμψει διὰ λαὸν ἑαυτοῦ
Εἰς ζωὴν ἑτέραν καὶ αἰώνιον ἀθανάτοισιν,
Ἠλυσίῳ πεδίῳ, ὅθι οἱ πέλε κύματα μακρὰ
Λίμνης ἀενάου Ἀχερουσιάδος βαθυκόλπου.
Αἲ αἲ, ἐγὼ δειλὴ, τί γενήσομαι ἤματι τῷδε,
Ἀνθ' ὧν ἡ δύσφρων γε πονησαμένη περὶ πάντων
Ἤλιτον, οὔτε γάμων μεμελημένη, οὔτε λογισμοῦ·
Ἀλλὰ καὶ ἐν μελάθροισιν ἐμοῖς πολυπάμονος ἀνδρὸς,
Δευομένους ἀπέκλεισα· τὰ δ' ἔκνομα πρόσθεν ἔρεξα
Εἰδυῖα. Σὺ δὲ, σῶτερ, ἐμῶν ἀπὸ μαστικτήρων
Ῥῦσαι δή με κυνῶπιν, ἀναιδέα πρήξασάν γε.
Ἤδε δ' ἐγὼ λίτομαί σε βαιὸν παῦσαί με ἀοιδῆς,
Ἅγιε μαννοδότα, βασιλεῦ μεγάλης βασιλείης.

pertinere. Ceterum ut satis accedit ea sententia ad Occidentalis Ecclesiæ doctrinam de igne purgatorio, ita neutri Ecclesiæ probari absolute potest, quum utriusque commune sit dogma, post extremum judicium non esse jam misericordiæ locum.

336. Edd. et codd. ἄλλῳ ἀποστήσας, ubi nos ἄλλοσ', e conj. Deinde διὰ λαὸν ἑαυτοῦ, *propter populum suum,* intellige *propter sanctorum merita.*

338. R. L. πέλει.

339. Pr. et A. ἀεννάου.

340. Pr. et A. αἶ αἶ ἐγὼ δὲ δειλή. R. L. αἶα δ' ἐγὼ δειλή. Correxit Cast. Nos αἲ αἲ pro αἶ αἶ, recepta vulgo in Sibyllinis orthographia, scripsimus.

342. Edd. et R. L. λογισμοῖς. Sed in hac terminatione sæpe peccant codices propter scripturæ compendia. Nos correximus.

343. Edd. πολυμάμμονος. R. L. ut nos, magis græce. Vix quidem cadit hoc epitheton in aliquem Noemi filium; et mirum sane Noemi nurum talia de se profiteri; unde dubitatio suboriri potest, utrum eadem sit origo primi ac secundi libri : quod tamen tot ac tantis aliunde argumentis evincitur, ut vel diversa concilianda sint. Finge igitur vel ante vel post diluvium Sibyllam cum viro suo domum tam divitem incoluisse, ut avaritiæ locus esset. Ceterum hæc e libri septimi fine desumpta et mitigata sunt : confer nos in Excursu V.

345. Edd. cum A. οὐδέ τε σῶτερ. R. L. ut nos, præeunte Castalionis conj.

346. Pr. et A. κύνωπι. Ceteri edd. κύνωπιν. R. L. κύνωπα, et in fine, πρήξασάν γε, ubi edd. πρηΐξασαν, sine γε.

347. Pr. Ηδε sine accentu, id est ἦδε, ut nos scripsimus. Cast. et Ops. ἠδέ.

Cumque suis aliam in vitam traducet, eamque
Perpetuam, nullo morituros tempore, campis
Scilicet Elysiis, ubi largis fluctibus illos
Æternum cingent Acherontis stagna profundi.
Eheu me miseram! quid me illo tempore fiet,
Omnes quæ pravis anteivi moribus, amens,
Immemor officii, vinclique oblita jugalis!
Quin locuples uxorque viri locupletis, egenos
Ædibus exclusi, et fregi jura omnia prudens
Atque volens. Tu me tortoribus eripe diris,
O bone servator, quamvis infanda fatentem.
Et nunc da longum, quæso, requiescere carmen,
Sancte dator mannæ, rex magni maxime regni.

Deinde edd. omnes cum A. παυσέμεν ἀοιδῆς. R. L. totum versum aliter constituunt : ἰδοὺ ἐγὼ λίτομαι σέ γε βαιὸν παῦσαί (L. παῦσέ) μ' ἀοιδῆς. Nos utcumque metrum restituimus. Fortassis ἠνὶ δ' ἐγὼ scribendum, et λίτομαί σε βαιόν γέ με παῦσαι ἀοιδῆς.

348. Pr. et Cast. μανονδότα. R. L. μανοδότα. Restituit Ops. veram lectionem quæ et in A. servata est, et in Florentino codice, teste Bandinio, μαννοδότα, *mannæ dator*; quo refer ultimum Procemii versum, et lib VII, v. 149. Afferunt vero lexica derivatum μαννοδοτέω, quum e Constantini Manassis Chronico, v. 1067, ed. Bonn. tum etiam e Constit. Apost. lib. VI, cap. 3 et 20. Deinde edd. et R. βασιλείας, ubi L. et Florentinus cod. nobiscum βασιλείης. — Posthunc versum legitur in R. L. et F. epilogus iambicus, quo refelluntur quæ de futuro pœnarum fine temerarie scripta sunt supra, v. 331, sqq. sic nempe :

Ἀντίῤῥησις εἰς τὸ Τοῖς καὶ ὁ παντοκράτωρ.
Ψευδῆ προφανῶς· οὐδὲ γὰρ λήξει ποτὲ
Τὸ πῦρ κολάζον τοὺς κατακεκριμένους.
Κἀγὼ γὰρ ἂν εὔξαιμι τοῦθ' οὕτως ἔχειν,
Οὐλαῖς μεγίσταις σφαλμάτων ἐστιγμένος,
Αἳ μείζονος χρῄζουσι φιλανθρωπίας.
Ἀλλ' αἰσχυνέσθω φληναφῶν Ὠριγένης,
Πέρας γενέσθαι τῶν κολάσεων λέγων.

In his versiculis male stantibus, male græcis, lectio codicum non variat, nisi quod F. λέξει pro λήξει habet; R. deinde et F. ἐστιγμένοι, ubi L. melius ἐστιγμένος. In omnibus εὔξαιμι legitur, barbare pro εὐξαίμην. Auctor epilogi, theologus magis quam poeta, idem fortasse est a quo nonnulla in ipso textu, supra, v. 335 et alias, pie adulterata notavimus.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Οὐράνι' ὑψιβρεμέτα μάκαρ, ὃς ἔχεις τὸ Χερουβὶμ
Ἱδρυμένον, λίτομαι, παναληθέα φημίξασαν
Παῦσον βαιόν με· κέκμηκα γὰρ ἔνδοθι ἦτορ.
Ἀλλὰ τί μου κραδίη πάλι πάλλεται, ἠδέ γε θυμὸς
Τυπτόμενος μάστιγι βιάζεται ἔνδοθεν αὐδὴν
Ἀγγέλλειν πᾶσιν; Αὐτὰρ πάλι πάντ' ἀγορεύσω,
Ὅσσα Θεὸς κέλεται μ' ἀγορευέμεν ἀνθρώποισιν.
Ἄνθρωποι, θεόπλαστον ἔχοντες ἐν εἰκόνι μορφὴν,
Τίπτε μάτην πλάζεσθε, καὶ οὐκ εὐθεῖαν ἀταρπὸν
Βαίνετε, ἀθανάτου κτίστου μεμνημένοι αἰεί;
Εἷς Θεός ἐστι μόναρχος, ἀθέσφατος, αἰθέρι ναίων,
Αὐτοφυὴς, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα.
Ὃν χείρ γ' οὐκ ἐποίησε λιθοξόος, οὐδ' ἀπὸ χρυσοῦ

Tit. Codex R. statim post epilogum iambicum præcedenti libro additum, uno quasi tenore pergit: Ὑψιβρεμέτα μάκαρ κ. τ. λ. et idem in margine habet λόγος τρίτος. Codd. L. et Florentinus post epilogum verba inserunt quæ in editis quoque leguntur: Πάλιν ἐν τῷ τρίτῳ αὐτῆς τόμῳ τάδε φησίν, Ὑψιβρεμέτα, κ. τ. λ. Sed in edd. post τάδε φησίν, adduntur verba, ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου περὶ Θεοῦ, quæ ex margine in aream male irrepserunt, uti nos in Excursu V aperte demonstrabimus. Præterea Cast. et Ops. hujus libri versus 62 primos ad secundum librum retulerunt, contra principis editionis et omnium codicum fidem. Sed nos de his quoque plura in Excursu V, ubi cum Bleekio asserere conabimur initia hæc tertii libri ab eadem manu profecta esse qua primum secundumque librum.

1. Pr. cum A. Ὑψιβρεμέτα μάκαρ οὐράνιε, ὃς ἔχεις. R. L. item, nisi quod οὐράνι' elidunt. Mutavit Cast. inversis verbis, favente Florentino codice. Deinde ubi edd. τὸ Χερουβίμ, R. L. τὰ χ. melius multo; sic enim Psalm. 79, v. 2, et 98, v. 1: Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβίμ, et ipsa Hebraici nominis forma pluralis est. Sed non sinit ab edita lectione discedi sequens vox ἱδρυμένον: nec est sine exemplo τὸ χερουβίμ, ut apud Ezech.

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER TERTIUS.

Altitonans, felix, cujus cæleste Cherubim
Circumstant solium, me, quæso, haud falsa locutam,
Paulisper recrea : nam pectora lassa fatiscunt.
Sed quid mens iterum quatitur mihi, quidve flagello
Icta novo, rursus prorumpere cogitur, omnes
Ut doceat gentes! Rursus jam cuncta profabor,
Quæ Deus edici mandat mortalibus ægris.
   O homines, impressa Dei quos signat imago,
Cur temere erratis? Quidni per recta viarum
Vaditis, æterni dociles meminisse parentis?
Unus et omnipotens Deus est, qui regnat in arce
Ætherea, de se genitus, nullique videndus,
Cuncta videns; quem non saxo manus ulla, nec auro

cap. 28, v. 16 : Καὶ ἤγαγέ σε τὸ χερουβίμ. Invenitur quoque, et quidem sæpius ὁ χερουβίμ, etsi verior forma est ὁ χερούβ. In plurali χερουβίμ tribus gaudere generibus certum est.

2. R. L. λίτομαί σε παναληθέα, nisi quod L. calami lapsu παληθέα.

3. Παῦσον βαιόν με, repetitum est ex libri præcedentis versu pæne ultimo, tertiumque librum cum secundo pæne continuat, quo facilius editoribus ignoscendum, utrumque conjungentibus: confer supra, not. ad tit. Male R. L. π. β. μὴ κέκμηκα (R. κέκληκα) ἔνδοθι ἦτορ, omisso γάρ.

4. R. L. κραδίη τ' αὖ πάλλεται. Edd. ut nos. An melius πάλιν ἄλλεται? Initio quoque μοι magis placeret quam μου.

5. R. L. μάστιξι. Deinde Pr. post βιάζεται addit δέ. A. βιάζεται δὲ ἔνδοθι αὐδήν.

8. Inde ad versum 36 color idem est sententiarum et orationis quem supra vidimus in Procemio, quod e Theophilo desumptum Sibyllinis præfigi solet. Imo Procemii veram hic habes epitomen, quam ipsius loco huc inserendam putavit librorum sibyllinorum ordinator. Rursus adi Excursum nostrum.

9. Cfr. Procem. v. 23, sqq.

10. Pro βαίνετε, R. L. βαδίζετ'.

11. Cfr. Procem. v. 6, sqq.

Τέχνης ἀνθρώπου φαίνει τύπος, οὐδ' ἐλέφαντος·
Ἀλλ' αὐτὸς ἀνέδειξεν αἰώνιον αὐτὸς ἑαυτόν,
Ὄντα τε, καὶ πρὶν ἐόντα, ἀτὰρ πάλι καὶ μετέπειτα.
Τίς γὰρ θνητὸς ἐὼν κατιδεῖν δύναται Θεὸν ὄσσοις;
Ἢ τίς χωρήσει κἂν τοὔνομα μοῦνον ἀκοῦσαι
Οὐρανίου μεγάλοιο Θεοῦ, κόσμον κρατέοντος;
Ὃς λόγῳ ἔκτισε πάντα, καὶ οὐρανὸν, ἠδὲ θάλασσαν,
Ἠέλιόν τ' ἀκάμαντα, σελήνην τε πλήθουσαν,
Ἄστρα τε λαμπετόωντα, κραταιὰν μητέρα Τηθὺν,
Πηγὰς καὶ ποταμοὺς, πῦρ ἄφθιτον, ἤματα, νύκτας.
Αὐτὸς δὴ Θεός ἐσθ' ὁ πλάσας τετραγράμματον Ἀδὰμ,
Τὸν πρῶτον πλασθέντα, και οὔνομα πληρώσαντα
Ἀντολίην τε δύσιν τε μεσημβρίαν τε καὶ ἄρκτον.
Αὐτὸς ὃς ἐστήριξε τύπον μορφὴν μερόπων τε,
Καὶ θῆρας ποίησε καὶ ἑρπετὰ καὶ πετεεινά.
Οὐ σέβετ', οὐδὲ φοβεῖσθε Θεὸν, ματαίως δὲ πλανᾶσθε
Προσκυνέοντες ὄφεις τε, καὶ αἰλούροισι θύοντες,
Εἰδώλοις τ' ἄλλοις, λιθίνοις θ' ἱδρύμασι φωτῶν,
Καὶ ναοῖς ἀθέοισι καθεζόμενοι πρὸ θυράων ,
Τηρεῖτε τὸν ἐόντα Θεὸν, ὃς πάντα φυλάσσει,
Τερπόμενοι καλότητι λίθων, κρίσιν ἐκλαθέοντες

15. Edd. αἰῶνος. R. L. αἰώνιον, ut nos. Melius fortasse αἰώνιος.

17. R. L. ἰδεῖν, non κατιδεῖν. Confer Proœm. v. 10, sq.

19. R. L. οὐρανίοιο et κρατέοντος.

20. Cfr. Proœm. v. 44, sqq. Quod autem λόγῳ addidit, plane concordat cum libri I, v. 19: Αὐτὸς ταῦτ' ἐποίησε λόγῳ.

22. Post ἄστρα, Pr. τε non habet, quod in ceteris edd. et codd. legitur. Deinde edd. τιθήν, A. τιθύν, ubi nos cum R. L. τηθύν. Respexit auctor ad Homerum, Iliad. ξ, v. 201 et 302, μητέρα Τηθύν vocantem, quam *Tellurem matrem* intelligunt scholiastæ.

23. Post πηγάς, Pr. καὶ non habet.

24. Simile aliquid citat ex Oraculo quodam Justinus, Cohort. ad Gr. sub finem: Ὅτι πρῶτον πλάσας μερόπων, Ἀδὰμ δὲ καλέσσας; ubi legendum videtur: Ὃν πρῶτον ἔπλασας μερόπων, Ἀδὰμ δ' ἐκάλεσσας.

26. Utitur non semel hoc versu Sibylla, ut lib. II, v. 195, et VIII, v. 317; nunc vero cum puerili quodam acrostichidis lusu, cujus præparandi causa, v. 24, τετραγράμματον Ἀδάμ vocaverat, quatuor nominis hujus literas ad totidem mundi partes referens. Sed eamdem argutiam monet Fabricius apud Augustinum quoque, Tract. IX et X in Johann. aliosque Ecclesiæ patres reperiri. Occurrit in fragmento Severiani Gabalorum episcopi sub quarti sæculi finem scribentis, inter Anecdota Parisiensia doctissimi et nobis amicissimi viri J. A. Cramer, edita nuper Oxonii, tom. II, p. 366, sq. Nec alio referendum quod Pseudo-Democritus in Geopon. lib. XIV, cap. 5, serpentes a columbario fugari docet, si quatuor ædificii angulis inscribatur nomen ΑΔΑΜ.

27. Pr. αὐτὸς ὃς ἐστήριξε μορφὴν τύπον μερόπων τε. A. αὐτὸς ὃς στήριξεν μορφὴν

Argentove hominum finxit labor, aut elephanto:
Ipse sed immenso se protulit unus ab ævo,
Ipse est, ipse fuit semper, semperque futurus.
Ecquis enim possit mortali lumine visum
Ferre Dei! vel quis nomen ferat auribus ipsum
Æterni magnique Dei mundumque regentis?
Omnia qui dicto fecit, cælum, æquora ponti,
Solem indefessum, lunam, stellasque micantes,
Et terram, rerum magnam validamque parentem,
Fontes et fluvios, ignem, noctesque, diesque.
Ipse etiam finxit manibus tetragrammaton Adam,
Impositum civem terris, qui nomine solo
Occasus ortusque refert boreamque notumque.
Ipse hominis vultum et speciem formavit honestam,
Ipse feras fecit, serpentes atque volucres.
Quem vos non colitis, sed, pravo errore subacti,
Felibus et colubris offertis inania sacra,
Atque aliis temere signis, hominumque figuris,
Ante ædes proni vacuas, et templa colentes
Orba Deo (colite, ah! solum, qui cuncta tuetur),
Gaudentes specie lapidum, nec adesse putantes

τύπον τε μερόπων τε. Versum depravatum Castalio ita refecit: αὐτὸς στήριξεν μερόπων μορφήν τε τύπον τε, sed audaci, et, ut credimus, inani conjectura: nam verior videtur nostra, id est codicum R. L. lectio, etsi τε in fine versus redundat, vitio in Sibyllinis ferendo. Nec multum discrepat ea lectio ab ed. Pr. et talem fere habet Lactantius, lib. II, cap. 12, hunc versum cum duobus aliis qui hic non exstant proferens. Tres illos in Prooemio Sibyllino, ubi nunc lacuna est, locum olim suum habuisse et jam supra indicavimus, et infra ad fragm. 2, sed plenius in Excursu V demonstrabimus.

28. Edd. cum R. L. πετεηνά. A. πετεεινά, ut nos.

29. Pr. hoc versu caret. Restituit Cast. ex Antimachi codice. R. L. ὃν οὐ σέβεσθ' οὐδὲ φ. Confer Procem. v. 3.

30. A. initio καί addit. R. L. προσκυνοῦντες ὄφεις δὲ αἰλ. Cfr. Procem. v. 64, sqq.

31. R. L. εἰδώλοις ἄλλοις τε λιθίνοις καὶ ἱδρ.

33. Cfr. Procem. v. 15. Sed rumpit hic versus sententiarum ordinem, delendus fortasse, vel parenthesi includendus, vel aliter incipiendus, Οὐ τηρεῖτε τὸν ὄντα Θεόν, quo melius cum præcedentibus coalescat: nisi forte τηρεῖτε vertendum sit *manetis*, *secure exspectatis*, idem nempe quod μένετε, ut lib. V, v. 75: Κακοὶ κακότητα μένοντες, sed parum græce, ut videtur; ac nisi fallimur, præstat negationem addi.

34. Edd. et codd. κακότητι: sed jubebat sensus καλότητι, quod, etsi insolens et subbarbarum, non fuit tamen apud antiquos sine exemplo: confer Plutarch. de Virt. mor. t. VII, p. 735, ed Reiske, et Lobeck. ad Phryn. p. 350.

Ἀθανάτου σωτῆρος, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν.
Αἲ γένος αἱμοχαρὲς, δόλιον, κακὸν, ἀσεϐέων τε,
Ψευδῶν, διγλώσσων ἀνθρώπων, καὶ κακοηθῶν,
Λεκτροκλόπων, εἰδωλολατρῶν, δόλια φρονεόντων,
Οἷς κακὸς ἐν στέρνοισιν ἔνι μεμανημένος οἶστρος,
Αὑτοῖς ἁρπάζοντες, ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες.
Οὐδεὶς γὰρ πλουτῶν καὶ ἔχων ἄλλῳ μεταδώσει,
Ἀλλ᾽ ἔσεται κακίη δεινὴ πάντεσσι βροτοῖσι,
Πίστιν δ᾽ οὐ σχήσουσιν ὅλως, χῆραί τε γυναῖκες
Στέρξουσι κρυφίως ἄλλους πολλαὶ διὰ κέρδος,
Κοὐ σπάρτην κατέχουσι βίου ἀνδρῶν γε λαχοῦσαι.
    Αὐτὰρ ἐπεὶ Ῥώμη καὶ Αἰγύπτου βασιλεύσει,
Εἰς ἓν ἰθύνουσα, τότε δὴ βασιλεία μεγίστη
Ἀθανάτου βασιλῆος ἐπ᾽ ἀνθρώποισι φανεῖται.
Ἥξει δ᾽ ἁγνὸς ἄναξ, πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσων
Εἰς αἰῶνας πάντας, ἐπειγομένοιο χρόνοιο.
Καὶ τότε Λατίνων ἀπαραίτητος χόλος ἀνδρῶν,
Τρεῖς Ῥώμην οἰκτρῇ μοίρῃ καταδηλήσονται.
Πάντες δ᾽ ἄνθρωποι μελάθροις ἰδίοισιν ὀλοῦνται,
Ὁππόταν οὐρανόθεν πύρινος ῥεύσῃ καταράκτης.
Οἴ μοι, δειλαίη, πότ᾽ ἐλεύσεται ἦμαρ ἐκεῖνο,
Καὶ κρίσις ἀθανάτοιο Θεοῦ μεγάλου βασιλῆος;
Ἄρτι δέ τοι κτίζεσθε, πόλεις, κοσμεῖσθέ τε πᾶσαι

35. Sic passim libris I et II, ἀθάνατος σωτήρ.

36. R. L. αἲ in principio omittunt; in fine κακῶν τ᾽ ἀσεϐέων τε exhibent.

37. R. L. ψευδῶν ἢ διγλώσσων κακοηθῶν ἀνθρώπων, quod et habent Pr. et A. sed addito καὶ ante κακοηθῶν. Cast. emendavit. Loci sunt haud absimiles, lib. I, v. 175 sqq., et VIII, 184, sqq.

39. Edd. et codd. κακόν, vitium ac medelam monstrante Cast.

40. Αὑτοῖς, leni spiritu, pro αὑτοῖς sive ἑαυτοῖς, more Sibyllino. De sensu, confer annotata ad lib. I, v. 176.

41. Abest γάρ e codd.

45. Edd. cum A. οὐ σπάρτην κατέχουσαι τοῦ βίου ἀνδρῶν αἱ λαχοῦσαι, nec aliter R. L. nisi quod R. κατεχούσας habet, L. κατεχοῦσας, et uterque βίου sine articulo. Facilem medelam præsenserat Ops. Est enim σπάρτην κατέχειν βίου *rectam vitæ servare normam*, metaphora ducta a fabrorum funiculo qui Græce σπάρτος et σπάρτη, sæpius tamen στάθμη dicitur. In fine αἱ et γε sono vix differunt, et γε sententiarum tenori convenit.

47. Edd. εἰς ἓν διθύνουσα. An pro διιθύνουσα? Placet Gfrörero, de Philone, tom. II, p. 134, δηθύνουσα, id est *longum prorogans imperium*, non male, nisi et sic redundaret in medio versu syllaba. Sed R. L. diserte ἰθύνουσα, quod nobis placet, amante Sibylla verbum ἰθύνω, *dominandi* sensu. Quum tamen in hoc verbo primam corripi ne Sibyllæ quidem usus ferat, legendum videtur

Illum, qui veniet judex æternus, et idem
Servator, cælum qui telluremque creavit.
Heu! mala gens hominum, gens impia, vafra, bilinguis,
Sanguine, adulteriis, et cultu læta nefando,
Quos omnes stimulis urget vesana cupido
Quemque sibi rapere, et nullum servare pudorem.
Nam locuples inopi non partem impertiet ullam;
Humanum sed erit prorsus genus omne scelestum.
Nusquam sancta fides: urgente cupidine lucri,
Excipient viduæ seros clam vulgus amantes,
Uxoresque sacri violabunt fœdera lecti.
Roma sed Ægypto postquam dominabitur, unum
In populos molita jugum, tum sancta per omnes
Exsurget populos magni dominatio regis.
Castus enim princeps, qua tellus cumque patescit,
Sceptra per omne geret, sæclis properantibus, ævum.
Tunc Romanorum chorus implacabilis, atrox,
Tres Romam infando partiti fœdere perdent.
Ast hominum genus omne intra sua quisque peribunt
Tecta, ruet celso quum flammeus æthere torrens.
Me miseram! quando adveniet lux illa, supremi
Judicium visura Dei magnumque tribunal?
Vos urbes, quid adhuc ornatis mœnia templis,

εἰς ἕν γ' ἰθύνουσα, τότ' αὖ (vel τότ' ἄρ) βασιλεία. In βασιλεία, propter ultimam male correptam, scribendum esset βασιλεῖα, si liceret.

49. De Christi nativitate hæc dicta puta, sicut Cast. in marg. annotavit, πέρὶ τοῦ Χριστοῦ, quamvis Gfrörerus, l. c. de Judæorum Messia interpretetur.

51. Edd. et L. χόλος, ut nos A. R. χορός, quod melius sane, nisi lib. VIII, v. 93, consimili versu, χόλος legeretur. Et stare potest χόλος, si suppleatur ἔσται. Nec vero de Triumviris hoc scriptum est, uti Gfrörero aliisque visum, sed de tribus Antoninis, Pio scilicet, M. Aurelio et L. Vero, de quibus non semel apud Sibyllam canitur, τρεῖς ἄρξουσιν, ut lib. V, v. 51, etc. Ceterum fatendum est nimis decurtata esse hæc omnia, properante scriptore ad mundi finem extremumque judicium.

52. R. L. τρίς, non τρεῖς.

54. R. ῥεύσει. De re confer infra, v. 84, sqq. et lib. II, v. 196, sqq.

55. Sic lib. II, v. 349: Αἲ αἴ, ἐγὼ δειλή.

57. Cast. et Ops. nescimus qua auctoritate, ἄρτι δὲ τί, interrogandi sensu. Pr. et R. L. a nobis stant. Notat Ops. alludi fortasse ad Domitiani tempora, quibus aureæ et argenteæ statuæ principi illi ponebantur; ipse autem foro transitorio, Iseo, Serapeo, Stadio urbem decorabat. Sed et sub Antoninis, in tanta imperii Romani pace et felicitate, facile hæc scribi potuerunt. Atqui sumpta sunt e libro VIII, v. 123, sq. ubi notas confer.

Ναοῖς καὶ σταδίοις, ἀγοραῖς, χρυσοῖς ξοάνοις τε,
Ἀργυρέοις, λιθίνοις τε, ἵν' ἔλθητ' εἰς πικρὸν ἦμαρ.
Ἥξει γὰρ ὁπόταν θείου διαβήσεται ὀδμὴ
Πᾶσιν ἐν ἀνθρώποισιν. Ἀτὰρ τὰ ἕκαστ' ἀγορεσω,
Ὅσσαις ἐν πόλεσι μέροπες κακότητα φέρουσιν.
. . . .
Ἐκ δὲ Σεβαστηνῶν ἥξει Βελίαρ μετόπισθεν,
Καὶ στήσει ὀρέων ὕψος, στήσει δὲ θάλασσαν,
Ἠέλιον πυρόεντα μέγαν, λαμπράν τε σελήνην,
Καὶ νέκυας στήσει, καὶ σήματα πολλὰ ποιήσει
Ἀνθρώποις· ἀλλ' οὐχὶ τελεσφόρα ἔσσετ' ἐν αὐτῷ,
Ἀλλὰ πλάνα· καὶ δὴ μέροπας πολλούς τε πλανήσει,
Πιστούς τ' ἐκλεκτούς θ' Ἑβραίους, ἀνόμους τε καὶ ἄλλους
Ἀνέρας, οἵτινες οὔπω Θεοῦ λόγον εἰσήκουσαν.
Ἀλλ' ὁπόταν μεγάλοιο Θεοῦ πελάσωσιν ἀπειλαὶ,
Καὶ δύναμις φλογέουσα δι' οἴδματος εἰς γαῖαν ἥξει,
Καὶ Βελίαρ φλέξει καὶ ὑπερφιάλους ἀνθρώπους
Πάντας, ὅσοι τούτῳ πίστιν ἐνεποιήσαντο,
Καὶ τότε δὴ κόσμος ὑπὸ ταῖς παλάμῃσι γυναικὸς
Ἔσσεται ἀρχόμενος καὶ πειθόμενος περὶ παντός.
Ἔνθ' ὁπόταν κόσμου παντὸς χήρη βασιλεύσῃ,
Καὶ ῥίψῃ χρυσόν τε καὶ ἄργυρον εἰς ἅλα δῖαν,
Καὶ χαλκόν τε σίδηρον ἐφημερίων ἀνθρώπων

58. R. L. χρυσοῖς τε ξοάνοις.

61. Cast. et Ops. ἀνθρώποις αὐτάρ. R. L. ἀνθρώποις ἀτάρ. Pr. et A. ut nos.

62. Edd. πόλεσιν. R. L. πόλεσι, recte. Post hunc versum lacuna indicatur in edd. et in A. his verbis: Μετὰ τάδε προβαίνουσα τοῖς λόγοις, περὶ τοῦ ἀπατεῶνος δαίμονος τοῦ Ἀντιχρίστου φησὶν ὧδέ πη, (A. πη non habet), Ἐκ δὲ Σεβαστ. κ. τ. λ. In codice R. lacuna nulla apparet. In L. nulla, nisi quod sequentis versus initium litera majore et rubricata insignitum est. Mirum igitur quod Cast. et sqq. edd. finem secundi libri et tertii initium ab hoc loco fecerunt. Confer annotata ad ipsum hujus libri titulum.

63. R. L. δέ post ἐκ non habent. Iidem βελίαρ, ut nos, non ut edd. Βελίας: confer lib. II, v. 167, ibique notam. Quod vero ἐκ Σεβαστηνῶν oriturus canitur Antichristus, intellige tanquam ἐκ Σεβαστῶν, id est e Romanis imperatoribus, vel fortasse post illos, sed ex illis potius. Nam de Nerone Antichristo tam crebra fit apud Sibyllam mentio, ut hic quoque ejus memoria sponte succurrat. Et diserte scholion ad Apocal. cap. 17, v. 9, in Catena Crameri, t. II, p. 556: Οὐ γὰρ ἐξ ἄλλου ἔθνους, ἀλλὰ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐπὶ ἀπωλείᾳ τῶν αὐτῷ πειθομένων ἐλεύσεται. Speciosa magis quam vera est viri docti conjectura apud Ops. h. l. Σεβαστηνούς interpretantis *Samaritanos*, quemadmodum apud Stephanum de Urbibus: Σεβαστηνὸς, ἀπὸ τῆς Σεβαστῆς τῆς Σαμαρείας πόλεως. De Samaria enim Antichristi patria nihil scriptum ab antiquis meminimus, quum e tribu Dan oriturus vulgo crederetur ab iis qui Hebraïcam illi originem assignabant: ad Si-

Circis, atque foris, et sculptis marmore signis
Argentove aurove, diem ut subeatis atrocem?
Nam veniet, veniet, subito quum sulphuris omnes
Terrigenas afflabit odor. Nunc singula pandam
Quæ mala sint homines passuri, quasque per urbes.
. . . .
Hinc Augustorum veniet de semine dirus
In terras Belial, qui montes altaque sistet
Æquora, et ignitum solem, lunamque nitentem.
Defunctos etiam sistet, mirandaque signa
Terrigenis spectanda dabit, non conscia veri
Signa, sed erroris : multos quippe auferet error
Hebræos olim fidos, multosque carentes
Lege homines, quibus est nondum exaudita Dei vox.
Sed quando æterni prædicta minacia regis
Evenient, pendensque diu superingruet ira,
Flamma vorax ipsum Belial, sociosque superbos
Exuret, junctos illi per fœdera reges.
Tum vero sceptris muliebribus omnis ubique
Parebit mundus, legemque agnoscet herilem.
Ut vero immensum vidua imperiosa per orbem
Humani generis gazas ubicumque repostas,
Aurum atque argentum, ferrum atque æs omne profundos

monem Samaritanum hic respici nequit.

64. Duplicem, imo triplicem in his versibus significationem verbi στήσει notavit Gfrörerus. De Antichristi miraculis jam dictum erat, lib. II, v. 167.

65. Bis legitur apud Hesiod. Theog. v. 18 et 371.

66. L. ποήσει.

67. R. L. ἀλλ' οὐ τελεσφόρα.

68. Pr. et Cast. ἀλλὰ πλανᾶ καὶ δὴ μέροπας πολλοὺς πλανήσει. R. L. ἀλλὰ πλανᾶ (L. πλανά) καὶ δὴ μέροπάς τε καὶ πολλοὺς πλ. Bene Ops. πλάνα, sicut infra, v. 229. Cetera nos e conj. correximus.

69. Pr. et Cast. τ', non θ' habent. A. hæsitavit. Ops. et R. L. literam asperant. Recurrit prius hemistichium non semel apud Sibyllam, ut lib. II, v. 169, 175, aliasque.

70. R. L. et Gallæi codex, ἀνέρας οἵτινες οὔποθ' ὅλως? θεοῦ λόγου (L. λόγον) εἰσήκουσαν (R. ἐσήκουσαν) : non contemnenda lectione, si vel ἀνέρας deleatur, et θείου λόγου scribatur, vel manentibus ἀνέρας et θεοῦ, omittatur λόγου sive λόγον. Certe in edd. ægre incedit versus.

72. In A. superscribitur ἥξῃ.

73. Edd. Βελίαρ. R. L. ut nos.

74. R. ἐνιποιήσαντο, sine augm. L. ἐνιποήσαντο.

75. R. L. ταῖς non habent. Quid si deleatur, hiante post hemistichium versu, sicut sæpe apud Sibyllam? confer lib. I, v. 135. Legi etiam possit, καὶ τότε δὴ πᾶς κ. ὑπὸ π. γ. De mulieris imperio, confer lib. VIII, v. 199, sqq. et Excursum nostrum V.

77. Edd. et codd. ἦν δ' ὁπόταν.

79. Edd. ἐφημερίων τ' ἀνθρ. R. L. τ' omittunt.

Εἰς πόντον ῥίψῃ, τότε δὴ στοιχεῖα πρόπαντα
Χηρεύσει κόσμου, ὁπόταν Θεὸς αἰθέρι ναίων
Οὐρανὸν εἱλήσῃ, καθάπερ βιβλίον εἱλεῖται·
Καὶ πέσεται πολύμορφος ὅλος πόλος ἐν χθονὶ δίᾳ
Καὶ πελάγει· ῥεύσει δὲ πυρὸς μαλεροῦ καταράκτης
Ἀκάματος, φλέξει δὲ γαῖαν, φλέξει δὲ θάλασσαν,
Καὶ πόλον οὐράνιον, καὶ ἤματα, καὶ κτίσιν αὐτὴν
Εἰς ἓν χωνεύσει καὶ εἰς καθαρὸν διαλέξει.
Κοὐκέτι φωστήρων σφαιρώματα καγχαλόωντα,
Οὐ νὺξ, οὐκ ἠὼς, οὐκ ἤματα πολλὰ μερίμνης,
Οὐκ ἔαρ, οὐχὶ θέρος, οὐ χειμὼν, οὐ μετόπωρον.
Καὶ τότε δὴ μεγάλοιο Θεοῦ κρίσις εἰς μέσον ἥξει
Αἰῶνος μεγάλοιο, ὅταν τάδε πάντα γένηται

. . . .

Ὦ ὢ δὴ πλωτῶν ὑδάτων, καὶ χέρσου ἁπάσης,
Ἠελίου ἀνιόντος, ὅπου δὴ καὶ πάλι δύνει,
Πάνθ' ὑπακούσονται κόσμον πάλιν εἰσανιόντι,
Τοὔνεκ' ἄρ' αὐτὸς πρῶτος ἐπέγνωκε κράτος αὐτοῦ.

* *

Ἀλλ' ὁπόταν μεγάλοιο Θεοῦ τελέωνται ἀπειλαὶ,

81. Edd. κόσμῳ. R. L. κόσμου, et sic lib. II, v. 206, lib. VIII, v. 337, locis consimilibus. Quod autem putat Gfrörerus lusisse poetam in vocibus χήρη, supra v. 77, et nunc χηρεύσει, hoc dubium nobis videtur.

82. Edd. εἱλίσσει. R. L. εἱλίσῃ. Nos correximus. Prima pars versus recurret lib. VIII, v. 233 et 413.

83. Edd. πεσσεῖτε sine καί. R. L. καὶ πεσεῖται καὶ πολ. Deinde R. ὅλως.

84. Cfr. supra, v. 54, et lib. II, v. 196 sqq.

87. Legitur lib. II, v. 213, et VIII, v. 414.

88. Melius παμφανόωντα.

89, 90. Confer lib. I, v. 327, ac præsertim, unde hæc ducta sunt, lib. VIII, v. 425.

92. Sic infra, v. 570: Μέχρι πάντα γένηται, et Matth. cap. V, v. 18: Ἕως ἂν πάντα γένηται, notante Gfrörero utrumque locum.

93. Lacuna ante hunc versum in edd. monstratur his tantum verbis: Λείπει ἡ ἀρχή. Et sic fere A. λείπουσι στίχοι. Codex L. paulo pluribus: Ἐνταῦθα ζήτει τὰ λείποντα ἀπὸ τοῦ δευτέρου λόγου καὶ τὴν ἀρχὴν (barbare pro τῆς ἀρχῆς) τοῦ τρίτου, ut nempe quæ hic desiderantur de extremo judicio, quærantur e lib. II, v. 196, sqq. et III, v. 48, sqq. 60, sqq. In codice R. nulla lacunæ nota. Quæ vero sequuntur, cum iis quæ præcesserunt, etsi nunc lacuna separantur, olim per intermedios aliquot versus conjuncta recte fuisse, docet sententiarum ordo: nam post debellatum Antichristum regnaturus in terris Christus, millenariorum errore olim apud Christianos communi, exspectabatur. Ipsius autem versus lectio incerta est. Nam R. L. ὢ non geminant; geminant edd. sine sensu. Legendum videtur, ᾧ δὴ καὶ πλωτῶν, κ. τ. λ. et hæc ad Messiam referenda, sicut e seqq. apparet.

Jecerit in fluctus : tum mundi elementa jacebunt
Dissociata, Deus postquam, super æthera regnans,
Cælum instar libri convolverit, et ruet ingens
In terras pontumque polus, flammantibus astris.
Tunc indefessi cataracta novissimus ignis
Ingruet, et terram flammis abolebit, et æquor,
Et cælum, atque diem; simul et quodcumque creatum est,
Fornace ardenti massam purgabit in unam.
Nec jam clara polo radiabunt lumina : non nox,
Non vigilans aurora, diesve exercita curis
Succedent; non ver, æstas, autumnus, hiemsve.
Tum demum veniet supremi judicis hora,
Et magnum, postquam fuerint hæc omnia, sæclum.

. . . .

O pelagi fluctus, o terræ immane patentes,
Qua sol exoriens, qua labens aspicit orbem!
Omnia parebunt in mundum rursus eunti :
Quippe suas potuit primus cognoscere vires.

* *

Sed quum certa minas implerint fata severas,

95. Edd. εἰς ἀνιόντι. R. L. εἰς ἀνιόντος. Sed Pithœi et Ranconeti codd. editorum lectioni favent, cui proxima est nostra. Sensum indicavit Ranconeti codex in margine: Τῷ ἀνιόντι πάλιν εἰς τὸν κόσμον, nempe Christo rursus in terras adventuro : confer not. pr.

96. R. L. τὸ κράτος. In fine αὐτοῦ Sibyllinum est pro αὐτοῦ vel ἑαυτοῦ. Post hunc versum lacuna nullo ante nos signo indicabatur.

97. Hic incipit pars hujus libri et omnium Sibyllinorum vetustissima, de cujus ætate et origine plura disseremus in Excursu V. Nunc satis sit dictum, reliqua hujus libri, omnia in Ægypto judaica manu, et, si ducentos fere versus excipias (295-490), sub Ptolemæo Philometore videri scripta, unde apud antiquissimos Ecclesiæ Patres laudata reperiuntur. Jam ab initio duodecim primores versus, duobus tantum omissis, citat Theophilus ad Autolyc. lib. II, p. 370, ed. Paris. 1742, et ex iis nonnullos Athenagoras. Respexerat ad eosdem Josephus, Antiq. I, cap. 6, ubi ait : Περὶ δὲ τοῦ πύργου τούτου καὶ τῆς ἀλλοφωνίας τῶν ἀνθρώπων μέμνηται καὶ Σίβυλλα λέγουσα οὕτως, Πάντων ὁμοφώνων ὄντων τῶν ἀνθρώπων, πύργον ᾠκοδόμησάν τινες ὑψηλότατον, ὡς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναβησόμενοι δι' αὐτοῦ. Οἱ δὲ θεοὶ ἀνέμους ἐπιπέμψαντες ἀνέτρεψαν τὸν πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν ἔδωκαν, καὶ διὰ τοῦτο Βαβυλῶνα συνέβη κληθῆναι τὴν πόλιν. Sed et Eupolemus ex Alexandri Polyhistoris fide citatus ab Eusebio, Præp. Ev. IX, cap. 17, eadem fere tradiderat, et Abydenus apud eumdem Eusebium, cap. 14, cujus hæc verba sunt : Ἐντὶ δ' οἳ λέγουσι τοὺς πρώτους ἐκ γῆς ἀνασχόντας, ῥώμῃ τε καὶ μεγέθει χαυνωθέντας, καὶ δὴ θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι, τύρσιν ἠλίβατον ἀείρειν, ἵνα νῦν Βαβυλών ἐστιν· ἤδη τε ἆσσον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ· καὶ τοὺς ἀνέμους, θε-

Ἅς ποτ' ἐπηπείλησε βροτοῖς, οἳ πύργον ἔτευξαν
Χώρῃ ἐν Ἀσσυρίῃ (ὁμόφωνοι δ' ἦσαν ἅπαντες,
Καὶ βούλοντ' ἀναβῆναι ἐς οὐρανὸν ἀστερόεντα)·
Αὐτίκα δ' ἀθάνατος μεγάλην ἐπέθηκεν ἀνάγκην
Πνεύμασιν· αὐτὰρ ἔπειτ' ἄνεμοι μέγαν ὕψοθι πύργον
Ῥίψαν, καὶ θνητοῖσιν ἐπ' ἀλλήλους ἔριν ὦρσαν·
Τοὔνεκά τοι Βαβυλῶνα βροτοὶ πόλει οὔνομ' ἔθεντο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πύργος τ' ἔπεσε, γλῶσσαί τ' ἀνθρώπων
Παντοδαπαῖς φωναῖσι διέστρεφον, αὐτὰρ ἅπασα
Γαῖα βροτῶν πληροῦτο, μεριζομένων βασιλήων.
Καὶ τότε δὴ δεκάτη γενεὴ μερόπων ἀνθρώπων,
Ἐξ οὗπερ κατακλυσμὸς ἐπὶ προτέρους γένετ' ἄνδρας.
Καὶ βασίλευσε Κρόνος, καὶ Τιτὰν, Ἰαπετός τε,
Γαίης τέκνα φέριστα καὶ Οὐρανοῦ ἐξεκάλεσσαν
Ἄνθρωποι, γαίης τε καὶ οὐρανοῦ οὔνομα θέντες,
Οὕνεκα οἱ προφέριστοι ἔσαν μερόπων ἀνθρώπων.
Τρισσαὶ δὴ μερίδες γαίης κατὰ κλῆρον ἑκάστου,
Καὶ βασίλευσεν ἕκαστος ἔχων μέρος, οὐδ' ἐμάχοντο·
Ὅρκοι γάρ τ' ἐγένοντο πατρὸς, μερίδες τε δίκαιαι.
Τηνίκα δὴ πατρὸς τέλεος χρόνος ἵκετο γήρως,

οἷσι βωθέοντας, ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι τὸ μηχάνημα· τοῦ δῆτα ἐρείπια λέγεσθαι Βαβυλῶνα· τέως δὲ ὄντας ὁμογλώσσους ἐκ θεῶν πολύθρα (lege πολύθροον vel fortasse πολύθροα) φωνὴν ἐνείκασθαι. Μετὰ δὲ, Κρόνῳ τε καὶ Τιτᾶνι συστῆναι πόλεμον. Quæ quidem e Sibyllinis desumpta potius videntur quam ex iis Sibyllina, quod parum verisimile sit Sibyllistam, hominem Judæum, sacras suæ gentis historias a Græco fonte petiisse. Et confer infra not. ad v. 121.

98. R. L. ἅς ποτ' ἠπείλησε. Confer Genes. cap. 11, v. 7. Post βροτοῖς legit Theophilus ὅτε pro οἳ, non male.

99. Cfr. Genes. cap. 11, v. 1, sqq.

100. Edd. ἀναβῆν' εἰς. R. L. cum Theophilo, ἀναβῆναι εἰς. Nos correximus.

101. Edd. αὐτίκα ἀθ. R. L. αὐτίκ' ἀθ. Theophilus, αὐτίκα δ' ἀθ. ut nos, qui et supplevit secundum hemistichium μεγάλην ἐπέθηκεν ἀνάγκην, in edd. et codd. omissum.

103. R. ἐπ' ἄλλοις. Fortassis ἐπ' ἀλλήλους legendum. De ventis turrim evertentibus altum in sacra Scriptura silentium ; sed id poeta ex ingenio sive ex antiqua traditione facile addere potuit. Mutuatus est ab illo Abydenus (cfr. supra not. ad v. 97) ; nec multum abludit Eupolemus ille apud Euseb. l. c. quum ait eversam fuisse turrim divina vi, ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας. Confer etiam Celsum apud Origen. lib. IV, cap. 21, Christianis suam τοῦ πύργου κατάῤῥιψιν exprobrantem.

104. Deest apud Theophilum hic versus, quanquam olim ab Abydeno et Josepho lectus, inque omnibus Sibyllæ edd. ac codd. superstes. Cfr. Genes. cap. 11, v. 9, et auctores supra citatos.

105. Deest hic in codice A.

106. Deest hic apud Theophilum qui alterum in ejus locum subrogavit, Εἰς πολλὰς θνητῶν ἐμερίσθησαν διαλέκτους, huc translatum e lib. VIII, v. 5, memoriæ lapsu, ut videtur. Jam vero ab hoc versu rursus procedit codicis B. lectio,

Quas populis Deus increpuit, condentibus altam
Assyrio in campo turrim (lingua omnibus una,
Unus et ardor erat stellatum invadere cælum) :
Tunc immortalis jussum fatale voluntas
Imposuit ventis, ut celsam funditus arcem
Eruerent, simul et cæcas in mutua mentes
Jurgia conjicerent : Babylon hinc nomine dicta.
Ut vero cecidit turris, variumque sonantes
Dispersit linguas hominum discordia, cœpit
Compleri tellus, diversaque surgere regna.
Et tunc incessit decimum mortalibus ævum,
Ex quo diluvio gentes periere priores.
Atque ibi Saturnus, Titan simul, Iapetusque
Regnarunt, cælo quos et Tellure creatos
Dixerunt homines, Cæli Terræque vocantes
Progeniem, quod longe omnes virtute præirent.
Tres illi terræ sortiti fœdere partes,
Quisque suam regnabat habens, certamine nullo.
Obtestatus enim genitor diviserat æquis
Finibus. At postquam senio confectus obivit,

post lacunam supra, ad lib. I, v. 381, memoratam.

108. Hic et quinque seqq. versus laudantur ab Athenagora, Apolog. p. 307, ed. Paris. 1742, sic apud illum incipientes : Δὴ τότε δὴ δεκάτῃ γενεῇ, κ. τ. λ. Ex iisdem Tertullianus, ad Nation. II, § 12 : « Decima, inquit, genitura hominum ex quo Cataclysmum (leg. Cataclysmus) prioribus accidit, regnavit Saturnus et Titan et Tamfetus (leg. Iapetus vel Iaphetus), Cæli et Terræ fortissimi filii. »

109. R. L. Ἐξ οὗ κατακλ. Athenag. ἐξ οὗ δὴ κατ. Edd. cum B. ἐξ οὗπερ, ut nos. In fine, A. et B. ἀνθρώπους pro ἄνδρας : sed A. γένετ' omisit.

110. B. κἀβασίλευσε. Edd. et B. passim Τιτᾶν scribunt, pro quo rectius R. L. Τιτάν. Hæc et quæ sequuntur desumpta sunt pleraque ex Hesiodi Theogonia, deflexa tamen ad aliquam speciem historicæ veritatis, sive ex ingenio poetæ, sive potius ad Evhemeri commentarios de Historia sacra, ex quorum versione Enniana profert Lactantius lib. I, cap. 14, similem prorsus narrationem, monetque eamdem paucis mutatis apud Sibyllam reperiri, ad nostrum profecto locum respiciens.

111. Athenag. καὶ οὐρανοὺς ἐκάλεσσαν, unde quidam suspicati sunt καὶ οὐρανοῦ οὓς ἐκάλ. Cfr. Hesiod. Theog. v. 154. In codice A. librarius unum versum transcurrit, tres nempe voces, καὶ οὐρανοῦ ὀνομαθέντες (sic ille), in hunc e sequenti referens, omissis intermediis.

112. Athenag. γαῖάν τε καὶ οὐρανόν.

113. Athenag. οἱ πρώτιστοι. Sed προφέριστοι legerat Tertullianus, a quo vocantur isti, loco supra cit., « Cæli et Terræ fortissimi filii. » De hujus opinionis origine, paulo aliter Minucius Felix in Octavio, § 22, sub finem; aliter Lactantius lib. I, cap. 11.

115. Edd. οὐδὲ μάχοντο. R. L. ut nos.

117. R. L. ἡνίκα, ubi edd. cum B. τηνίκα. Sed B. δέ habet pro δή.

Καί ῥ' ἔθανεν· καὶ παῖδες, ὑπερβασίην ὅρκοισι
Δεινὴν ποιήσαντες, ἐπ' ἀλλήλους ἔριν ὦρσαν,
Ὃς πάντεσσι βροτοῖσιν, ἔχων βασιληΐδα τιμὴν,
Ἄρξει· καὶ μαχέσαντο Κρόνος Τιτάν τε πρὸς αὐτούς.
Τοὺς δὲ Ῥέη, καὶ Γαῖα, φιλοστέφανος τ' Ἀφροδίτη,
Δημήτηρ τε, καὶ Ἑστίη, εὐπλόκαμός τε Διώνη,
Ἤγαγον ἐς φιλίην, συναγείρασαι βασιλῆας
Πάντας, ἀδελφειούς τε, συναίμους τ', ἠὲ καὶ ἄλλους
Ἀνθρώπους, οἵ τ' ἦσαν ἀφ' αἵματος ἠδὲ τοκήων·
Καί ῥ' ἔκριναν βασιλῆα Κρόνον πάντων βασιλεύειν,
Οὕνεκά τοι πρέσβιστός τ' ἦν γε καὶ εἶδος ἄριστος.
Ὅρκους δ' αὖτε Κρόνῳ μεγάλους Τιτὰν ἐπέθηκε,
Μὴ θρέψ' ἄρσενα καὶ παίδων γένος, ὡς βασιλεύσῃ
Αὐτὸς, ὅταν γῆράς τε Κρόνῳ καὶ μοῖρα πέληται.
Ὁππότε κεν δὲ Ῥέη τίκτεν, παρὰ τήνδ' ἐκάθηντο
Τιτῆνες, καὶ τέκνα διέσπων ἄῤῥενα πάντα,
Θήλεα δὲ ζῶντ' εἴων οἱ παρὰ μητρὶ τρέφεσθαι.
Ἀλλ' ὅτε τῇ τριτάτῃ γενεῇ τέκε πότνια Ῥείη,
Τίχθ' Ἥρην πρώτην· καὶ ἐπεὶ ἴδον ὀφθαλμοῖσι
Θῆλυ γένος, ᾤχοντο πρὸς αὐτοὺς ἄγριοι ἄνδρες
Τιτῆνες. Καὶ ἔπειτα Ῥέη τέκεν ἄρσενα παῖδα,
Τὸν ταχέως διέπεμψε, λαθρηϊδίῃ δὲ τρέφεσθαι,
Ἐς Φρυγίην, τρεῖς ἄνδρας ἐνόρκους Κρῆτας ἑλοῦσα·
Τοὔνεκά οἱ Δί' ἐπωνομάσανθ', ὅτι οἱ διεπέμφθη.
Ὡς δ' αὔτως διέπεμψε Ποσειδάωνα λαθραίως.
Τὸ τρίτον αὖ Πλούτωνα Ῥέη τέκε δῖα γυναικῶν,

118. R. L. ἔθανε et ὅρκοις.

120. Hesiod. Theog. v. 462: Ἄλλος ἐπ' ἀθανάτοισιν ἔχῃ βασιληΐδα τιμήν.

121. Correxit Ops. αὐτούς, contra Sibyllæ morem. R. L. ἑαυτούς, contra metrum. Ad hunc Sibyllæ versum respicere patet Abydeni verba, l. c. ad v. 97, ubi statim, post turris eversæ mentionem, addit: Μετὰ δὲ Κρόνῳ τε καὶ Τιτῆνι συστῆναι πόλεμον.

122. Edd. et R. L. τοὺς δ' Ἥρῃ, male, quum nata Juno nondum esset. B. τοὺς δ' ἥρει, pessime. Nos correximus.

123. R. L. δημήτηρ ἑστία τε καὶ εὐπλόκαμος διώνη.

125. R. L. ἀδελφειούς τε συναίμους ἠδὲ καὶ ἄλλους.

128. Edd. et B. ut nos, duro sane et impedito versu. A. πρέσβιστος ἦν γε καί, omisso τ', quod notandum. R. L. γε et καί omittunt. Legendum fortasse πρέσβιστος ἔην καὶ, sine γε.

130. R. L. ἄῤῥενα παίδων, omisso καί. Iidem in fine βασιλεύσῃ, ubi Pr. et Cast. cum B. βασιλεύσει. Correxit Ops.

131. Pr. et Cast. cum B. Pithœique et Ranconeti codd. πέπληται. Ops. cum R. L. πέληται, ut nos.

132. B. ὁππότε κεν ῥέῃ, sine δέ. In fine R. L. τήνδε κάθηντο.

Tum nati immemores fidei jurata resolvunt
Fœdera : fert animus cupide certare, quis inter
Mortales regni solus poteretur honore.
Et jam Saturnus, jam Titan arma ferebant;
Sed Rhea cum Tellure, Venus quoque læta coronis,
Vesta, Ceres, humerisque comas effusa Dione,
Rursus amicitiæ vinxerunt fœdere reges,
Et regum fratres, consanguineosque propinquos,
Et quicumque genus regali a stirpe trahebant.
Saturnum placuit rerum præponere summæ :
Fratribus ille quidem forma præstabat et ævo.
Quem magnis Titan verbis jurare coegit,
Mascula ne sobolis nutriret pignora, ut ipse
Debitus exstincto fratri succederet heres.
Ergo uterum partu quoties Rhea solveret, omnis
Titanum fera gens aderat, discerpere fetus
Certa mares; at femineos servabat alendos.
Tertius ut partus Junonem forte priorem
Ediderat, læti sua quisque in tecta revertunt
Titanes. Sed enim nisu regina secundo
Fetum enixa marem, clam, nec mora, misit alendum
In Phrygiam, quo juratos tres ire ministros
Cum puero jussit : dixerunt hinc Δία Græci
Translatum infantem. Simili mox sustulit arte
Neptunum; simili Plutonem, tertius auras
Qui vidit, spatiante olim genitrice sub alta

133. R. L. πάντα omittunt. Pro ἄῤῥενα placeret ἄρσενα, scribi, ut supra.

134. R. L. οἱ non habent. Edd. cum B. οἷ. Fortasse legendum ᾗ, idest. ἐῇ.

136. Pr. et Cast. cum B. τίκτ' ἥρην, ac deinde εἶδον. Correxit Ops. faventibus R. L.

137. Πρὸς αὐτούς, id est Sibyllino more, πρὸς ἑαυτούς, intellige οἴκαδε.

139. Edd. cum B. λαθρηϊδίην. R. L. λάθρη, ἰδίη δέ. Nos correximus.

140. Jovem non in Phrygiam, sed in Cretam missum, consentiunt auctores, et ipse Lactantius, lib. I, cap. 13. Secutus est Noster traditionem aliquam nunc deperditam, ortam fortasse ex Idæ montis ambiguo nomine : idque cum locis Sibyllinis non male convenit, in quibus falsorum deorum superstitio e Phrygia deducitur; confer lib. V, v. 130, et quæ annotabuntur ad VII, v. 13.

141. An potius τοὔνεκά τοι? Deinde Pr. et R. L. ἐπωνόμασάν θ', ubi Cast. et Ops. ἐπωνομάσαντ', nos rectius ἐπωνομάσανθ', media forma satis quidem insolenti; sed præstat hoc quam vacare copulam. Pro ὅτι οἱ, ubi L. ὅτιοι indivise, an legendum ὁτιή?

Δωδώνην παριοῦσα, ὅθεν ῥέεν ὑγρὰ κέλευθα
Εὐρώτου ποταμοῖο, καὶ εἰς ἅλα μύρατο ὕδωρ
Ἄμμιγα Πηνειῷ, καί μιν στύγιον καλέουσιν.
Ἡνίκα δ' ἤκουσαν Τιτᾶνες παῖδας ἐόντας·
Λάθριον, οὓς ἔσπειρε Κρόνος τε Ῥέη τε σύνευνος,
Ἑξήκοντα δέ τοι παῖδας συναγείρατο Τιτὰν,
Καί ῥ' εἶχ' ἐν δεσμοῖσι Κρόνον τε Ῥέην τε σύνευνον,
Κρύψεν δ' ἐν γαίῃ, καὶ ἐν ζωσμοῖς ἐφύλασσε.
Καὶ τότε δή μιν ἄκουσαν υἱοὶ κρατεροῖο Κρόνοιο,
Καὶ οἱ ἐπήγειραν πόλεμον μέγαν ἠδὲ κυδοιμόν.
Αὕτη δ' ἐστ' ἀρχὴ πολέμου πάντεσσι βροτοῖσι·
Πρώτη γάρ τε βροτοῖς αὕτη πολέμοιο καταρχή.
Καὶ τότε Τιτάνεσσι Θεὸς κακὸν ἐγγυάλιξε,
Καὶ πᾶσαι γενεαὶ Τιτάνων ἠδὲ Κρόνοιο
Κάτθανον. Αὐτὰρ ἔπειτα, χρόνου περιτελλομένοιο,
Αἰγύπτου βασίλειον ἐγείρατο· εἶτα τὸ Περσῶν,
Μήδων, Αἰθιόπων τε, καὶ Ἀσσυρίης Βαβυλῶνος,
Εἶτα Μακηδονίων, πάλιν Αἰγύπτου, τότε Ῥώμης.
Καὶ τότε μοι μεγάλοιο Θεοῦ φάτις ἐν στήθεσσιν
Ἵπτατο, καί μ' ἐκέλευσε προφητεῦσαι κατὰ πᾶσαν
Γαῖαν, καὶ βασιλεῦσι τά τ' ἐσσόμεν' ἐν φρεσὶ θεῖναι.
Καί μοι τοῦτο Θεὸς πρῶτον μόνος ἐγγυάλιξεν,
Ὅ σαι ἀνθρώπων βασιλήϊδες ἠγερέθονται.
Οἶκος μὲν γὰρ πρώτιστος Σολομώνιος ἄρξει
Φοινίκης τ' Ἀσίης ἐπιβήτορας, ἠδὲ καὶ ἄλλων
Νήσων, Παμφύλων τε γένος, Περσῶν τε, Φρυγῶν τε,

144. Δωδώνην intellige non Epiroticam illam, sed Thessalicam, Olympo monti vicinam, de qua Strabo, lib. IX, p. 441, et Apollodorus apud Steph. de Urb. post Homerum, Il. β, v. 750.

145. Pr. et A. B. R. εὐρώπου. L. εὐρότου. Cast. emendavit. Deinde Pr. καὶ εἰς ἄλλα μοίρατο. Cæteri edd. cum R. καὶ εἰς άλα μοίρατο. R. L. καὶ εἰς ἄλλα μοῖρα τὸ ὕδωρ. Nos correximus : notum est enim apud Poetas verbum μύρομαι, *fluendi* sensu. Sed præstaret legi μύρετο. Eurotas autem hic est non Laconiæ, sed Thessaliæ, qui et Homero, Il. β, v. 751, Τιταρήσιος dicitur; Lucano, VI, v. 371, Titaressus; Plinio, H. Nat. IV, § 8, Orcos vel Orcus, ex Homeri versu, Iliad. β, v. 755, male intellecto. Oritur prope Dodonam Thessaliæ, sicut ex Homero et Strabone monstrari potest ; influit in Peneum, et junctis potius quam mixtis aquis (nam olei more supernatat), simul cum illo ad mare devolvitur, Hom. l. c.; Strab. IX, p. 441 ; Plin. IV, § 8; Lucan. VI, 376, sqq.

146. R. στυγαῖον. L. στυγιαῖον. Uterque καλοῦσιν, male. De re consentiunt fere Homerus et Strabo, ll. cc. originem amnis a Styge palude deducentes, fortasse quod e subterranea voragine fons erumperet Diis infernis sacer. Sed tanta locorum ignobilium scientia facit ut non

Dodona et latebris umbrosis, fluminis unde
Eurotæ manant latices, inque æquora pergunt
Peneo mixti, et Stygio cognomine tristes.
Ast ubi furtivis didicerunt crescere curis
Titanes partam Saturno et conjuge prolem,
Sexaginta parens Titan vocat undique natos,
Saturnum invadit, cumque ipsa conjuge vinctum
Sub terram mittit, tenebrisque includit opacis.
Audivit pubes Saturnia; nec mora, bello
Arma rapit, turbasque ciet, rixamque cruentam,
Atque hinc principium belli mortalibus ortum,
Hæc labes fuit, et tantorum causa malorum.
Tum Deus exitio Titanas misit, et omne
Titanum periit genus et Saturnia proles.
Post hæc surrexit tandem, volventibus annis,
Ægypti regnum. Persarum deinde secutum est,
Medorum, Æthiopumque, atque Assyriæ Babylonis.
Inde Macedoniæ regnum, Ægyptique secundum;
Denique Romanum. Sed tunc mihi sensibus imis
Vox allapsa Dei, cunctis oracula terris
Fundere præcepit, populisque et regibus omnes
Fatorum eventus, ac primum singula fari
Regna hominum, sæclis quæ sint oritura futuris.
Prima domus crescet Salomonia, quæ reget omnes
Phœnices Asiæque viros, et si qua propinquum
Iusula litus habet, Persas, Caresque, Phrygesque,

ex Sibyllistæ privata eruditione, sed ex aliqua antiquiore theogonia ducta hæc videantur.

149. Abest τοι ex R. L.

150. R. L. καί ῥ' εἶχε δεσμοῖσι.

151. R. L. κρύψε. R. deinde ζωδεσμοῖς pro δεσμοῖς, librarii incuria.

152. R. L. ἤκουσαν.

155. R. L. τε non habent.

160. Recurrunt hic et seq. versus, lib. VIII, v. 6, sq.

161. Edd. cum B. μακεδονίων. R. L. μακεδόνων.

162. Hic et tres seqq. recurrent paulo infra, v. 298, sqq. paucis mutatis. Partim etiam v. 491, sq.

163. Infra, v. 299, ἵστατο.

164. Pr. et Cast. hoc versu carent. Habent A. B. et R. L. Restituit Ops.

165. R. L. μόνος omittunt, pro quo, v. 301, legitur νόῳ, melius sane. Ibidem pro ἐγγυάλιξεν legitur ἔνθετο λέξαι.

167. R. L. πρώτιστα. Auget Poeta supra modum Salomonis potentiam, cujus fines rectius statuuntur a Josepho, Antiq. VIII, cap. 2, inter Euphratem et Ægyptum, ex Regum libro III, cap. 4. Nec primo loco ponenda erat Salomonis dominatio, qua et antiquiores alias et latiores norat ipse, qui paulo supra Babylonis et Ægypti meminerat. Redolent hæc Judæi hominis fastum.

Καρῶν, καὶ Μυσῶν, Λυδῶν τε γένος πολυχρύσων·
Αὐτὰρ ἔπειθ' Ἕλληνες ὑπερφίαλοι καὶ ἄναγνοι,
Ἄλλο Μακηδονίης ἔθνος μέγα ποικίλον ἄρξει,
Οἳ φοβερὸν πολέμοιο νέφος ἥξουσι βροτοῖσιν.
Ἀλλά μιν οὐράνιος Θεὸς ἐκ βυθοῦ ἐξαλαπάξει.
Αὐτὰρ ἔπειτ' ἄλλης βασιληΐδος ἔσσεται ἀρχὴ,
Λευκὴ καὶ πολύκρανος, ἀφ' ἑσπερίου τε θαλάσσης,
Ἣ πολλῆς γαίης ἄρξει, πολλοὺς δὲ σαλεύσει,
Καὶ πᾶσι βασιλεῦσι φόβον μετόπισθε ποιήσει,
Πολλὸν δ' αὖ χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἐξαλαπάξει
Ἐκ πόλεων πολλῶν· πάλι δ' ἔσσεται ἐν χθονὶ δίᾳ
Χρυσίον, αὐτὰρ ἔπειτα καὶ ἄργυρος, ἠδέ τε κόσμος·
Καὶ θλίψουσι βροτούς· μετὰ δ' ἔσσεται ἀνδράσι κείνοις
Πτῶμαθ', ὅταν ἄρξωνθ' ὑπερηφανίης ἀδίκοιο.
Αὐτίκα δ' ἐν τούτοις ἀσεβείας ἔσσετ' ἀνάγκη,
Ἄρσην δ' ἄρσενι πλησιάσει, στήσουσί τε παῖδας
Αἰσχροῖς ἐν τεγέεσσι, καὶ ἔσσεται ἤμασι κείνοις
Θλίψις ἐν ἀνθρώποις μεγάλη, καὶ πάντα ταράξει,
Πάντα δὲ συγκόψει, καὶ πάντα κακῶν ἀναπλήσει,
Αἰσχροβίῳ φιλοχρημοσύνῃ, κακοκερδέϊ πλούτῳ,
Ἐν πολλαῖς χώρῃσι, Μακηδονίῃ δὲ μάλιστα.
Μῖσος δ' ἐξεγερεῖ, καὶ πᾶς δόλος ἔσσεται αὐτοῖς,
Ἄχρι πρὸς ἑβδομάτην βασιληΐδα, ἧς βασιλεύσει
Αἰγύπτου βασιλεὺς, ὃς ἀφ' Ἑλλήνων γένος ἔσται.
Καὶ τότ' ἔθνος μεγάλοιο Θεοῦ πάλι καρτερὸν ἔσται,
Οἳ πάντεσσι βροτοῖσι βίου καθοδηγοὶ ἔσονται.
Ἀλλὰ τί μοι καὶ τοῦτο Θεὸς νόῳ ἔνθετο λέξαι;
Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον κακὸν ἔσται

173. Pro ἥξουσι, lege vel ἄξουσι, vel etiam αἴξουσι, activo sensu, in Sibyllinis alias quoque obvio.

176. R. ἐφ' ἑσπερίου θ. L. ἀφ' ἑσπερίου θ. Utrumque sine τε, quod edd. et B. habent. Melius fortasse ἑσπερίοιο, sine τε. A. ἑσπέρου τε, pessime. In hoc versu epitheton λευκή recte interpretatur Ops. de candida magistratuum Romanorum toga: πολύκρανος, item de Senatu intelligendum, unde colligas hæc scripta esse vigente adhuc senatus auctoritate, id est ante Cæsarum tempora.

178. Edd. cum B. πᾶσιν. A. et R. L. πᾶσι, ut nos. In fine, R. L. μετόπισθεν ποήσει. An ἐποίσει legendum?

179. Occurrit hic jam lib. I, v. 388.

180. A. πάλιν. In R. L. omittitur ultima vox δίᾳ, paganum nempe epitheton, alias quoque in Sibyllinis vel suppressum pia fraude, vel mutatum, sicut suis locis annotabimus.

182, 183. Lecti sunt ambo lib. I, v. 391, sq. ubi tamen pro μετά habetur μέγα, ac deinde πτῶμ' ὅταν ἄρξωνται.

185. Pr. ἄρσης δ'. A. B. ἄρσις δ'. Cast.

Pamphylos, Mysos, et Lydorum aurea rura.
   Post, Græci imperium capient, diri atque superbi,
Unde Macedoniæ populus dominabitur ingens,
Bellorum horrenda pressurus nube nepotes :
Sed Deus hunc etiam fundo subvertet ab imo.
   Post, aliud regnum incipiet, gens vestibus alba,
Multiplici capite, occiduo quæ litore surgens
Ibit in imperium magnum, multosque potentes
Subruet, et trepida quatiet formidine reges.
Multum quippe rapax auri argentique per urbes
Hauriet : ast auri tamen argentique per urbes
Copia succrescet, splendorque augebitur orbis.
Mortales gens illa premet; sed proximus ipsi
Finis adest, tum quum fastu turgescere iniquo
Cœperit. Invadent illam scelus omne nefasque,
Masque mari se miscebit, statuentque pudendis
In lustris pueros. Et erit tunc magna per orbem
Pernicies hominum. Ruet omnia et omnia perdet,
Nil sanctum reputans, audens quodcumque jubebit
Turpis avarities et fœdi insania lucri.
Tristis ubique, Macedoniæ sed tristior agris
Incumbet, multumque odii conflabit, et omnem
Parturiet fraudem, proles dum septima regnet
Ægypti regum qui Græca ab origine surgent.
Tum vero exsistet magni præclara Dei gens,
Qua duce mortales cuncti bene vivere discent.
Sed mihi cur menti Deus injicit hoc quoque fari,
Quid primum, quid posterius, quæ meta laborum

emendavit. R. L. ἄρσην ἄρσενι, sine δ'.

186. R. L. τέγεσι καὶ ἔσται. Edd. quoque ἔσται. Sed A. ἔσσεται.

188. Legetur iterum infra, v. 613.

189. Edd. et codd. μακεδονίη.

191. R. αὐτῆς. Suspicatur Ops. αὖθις.

192. Eadem fere, quoad sensum, recurrent infra, v. 319, et plenius, v. 609, sqq. Quæ de septimo Ægypti rege canuntur, ad Ptolemæum Philometorem recte retulit Gallæus : ad fratrem ejus Physconem Gfrörerus, sed minus probe, sicuti nos pluribus demonstrare conabimur in Excursu V.

194. Pr. et Cast. cum A. B. πάλι omittunt. R. L. πάλιν habent. Correxit Ops. Iterum hæc de Judæis, et a Judæis, semper ubi quid in Asia turbaretur, in spes novas arrectis, promissamque sibi rerum suarum instaurationem aucupantibus.

195. Confer lib. 1, v. 385, similem versum de alia re. Nam illic de Christianis ; hic, ut diximus, de Judæis.

196. Ops. λέξειν.

Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους; τίς τούτων ἔσσεται ἀρχή;
Πρῶτον Τιτάνεσσι Θεὸς κακὸν ἐγγυαλίξει.
Υἱοὶ γὰρ κρατεροῖο Κρόνου τίσουσι δίκας γε,
Οὕνεκά τοι δῆσάν τε Κρόνον καὶ μητέρα κεδνήν.
Δεύτερον αὖθ' Ἕλλησι τυραννίδες, ἠδ' ἀγέρωχοι
Ἔσσονται βασιλῆες ὑπερφίαλοι καὶ ἄναγνοι,
Κλεψίγαμοι καὶ πάντα κακοί. Καὶ οὐκέτι θνητοῖς
Ἄμπαυσις πολέμοιο. Φρύγες δ' ἔκπαγλοι ὀλοῦνται
Πάντες, καὶ Τροίῃ κακὸν ἔσσεται ἤματι κείνῳ.
Αὐτίκα καὶ Πέρσῃσι καὶ Ἀσσυρίοις κακὸν ἥξει,
Πάσῃ τ' Αἰγύπτῳ, Λιβύῃ, ἠδ' Αἰθιόπεσσι,
Καρσί τε, Παμφυλίοις τε, κακὸν μετακινηθῆναι,
Καὶ πάντεσσι βροτοῖσι. Τί δὴ καθ' ἓν ἐξαγορεύω;
Ἀλλ' ὁπόταν τὰ πρῶτα τέλος λάβῃ, αὐτίκα δ' ἔσται
Δεύτερ' ἐπ' ἀνθρώπους. Καί τοι πρώτιστα βοήσω.
Ἀνδράσιν εὐσεβέσιν ἥξει κακὸν, οἳ περὶ ναὸν
Οἰκείουσι μέγαν Σολομώνιον, οἵ τε δικαίων
Ἀνδρῶν ἔκγονοί εἰσιν. Ὅμως καὶ τῶνδε βοήσω
Φῦλον, καὶ γενεὴν πατέρων, καὶ δῆμον ἁπάντων,
Πάντα περιφραδέως, βροτὲ ποικιλόμητι δολόφρον.
Ἔστι πόλις . . . . κατὰ χθονὸς Οὒρ Χαλδαίων,

198. Pr. et Cast. hoc versu carent, qui in A. et B. totus legitur, sicut in Pithœi et Ranconeti codd. teste Ops. sed inversis ultimis verbis hoc modo : τίς δ' ἀρχὴ τούτων ἔσται, unde Ops. τίς δ' ἀρχὴ ἔσσεται τούτων, prohibente metro. R. L. τίς δ' ἀρχή, cæteris omissis et mutilo versu.

200. Pr. Cast. A. B. R. in fine versus γε non habent : addidit Ops. e conj. metri causa. Confer lib. V, v. 89, sq. atque ibi notas. In L. pars posterior hujus versus et prior sequentis omissæ sunt, reliquiis in unum versum coalescentibus absque sensu.

202. R. L. δεύτερον δ' αὖθ'. Spectant hæc ad heroica Græciæ tempora, præsertim ante bellum Trojanum.

205. Pr. et Cast. ἔκπαυλοι.

206. Edd. et codd. ἔσται, præter A. qui ἔσσεται, ut nos.

207. R. L. hoc versu carent. Innuuntur autem bellorum vices regnorumque commotiones, quibus Asia præsertim sub Assyriis Medisque, Ægyptus autem sub Persis regibus laboravit.

208. R. L. πᾶσι, pro πάσῃ, male. Post Λιβύῃ, placeret addi copulam τ'.

209. R. L. παμφύλοις. Edd. ut nos, magis ad Sibyllæ morem. Deinde pro κακόν legendum κακῶς, nisi sit sequens verbum nominis more construendum.

213. Pr. εὐσεβές. B. εὐσεβέσ'. Cast. e conj. εὐσεβέεσσ'. Ops. cum A. R. L. εὐσεβέσιν, ut nos. In fine, R. περὶ κακόν. L. περὶ καόν. Edd. et A. B. ut nos. Notanda vero templi tanquam adhuc stantis mentio et repetitæ Judæorum laudes.

214. Edd. et codd. οἰκοῦσι vel οἰκοῦσιν μέγαν εἰς (R. L. ἐς) Σολ. abundante præpositione. Pr. et Cast. insuper σολομώνειον, contra metrum. Nos correximus, οἰκείουσι scribentes, ut infra, v. 243, ἐπαρκείων. Vocari autem Salomonium

Humano generi, quæ sint exordia damnis?
Primum suppliciis affliget numinis ira
Titanas, prolesque luet Saturnia pœnas,
Saturnum quoniam vinclis matremque dedere.
Græcia rectores hinc est habitura superbos,
Impuros, qui nec thalami sacra jura, neque ullam
Servabunt legem. Nec jam mortalibus ulla
Pugnandi requies. Phrygiis tum gentibus instat
Fatale exitium, Trojæque miserrima clades.
Inde malum Persas manet, Assyriosque potentes,
Et totam Ægyptum, Libyam simul, Æthiopasque,
Pamphylos, Caresque domum mutare coactos,
Mortalesque omnes. Sed quorsum singula pando,
Quidve moror? Vix una lues cessarit, et ecce
Altera succedet. Nunc ordine singula pandam.
Instant magna piis mala, qui Salomonia circum
Templa colunt, hominum justorum sanguine creti,
Quorum progeniem celebrabo, genusque paternum,
Et totam gentem. Tu fida mente reponens
Hæc utinam mediteris, homo vafer atque dolose!
Est urbs in terræ regionibus Urchaldæis,

potuit etiam secundum templum in prioris fundamentis impositum.

217. Sic libro I, v. 6 : Σὺ δὲ, ποικίλε θνητὲ, πίφασκε. In fine A. δολόφρων.

218. Edd. omnes cum B. versum mutilum sic efferunt : ἔσται πόλις κατὰ χθονὸς Οὐχάλδοιο, qui etiam in Pr. et Cast. librarii errore iteratus, bis proponitur, sed in Ops. et B. semel tantum. Semel quoque in A. sed ibi ἔστι, non ἔσται legitur. Semel in R. L. sed hoc modo : ἔστι πόλις τε κατὰ χθονὸς εὐρυάγυια. Quem ad versum duo sunt præcipue annotanda : lacuna in medio, et vox in fine corrupta. Sensit Gfrörerus, quod nobis quoque in mentem venerat, latere in ultima voce urbis nomen, ex qua Hebræis origo, quamque libri sacri, Genes. cap. 11, v. 31, Οὔρ Χαλδαίων vocant. Quod quidem nomen libenter cum illo in textu reponimus, etsi non ignoremus reclamaturos, si qui hunc locum de Judæis accipi nolint, vim fieri codicibus. Ipsi tamen codd. non adeo repugnant : nam in voce parum sibi cognita errare facile potuerunt librarii ; et ultimum ν facile excidere, propter scripturæ compendia, ut primum οὐρχαλδαίω legeretur, deinde corruptius οὐρχάλδοιο. Favet quamvis primo aspectu diversissima, lectio codicum R. L. Nam ΟΥΡΧΑΛΔΑΙΩ et ΕΥΡΥΑΓΥΙΑ, præsertim si antiquiori caractere scribantur, quantum ad se invicem accedant, nemo non videt. Restat igitur versum implere, qui in medio infeliciter hiat : atque hoc facillime præstabit epitheton aliquod, ut τριμάκαιρα, πετρόεσσα, seu simile quid. Sed melius Græcum urbis nomen huc intuleris, quoniam Eupolemus docet loco jam citato, apud Euseb. Præp. IX, cap. 17, ortum cepisse Abrahamum ἐν πόλει τῆς Βαβυλωνίας Καμαρίνῃ, ἥν τινας λέγειν πόλιν Οὐρίην· εἶναι δὲ μεθερμηνευομένην Χαλ-

Ἐξ ἧς μοι γένος ἐστὶ δικαιοτάτων ἀνθρώπων,
Οἷσιν ἀεὶ βουλή τ' ἀγαθὴ, καλά τ' ἔργα μέμηλεν.
Οὔτε γὰρ ἠελίου κύκλιον δρόμον, οὔτε σελήνης,
Οὔτε πελώρια ἔργα μεριμνῶσι κατὰ γαίης,
Οὔτε βάθος χαροποῖο θαλάσσης Ὠκεανοῖο,
Οὐ πταρμῶν σημεῖ' οἰωνοπόλων τε πετεινὰ,
Οὐ μάντεις, οὐ φαρμακοὺς, οὐ μὴν ἐπαοιδοὺς,
Οὐ μύθων μωρῶν ἀπάτας ἐγγαστριμύθων,
Οὐδὲ τὰ Χαλδαίων τὰ προμάντια ἀστρολογοῦσιν,
Οὐδὲ μὲν ἀστρονομοῦσι· τὰ γὰρ πλάνα πάντα πέφυκεν,
Ὅσσα κεν ἄφρονες ἄνδρες ἐρευνῶσι κατὰ ἦμαρ,
Ψυχὰς γυμνάζοντες ἐς οὐδὲν χρήσιμον ἔργον,
Καί ῥα πλάνην ἐδίδαξαν ἀεικελίους ἀνθρώπους·
Ἐξ ὧν δὴ κακὰ πολλὰ βροτοῖς πέλεται κατὰ γαῖαν,
Τοῦ πεπλανῆσθαι ὁδούς τ' ἀγαθὰς καὶ ἔργα δίκαια.
Οἱ δὲ μεριμνῶσί τε δικαιοσύνην τ' ἀρετήν τε·
Κοὐ φιλοχρημοσύνη τοῖς γ', ἢ κακὰ μυρία τίκτει
Θνητοῖς ἀνθρώποις, πόλεμον καὶ λιμὸν ἄπειρον.
Τοῖσι δὲ μέτρα δίκαια πέλει κατ' ἀγρούς τε πόλεις τε,
Οὐδὲ κατ' ἀλλήλων νυκτοκλοπίας τελέουσιν,
Οὐδ' ἀγέλας ἐλάουσι βοῶν, οἰῶν τε καὶ αἰγῶν,
Οὐδὲ ὅρους γαίης γείτων τοῦ γείτονος αἴρει,
Οὐδὲ πολύπλουτός τις ἀνὴρ τὸν ἐλάττονα λυπεῖ,
Οὐδέ γε χήρας θλίβει, μᾶλλον δ' αὖτε βοηθεῖ,
Αἰεὶ ἐπαρκείων σίτῳ, οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ·
Αἰεὶ δ' ὄλβιος ἐν δήμῳ τοῖς μηδὲν ἔχουσιν,

δαίων πόλιν. Quid igitur, si antiqua fuit Sibyllini versus lectio : Ἔστι πόλις Καμάρινα κατὰ χθονὸς Οὖρ Χαλδαίων?

219. Edd. cum A. B. ἐξ ὧν δή. R. L. ἐξ ἧς μοι, ut nos, quæ lectio iis omnino favet qui Chaldæam aut Judæam aliquam Sibyllam in album retulerunt, præsertim si post γένος ἐστί minor distinctio ponatur. Non diffitemur tamen ex incerta lectione minime certum colligi posse argumentum. Δικαιοτάτων ἀνθρώπων et quæ sequuntur, palam sane Judaïca sunt. Similia confer infra, v. 573, sqq.

221. R. E. κύκλου δρόμον. A. et B. κύκλον δρόμον. Nota, quum hæc scriberentur, alienissima fuisse Judæorum ingenia ab astronomicis sive astrologicis studiis, quibus jam circa Augusti et Tiberii tempora præclari erant: quod multum ad firmandam hujus carminis antiquitatem valet.

223. Pr. χαροποιοῦσθαι ἀσσήρ, miro commento. B. χαροποιοῦ θαλάσσης. R. L. χαροποίου. Cast. et ceteri edd. χαρόποιο, pravo accentu.

224. R. L. οὐ παλμῶν σημεῖα οὐκ οἰωνοπόλων πτηνῶν. Lectionem παλμῶν defendi posse notavit Ops. et citavit e Suida Posidonii librum cui titulus fuit παλμικὸν οἰώνισμα. B. ut edd. πταρμῶν; sed idem sub finem τε omisit.

Est urbs, unde hominum veniet justissima proles,
Queis semper bona mens et rerum cura piarum.
Nam neque decursum solis, lunæve labores,
Cetera nec curant quæ vulgo magna feruntur,
Nec magni Oceani rimando quærere fundum,
Nec sternutantum præsagia, nec vaga pennæ
Omina pernicis, non carmina, fascina, sortes,
Non insanorum mendacia ventriloquorum,
Nec quæ Chaldæi stellarum oracula quærunt,
Astra nec observant. Quippe hæc fallacia cuncta
Mortalis turbæ studia, incassumque laborant
Insani vacuis ævum consumere curis.
Quin genus inde hominum multos trahit atque pudendos
Errores, atque inde fluunt mala cuncta per orbem,
Perversis rectique viis et finibus æqui.
Illis justitia et virtus est unica curæ,
Non mala avarities, quæ longe plurima damna
Humano importat generi, bellumque, famemque.
Omnia sunt illis recte dimensa per agros
Perque urbes; nec furta dolo nocturna facessunt,
Caprarumve greges abigunt, oviumve, boumve;
Nec limes cuiquam vicini avellitur agri;
Nec locuples certat cum pauperiore molestus;
Nec viduis gravis est, sed opem pro viribus affert,
Subveniens gratis oleo, vinoque, ciboque,
Non aliter dives, quam quod plus donat egenis,

227. R. L. οὐδὲ τὰ χ. προμάντεια, omisso altero articulo. Edd. et B. ut nos.

228. R. L. καὶ γὰρ πλάνα πάντα πέφ. Lactantius, lib. II, cap. 17, post enumeratas latine præstigias quas supra recensuit Sibylla, hunc quoque et sequentem versum laudat, sed memoriter, ut videtur, et paulo aliis verbis: Ἐπεὶ πλάνα πάντα τάδ᾽ ἔστιν Ἅπερ ἄφρονες ἄνδρες ἐρ. κ. ἦμ..

229. Melius ὅσσα περ, favente aliquatenus Lactantio. Edd. ἐρευνῶσιν, ubi R. L. nobiscum ἐρευνῶσι.

231. Edd. πλάνοις. B. et Ranconeti codex, πλάνης. R. L. πλάνην, ut nos. An potius πλάνας, propter sequentia?

234. Edd. μεριμνῶσίν τε. R. L. οἱ δὲ μεριμνῶσι δικ. omisso τε.

235. Edd. et B. τίς γ'. Emendavimus nos, absentibus R. L. qui hunc et quinque seqq. versus omittunt. Eos tamen, ut in Pr. et B. leguntur, in Pithœi quoque et Ranconeti codicibus reperiri, silentio docet Ops. qui desumptos putat e Theognide, v. 389, sqq. Codex quoque A. præter unum 243, ceteros habet.

241. Pr. et Cast. cum B. πολυπλούτων. Ops. πολυπλουτῶν. R. L. ut nos. Pro ἐλάττονα scribi debuit ἐλάσσονα.

243. Edd. et B. ἐπαρκέων ἐν σίτῳ. R. L. ut nos. A. versum hunc omisit, ut diximus.

Ἀλλὰ πενιχρομένοισι, θέρους ἀπόμοιραν ἰάλλει·
Πληροῦντες μεγάλοιο Θεοῦ φάτιν, ἔννομον ὕμνον·
Πᾶσι γὰρ οὐράνιος κοινὴν ἐτελέσσατο γαῖαν.
Ἡνίκα δ' Αἴγυπτον λείψει, καὶ τερπνὸν ὁδεύσει
Λαὸς ὁ δωδεκάφυλος ἐν ἡγεμόσι θεοπέμπτοις,
Ἐν στύλῳ πυρόεντι τὸ νυκτερινὸν διοδεύων,
Κἐν στύλῳ νεφέλης πᾶν ἠῶς ἦμαρ ὁδεύσει,
Τούτῳ δ' ἡγητῆρα καταστήσει μέγαν ἄνδρα
Μωσῆν, ὃν παρ' ἕλους βασίλισσ' εὑροῦσ' ἐκόμιζε,
Θρεψαμένη δ' υἱὸν ἐκαλέσσατο. Ἡνίκα δ' ἦλθε
Λαὸν ὅδ' ἡγεμονῶν, ὃν ἀπ' Αἰγύπτου Θεὸς ἦγεν,
Εἰς τὸ ὄρος Σινᾶ, καὶ τὸν νόμον οὐρανόθεν πρὸ
Δῶκε Θεὸς, γράψας πλαξὶ δυσὶ πάντα δίκαια,
Καὶ προσέταξε ποιεῖν· καὶ ἤν ἄρα τις παρακούσῃ,
Ἠὲ νόμῳ τίσειε δίκην, ἢ χερσὶ βροτείαις,
Ἠὲ, λαθὼν θνητοὺς, πάσῃ δίκῃ ἐξαπολεῖται.
Πᾶσι γὰρ οὐράνιος κοινὴν ἐτελέσσατο γαῖαν,
Καὶ πᾶσι καὶ ἄριστον ἐνὶ στήθεσσι νόημα.
Τοῖσι μόνοις καρπὸν τελέθει ζείδωρος ἄρουρα
Ἐξ ἑνὸς εἰς ἑκατὸν, τελέθοντό τε μέτρα Θεοῖο.
Ἀλλ' ἄρα καὶ τούτοις κακὸν ἔσσεται, οὐδὲ φύγονται
Λοιμόν. Καὶ σὺ δὲ καλλείπων περικαλλέα σηκὸν
Φεύξῃ, ἐπεί σοι μοῖρα λιπεῖν πέδον ἁγνὸν ὑπάρχει.
Ἀχθήσῃ δὲ πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ νήπια τέκνα
Ὄψει δουλεύοντα παρ' ἀνδράσι δυσμενέεσσιν,
Ἠδ' ἀλόχους· καὶ πᾶς βίοτος καὶ πλοῦτος ὀλεῖται·
Πᾶσα δὲ γαῖα σέθεν πλήρης, καὶ πᾶσα θάλασσα·

245. Edd. cum B. ἀπὸ μοῖραν. R. L. ut nos; sed iidem ἰάλλειν habent, ubi edd. et nos ἰάλλει. Ranconeti codex, teste Ops. θέρους ἄπο μοῖραν, 'magis forsitan græce, sed minus alexandrine: cfr. Sturz. ad h. v.

247. Recurret hic versus infra, v. 262, unde huc retractus est.

249. Edd. et B. ἡγεμόσιν. A. R. L. ut nos.

251. Edd. καὶ στύλῳ. B. καὶ στύλλω. R. L. καὶ ἐν στύλω. Deinde R. L. τὸ πᾶν ἠώς, ubi edd. πᾶν ἠώς sine articulo, ad quem locum Opsopœi nota est: « In duobus codd. scribitur ἠῶς, et in altero notatur id idem valere atque τῆς ἠοῦς. » Pithœi silicet et Ranconeti codices innuit, quorum fide nos ἠῶς libenter acciperemus, nisi jam lib. II, v. 182, notassemus ἠώς hoc accentu Homericam esse adverbii formam pro ἠῶθεν sive ἑῶθεν, id est ἀπὸ τῆς ἠοῦς, ex antiqua et, ut videtur, æolica declinandi forma, unde apud Hesych. bœotica vox ἄας, retracto ad Æolum morem accentu. Ergo vulgaris fuerit, et antiquitus usitata phrasis πᾶν ἠὼς ἦμαρ pro πανῆμαρ vel πᾶν ἀπὸ τῆς ἠοῦς ἦμαρ.

Pauperibusque sua partem de messe remittit,
Observans præcepta Dei quæ sancta canuntur :
Fecit enim terram, communis ut omnibus esset.
Quum vero Ægyptum linquet, desertaque vadet
Per loca bissena populus de prole creatus,
Sub ducibus missis divinitus, atque columnam
Per noctes rutilam, obscuram sub sole, sequetur;
Olli rector erit cælesti percitus œstro
Moses, quem media inventum regina palude
Sustulit, et natum materno jure vocavit.
Ille ubi Sinæi populos ad culmina montis
Perduxit, legem Deus attulit ipse, duabus
Inscriptam tabulis, et quæ lex illa juberet,
Mandavit fieri, justa omnia; sive quis æquum
Detrectaret onus, meritas exsolvere pœnas
Humanis manibus, vel magni numinis ira.
Fecit enim terram, communis ut omnibus esset,
Et rectum injecit cunctis in pectora sensum :
Atque illis centum voluit succrescere grana
Ex uno, mensura Dei quæ frugibus esset.
Sed tamen incumbent illis quoque fata; neque atram
Evitare luem poteris, miser; et tua templa,
Divinumque solum, sacrataque jugera linques
Perditus, Assyriasque procul duceris in oras,
Et populo immiti natos servire dolebis
Uxoresque! Omnis tibi victus opesque peribunt,
Omnis plena tui regio terræque marisque.

253. R. L. μωυσῆν. Pr. Μώσην, quod Cast. in Μωσῆν mutavit. Deinde A. B. βασιλεύς, male.

256. R. L. σινά. Edd. Σινᾶ, ut nos. Sed iidem cum B. οὐρανόθεν πρός, ubi codd. nobiscum οὐρανόθεν πρό. An potius οὐρανόθι πρό legendum, Homerico more ?

257. Edd. cum B. πλαξίν. R. L. πλαξί.

259. B. τίσεις.

260. R. L. βροτούς, non θνητούς.

261. Cfr. supra, v. 247.

262. R. L. καὶ πᾶσι, ut nos. Pr. et Cast. cum A. B. καὶ πᾶσιν, unde Ops. καὶ πίστιν, nimis audacter, etsi ad sensum bene Alterum καί codex A. desiderat.

263. Pr. cum B. τελέθη. Cast. Ops. R. L. τελέθει. An melius τέλεθε, propter τελέθοντο quod sequitur ?

264. Μέτρα θεοῖο, nihil aliud sunt, nisi ipsa illa centuplex ratio frugum.

265. Edd. et codd. ἔσται, præter A. qui ἔσσεται. Notandum φύγονται pro futuro. Respiciunt hæc ad captivitatem Babylonicam.

266. Edd. cum B. καὶ σὺ δὲ καταλιπών. R. L. καὶ σὺ λοιπὸν. Nos correximus.

267. A. in fine, ὑπάρχειν.

Πᾶς δὲ προσοχθίζων ἔσται τοῖς σοῖς ἐθίμοισι·
Γαῖα δ' ἔρημος ἅπασα σέθεν· καὶ βωμὸς ἐρυμνὸς,
Καὶ ναὸς μεγάλοιο Θεοῦ, καὶ τείχεα μακρὰ,
Πάντα χαμαὶ πεσέονται, ὅτι φρεσὶν οὐκ ἐπέθηκας
Ἀθανάτοιο Θεοῦ ἁγνὸν νόμον, ἀλλὰ πλανηθεὶς
Εἰδώλοις ἐλάτρευσας ἀεικέσιν, οὐδὲ φοβηθεὶς
Ἀθάνατον γενετῆρα θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων,
Οὐκ ἔθελες τιμᾷν, θνητῶν εἴδωλα δ' ἐτίμας.
Ἀνθ' ὧν ἑπτὰ χρόνων δεκάδας γῆ καρποδότειρα
Ἔσται ἔρημος ἅπασα σέθεν, καὶ θαύματα σηκοῦ.
Ἀλλὰ μένει σ' ἀγαθοῖο τέλος καὶ δόξα μεγίστη,
Ὥς σοι ἐπέκρανε Θεὸς ἄμβροτος. Ἀλλὰ σὺ μίμνε,
Πιστεύων μεγάλοιο Θεοῦ ἁγνοῖσι νόμοισιν,
Ὁππότε σεῖο καμὸν ὀρθὸν γόνυ πρὸς φάος ἄρῃ.
  Καὶ τότε δὴ Θεὸς οὐρανόθεν πέμψει βασιλῆα.
Κρινεῖ δ' ἄνδρα ἕκαστον ἐν αἵματι καὶ πυρὸς αὐγῇ.
Ἔστι δέ τις φυλὴ βασιλήϊος, ἧς γένος ἔσται
Ἄπταιστον· καὶ τοῦτο χρόνοις περιτελλομένοισιν
Ἄρξει, καὶ καινὸν σηκὸν Θεοῦ ἄρξετ' ἐγείρειν.
Καὶ πάντες Περσῶν βασιλεῖς ἐπικουρήσουσι
Χρυσόν τε, χαλκόν τε, πολύκμητόν τε σίδηρον.
Αὐτὸς γὰρ δώσει Θεὸς ἔννυχον ἁγνὸν ὄνειρον.
Καὶ τότε δὴ ναὸς πάλιν ἔσσεται, ὡς πάρος ἦν περ.

* * *

Ἡνίκα δή μου θυμὸς ἐπαύσατο ἔνθεον ὕμνον,

273. Confer infra, v. 281 et 333.

275. A. B. οὐκ ἐπίθησας. R. L. οὐκ ἐπίθησαν.

277. Edd. et codd. οὐδ' ἐφοβήθης : in B. tamen fuerat prius οὐδὲ φοβηθείς.

278. Recurrent hic et seq. infra, v. 604, sq. paucis mutatis.

282. Edd. et codd. ἀλλὰ μὲν εἰς ἀγαθοῖο : nos correximus. In fine, R. L. δόξαν μεγίστην : edd. et B. ut nos.

283. Edd. ὡς ἐπέκρανε Θεός σοι καὶ βροτός. R. L. ὥς σοι ἐπέκρανε Θεὸς καὶ βροτός. Nos correximus.

285. Melius ὅς ποτε, si liceret.

286. Non ad Messiam hæc respiciunt, quamvis ita statuat Cast. in margine; sed ad Cyrum sanguine et igne, id est belli jure populos dijudicaturum, quem Sibylla divinitus missum recte vocat, confirmante ipsius Dei testimonio, sicut aperte Isaias, cap. 44, v. 28, et cap. 45, v. 1, sqq.

287. R. L. ἐν non habent.

288. Φυλὴ βασιλήϊος tribus est Juda, cum qua post captivitatem gens Judæa resurrexit, regalis dicta ob Davidis memoriam et Messiæ exspectationem.

289. Vulgo in fine, περιτελλομένοισι. A. ut nos.

291. Περσῶν βασιλεῖς sunt Cyrus, Da-

Nullus erit quin te, quin mores oderit istos;
Et tua terra gemet deserta, aræque relictæ,
Et magni delubra Dei, murique valentes
Omnia collabentur humi, sanctissima quando
Æterni præcepta Dei pertæsus, inanes
Pronus adorasti statuas et inertia signa,
Scilicet oblitus divumque hominumque satoris,
Fœdaque contempto captans idola Tonante.
Ergo tibi decies septenos orba per annos
Squalebit tellus eversaque templa jacebunt.
Sed bonus accedet tot damnis exitus, et laus
Dante Deo rursus florescet maxima. Quare
Legibus antiquis persta Dominoque fidelis,
Donec genua tibi Deus incurvata levarit.
Tum rex e cælo veniet delapsus, ut omnes
Sanguine et igne probet, quibus est mortalis origo.
Regalis tribus est, nunquam interitura, sed olim
Jus habitura diu, circumvertentibus annis.
Illa Dei incipiet renovatum attollere templum,
Ad quod rex omnis Persarum munera mittet
Subveniens auro, nec ferri aut æris avarus:
Sic etenim nocturna Deus per signa monebit.
Et tum sancta domus, qualis fuit ante resurget.

* * *

Ut mihi divino requierunt pectora cantu,

rius, Artaxerxes, qui omnes ad templum instaurandum opes contulerunt: Esdr. I, cap. 1, 6 et 7.

292. A. χρυσὸν καὶ χαλκόν τε.

293. De somnio reticent sancti libri. Tale tamen quiddam conjicere est ex ipso Cyri edicto, Esdr. I, cap. 1, v. 2: Καὶ αὐτὸς (ὁ Θεὸς) ἐπεσκέψατο ἐπ' ἐμὲ τοῦ οἰκοδομῆσαι οἶκον αὐτῷ ἐν Ἰερουσαλήμ. Quomodo enim ἐπεσκέψατο, nisi per somnium?

294. R. L. ὡς πάρος ἦν sine περ: unde conjicias ὥς πάρος ἦεν, sicut lib. II, v. 33, et alias apud Sibyllam.

295. Confer exordia simillima supra, v. 163, sq. et infra, v. 490, sq. Incipit fragmentum versibus constans fere ducentis (295-490), in quo, quum Romanæ potentiæ frequentior mentio fiat, vestigia deprehendi videntur recentioris, quam in præcedentibus et sequentibus, originis. Sed nos de hac re quid in utramque partem disputari possit, plenius exponemus in Excursu V. Probabilius interim ducimus, interpolata hæc fuisse Antoninorum temporibus a Christiano aliquo semi-Judæo, in Ægypto degente, et fortasse ab ipso libri quinti auctore. Confer præsertim 317, 319, 350, sqq. 356, sqq. 381, sqq. 388, sqq. 464, sqq.

Καὶ λιτόμην γενετῆρα μέγαν παύσασθαι ἀνάγκης·
Καὶ πάλι μοι μεγάλοιο Θεοῦ φάτις ἐν στήθεσσιν
Ἵστατο, καί μ' ἐκέλευσε προφητεῦσαι κατὰ πᾶσαν
Γαῖαν, καὶ βασιλεῦσι τά τ' ἐσσόμενα φρεσὶ θεῖναι.
Καί μοι τοῦτο Θεὸς πρῶτον νόῳ ἔνθετο λέξαι,
Ὅσσα κε τῇ Βαβυλῶνι ἐμήσατο ἄλγεα λυγρὰ
Ἀθάνατος, ὅτι οἱ ναὸν μέγαν ἐξαλάπαξεν.
    Αἶ αἴ σοι, Βαβυλὼν, ἠδ' Ἀσσυρίων γένος ἀνδρῶν,
Πᾶσαν ἁμαρτωλῶν γαῖαν ῥοῖζός ποθ' ἱκνεῖται,
Καὶ πᾶσαν χώραν μερόπων ἀλαλαγμὸς ὀλέσσει,
Καὶ πληγὴ μεγάλοιο Θεοῦ, ἡγήτορος ὕμνων.
Ἀέριος γάρ σοι, Βαβυλὼν, ἥξει ποτ' ἄνωθεν,
Αὐτὰρ ἀπουρανόθεν καταβήσεται ἐξ ἁγίων σοι,
Καὶ θυμὸς τέκνοις αἰώνιος ἐξολοθρεύσει.
Καὶ τότ' ἔσῃ ὡς ἦσθα προτοῦ, ὡς μὴ γεγονυῖα.
Καὶ τότε πλησθήσῃ ἀπὸ αἵματος, ὡς πάρος αὐτὴ
Ἐξέχεας ἀνδρῶν τ' ἀγαθῶν ἀνδρῶν τε δικαίων,
Ὧν ἔτι καὶ νῦν αἷμα βοᾷ εἰς αἰθέρα μακρόν.
    Ἥξει σοι πληγὴ μεγάλη, Αἴγυπτε, πρὸς οἴκους,
Δεινὴ, ἣν οὐ πώποτ' ἐπήλπισας ἐρχομένην σοι.
Ῥομφαία γάρ [σε] διελευσεῖται διὰ μέσσου,
Σκορπισμὸς δέ τε καὶ θάνατος καὶ λιμὸς ἐφέξει,
Ἑβδομάτῃ γενεῇ βασιλήων· καὶ τότε παύσῃ.
    Αἶ αἴ σοι, χώρα Γὼγ ἠδὲ Μαγὼγ, μέσον οὖσα

296. R. λιπόμην. L. λοιπόμην. Deinde B. μέγαν omisit.

301. Pr. cum B. ὅσσα κε τῇ βαβυλῶν, hoc accentu. R. L. ὕσσα καί τοι βαβυλὼν ἐμήσατο. Cast. emendavit.

302. Pr. et Cast. ἀθ. ὅτι θεοῦ ναὸν μέγαν. R. L. ἀθ. θ' ὅτι οἱ θεοῦ ν. μ. Ops. ut nos, nisi quod θ' post ἀθάνατος addidit.

303. Prophetarum vaticinia de Babylonis excidio, præsertim Isaiæ, cap. 13, initari potuit Noster, sed multo magis Apocalypseos, cap. 18, v. 10 : Οὐαὶ, οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη Βαβυλών, κ. τ. λ.

305. R. L. καὶ non habent.

309. Cum τέκνοις supple σύν vel ἅμα, sicut infra cum τεκέεσσιν, v. 479.

310. R. L. ὡς ἦσθα καὶ πρὸ τοῦ.

311. R. L. ἀφ' αἵματος et αὔτη.

312. Pr. cum A. B. ἀνδρῶν τ' ἀγαθῶν τε δικαίων αἷμα. Cæteri edd. item, sed addito τ' ante αἷμα. R. L. ἀνδρῶν τ' ἀγαθῶν τε ἀνδρῶν δικαίων, omissa voce αἷμα quæ in edd. redundat et ex margine videtur irrepsisse. Nos proxime ad codd. accedimus. De sensu, similia sunt multa apud prophetas ; sed et Apocal. cap. 16, v. 6 : Ὅτι αἷμα ἁγίων καὶ προφητῶν ἐξέχεον.

313. Genes. cap. 4, v. 10 : Φωνὴ τοῦ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σοῦ βοᾷ πρός με ἐκ τῆς γῆς. Inde celebris apud Judæos metaphora, quam et alias in sacris libris reperimus, et Machab. II, cap. 8, v. 3 : Τῶν καταβοώντων πρὸς αὐτὸν αἱμάτων.

315. Pr. et B. οὐπώποτ' ἤλπισας. Cast.

Orabam magnum genitorem, vis ut abesset
Importuna : sed ecce sonat vox magna Tonantis,
Meque jubet cunctis iterum prædicere terris,
Atque animis regum res insinuare futuras ;
Ac primum quam multa paret quamque aspera damna
Rex immortalis Babyloni vana furenti,
Haud impune Dei quoniam vastaverit ædem.

Heu, Babylon ! heu, triste hominum genus Assyriorum !
Omnem quippe tuam pervadet maxima terram
Tempestas, cum victoris clamoribus hostis,
Verberibusque Dei magni, qui carminis auctor.
Aerius veniet tibi namque, et pronus ab alto
Vertice, sacratis cæli de sedibus, ultor
Incumbet Deus, et disperdet teque tuosque.
Tunc eris ut fueras, ceu nunquam nata fuisses.
Sanguine tunc, Babylon, implebere, sanguinis olim
Quæ sitiens ibas, justosque bonosque trucidans,
Unde cruor fusus, nunc, nunc quoque ad æthera clamat.

Et tibi magna venit clades, Ægypte, tuasque
Inviset funesta domos, nil tale timentis.
Nam te per mediam gladius penetrabit acutus,
Incumbetque tibi dispersio, morsque, famesque,
Septima quum regum stirps venerit : hæc tibi meta.

Heu tibi, Gog, tractusque Magog, qui dividis amnes

οὐ πώποτε ἤλπ. Ops. cum R. L. ut nos.

316. Edd. cum B. ῥρμφαία γὰρ διελεύσεται διὰ μέσον σεῖο. R. διὰ μέσου. L. διὰ μέσσου. Omnes in fine σεῖο. Corruptum versum restituimus, pronomine transposito, circumflexa autem futuri forma, et sæpe in Sibyllinis. Metaphora ducta est ab Ezechiele propheta, cap. 14, v. 17 : Ῥομφαία διελθέτω διὰ τῆς γῆς.

317. R. L. ὁ σκορπισμὸς δὲ καὶ θ. B. σκορπισμὸς μετὲ καὶ θ. Edd. ut nos.

318. De septimo Ptolemæo supra jam mentio facta est, v. 192, sq. et infra fiet, v. 608. In fine edd. παύσει. A. B. cum R. L. παύση, idem quod παύσῃ. Nec dubia est lectio ; sed sensus offendit. Nam si hæc recentius scripta sunt quam cetera hujus libri, sub Romanis nempe imperatoribus, non potuit ignorare Noster in septimo rege non substitisse Ptolemæorum prolem, eamque diu superfuisse, cumque ipsa Ægypti regnum. Ergo παύσῃ aliter intelligendum est, de fine scilicet Ægyptiæ calamitatis post Antiochi discessum, quo plane sensu lib. V, v. 457, legetur : Ὅτ' ἐπαύσατ' ὄλεθρος Αἰγύπτου. Confer de Sibyllinis Excursum nostrum V.

319. B. in fine, μέσον οὖσαι, cetera ut nos. R. L. prorsus diverse : αἲ αἴ σοι χῶρα γὼν (L. γὸν) ἠδὲ μαγὼν ἡ οὖσα ἀνὰ μέσον (L. μέσσον). Recurrent Gog et Magog, infra, v. 512, quem locum habuit fortasse ob oculos interpolator, vel respexit ad Ezechielis capita 38, sq. vel ad Apocalypsin, cap. 20, v. 7. Quod au-

Αἰθιόπων ποταμῶν, πόσον αἵματος ἔκχυμα δέξῃ,
Καὶ κρίσεως οἴκησις ἐν ἀνθρώποισι κεκλήσῃ,
Καὶ πίεταί σου γαῖα πολύδροσος αἷμα κελαινόν.

Αἲ αἴ σοι, Λιβύη· αἲ αἲ δὲ, θάλασσά τε καὶ γᾶ·
Θυγατέρες δυσμῶν, ὡς ἥξετε πικρὸν ἐς ἦμαρ.
Ἥξετε καὶ χαλεποῖο διωκόμεναι ὑπ' ἀγῶνος,
Δεινοῦ καὶ χαλεποῦ· δεινὴ κρίσις ἔσσεται αὖθις,
Καὶ κατ' ἀνάγκην πάντες ἐλεύσεσθε ἐς ὄλεθρον,
Ἀνθ' ὧν ἀθανάτοιο μέγαν διεδηλήσασθε
Οἶκον, ὀδοῦσι σιδηρείοις τ' ἐμασήσατε δεινῶς.
Τοὔνεκα δὴ νεκρῶν πλήρη σὴν γαῖαν ἐπόψει,
Τοὺς μὲν ὑπὸ πολέμου, καὶ πάσης δαίμονος ὁρμῆς,
Λιμοῦ καὶ λοιμοῦ, ὑπὸ δ' ἐχθρῶν βαρβαροθύμων.
Γαῖα ἔρημος ἅπασα σέθεν, καὶ ἔρημα πόληος.

Ἐν δὲ δύσει ἀστὴρ λάμψει, ὃν ἐροῦσι κομήτην,
Ῥομφαίας, λιμοῦ, θανάτοιό τε σῆμα βροτοῖσιν,
Ἡγεμόνων τε φθορὰν ἀνδρῶν μεγάλων τ' ἐπισήμων.

Σήματα δ' ἔσσεται αὖθις ἐν ἀνθρώποισι μέγιστα.
Καὶ γὰρ Μαιῶτιν λίμνην Τάναϊς βαθυδίνης
Λείψει· καδδὲ ῥόον βαθὺν αὔλακος ἔσσεται ὁλκὸς
Καρποφόρου· τὸ δὲ ῥεῦμα τὸ μυρίον αὐχέν' ἐφέξει.
Χάσματα, ἠδὲ βάραθρ' ἀγανῆ· πολλαὶ δὲ πόληες

tem Gog et Magog in Æthiopia collocat homo Ægyptius, inter duos fluvios, Nilum videlicet et Astaboram ; id sane vix poterat exspectari a diligente, ut videtur, prophetarum lectore. Nam ex ipsius Ezechielis testimonio satis constat eas gentes (imo eam gentem, quoniam Gog esse in terra Magog discimus ex eodem cap. 38, v. 2), longe ab Æthiopia esse quærendas, nempe ad ultimum septentrionem unde princeps Gog adducitur, cap. 39, v. 2, ἀπ' ἐσχάτου τοῦ Βοῤῥᾶ. Recte itaque interpretes de Scythia locum illum prophetiæ acceperunt, allusumque putant ad Scytharum in Asiam incursionem sub Phaorte, Medorum rege factam, si Eusebio fides ; sin Herodoto, sub Cyaxare. In Apocalypsi latius eædem voces extenduntur, videnturque Gog et Magog accipi de barbara quavis natione in ultimis terrarum degente finibus ad omnes mundi angulos, ἐν τέσσαρσι γωνίαις τῆς γῆς, quod Nostro aliquid affert excusationis.

320. L. αἵματος omisit.

322. A. παλίδροσος.

323. R. L. αἲ αἴ σοι θάλασσά τε καὶ γαῖα. Edd. cum B. ut nos. Notanda est γᾶ dorica forma, alias Sibyllæ inusitata, pro qua tamen A. γῇ exhibet, magis attice, et melius, nisi sic versus male sonaret. Simile est, Apocal. cap 12, v. 13 : Οὐαὶ τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ.

325. Pr. ἥξετε χαλεπ. Cast. e conj. ἥξετε δὴ χαλ. quem Ops. secutus est. Sed A. B. cum R. L. ut nos. Deinde B. διωκόμενος.

326. In fine, A. αὖθις, ut ceteri omnes; sed eadem manus αὖτις superscripsit.

327. Pr. et Cast. cum B. ἐλεύσεσθ' εἰς

Æthiopum medius! Quantum tibi sanguinis instat!
Judicii pœnæque domus dicere per orbem,
Infelix tellus, quum sanguine tincta madebis.
Heu, Libya infelix! eheu, mare terraque! Vobis,
Occiduæ gentes, orietur tempus acerbum.
Luctandum vobis fuerit certamine longo,
Assiduoque, gravique; ac demum pœna luenda
Omnibus, et dura pereundum lege, quod altam
Æterni sedem et magni penetralia regis
Ferratis graviter mandistis dentibus. Ergo
Strata cadaveribus cernes tua rura cruentis
Natorum, quos dextra Dei, pestisve, famesve,
Bellave sustulerint atque implacabilis hostis.
Omnis terra tibi deserta, urbesque relictæ.
Stella sed occiduo fulgebit ab axe, Cometam
Quam dicent, gladii signum, cædisque, famisque,
Exitiique ducum magnorum nobiliumque.
Plurima præterea mortales signa monebunt.
Altus enim Tanaïs Mæotica stagna relinquet,
Exhaustique lacus fundum præbebit arandis
Frugibus; undarum sistentur mille fluenta.
Hiscent vasta barathra : ruent simul oppida multa

ὅλ. Ops. ἐλεύσεσθ' ἐς ὅλ. R. L. ἐλεύσεσθε εἰς ὅλ. Melius esset πρὸς quam εἰς.

329. R. L. τε non habent.

333. L. sub finem ἔρημος, contra metrum. Ceteri omnes ἔρημα, æolice. Ductus est versus e superiore, v. 273.

334. Capitolinus in Antonini vita, inter cetera quæ sub illo adversa evenerunt, cometæ etiam meminit : « Apparuit et stella crinita. »

336. Melius scriberetur φθορᾶς.

338. Edd. et codd. Μαιῶτις λίμνη, addita post λίμνη virgula, et impedito sensu : nos correximus.

341. Statim, qui leget hæc, animum advertet ad immanem terræ motum, quo, sub Tiberii principatu, duodecim Asiæ urbes corruerunt : Tacit. Annal. II, § 47. Nomina tamen urbium non consonant, exceptis duabus tribusve : nec ad Europam pervasisse fertur ille motus; neque videtur eam cladem subsecuta esse calamitas ulla Alexandriæ aut Ægypti. Alius motus, Tigrane regnante, octodecim circiter annis ante bellum Cæsaris Alexandrinum, Syriam totam, Cycladas quoque et Eubœam concusserat, teste Justino XL, § 2, sed nec sic nomina conveniunt. Obversati sunt Nostro potius motus illi terrarum bene multi quibus plenæ sunt historiæ, sub Trajano præsertim Hadrianoque et Antoninis, ab Eusebio in annos suos distributi. Nec omnia ex eventu cecinit. Satius est credere, multa gratis prædici a poeta, respiciente tamen ad similes suorum vel præteritorum temporum calamitates, nec sine consilio tot delendis urbibus nonnullas annumerante quas jam olim deletas norat, quo speciem quamdam antiquitatis, simul et veritatis, oraculis suis conciliaret.

Αὔτανδροι πεσέονται· ἐν Ἀσσίδι μὲν Ἰασσὸς,
Κέβρη, Πανδονίη, Κολοφὼν, Ἔφεσος, Νίκαια,
Ἀντιόχεια, Τάναγρα, Σινώπη, Σμύρνα, [Μυρίνη]·
Εὐρώπης δὲ Κύαγρα, Κλίτος, Βασιλὶς, Μερόπεια,
Ἀντιγόνη, Μαγνησία, Μυκήνη, Πάνθεια·
Γάζα πανολβίστη, Ἱεράπολις, Ἀστυπάλαια.
Ἴσθι τότ', Αἰγύπτου ὅλοον γένος, ἐγγὺς ὀλέθρου,
Καὶ τότ' Ἀλεξανδρεῦσιν ἔτος τὸ παρελθὸν ἄμεινον.
Ὁππόσα δασμοφόρου Ἀσίης ὑπεδέξατο Ῥώμη,
Χρήματά κεν τρὶς τόσσα δεδέξεται ἔμπαλιν Ἀσσὶς
Ἐκ Ῥώμης, ὀλοὴν δ' ἀποτίσεται ὕβριν ἐς αὐτήν.
Ὅσσοι δ' ἐξ Ἀσίης Ἰταλῶν δόμον ἀμφεπόλευσαν,
Εἰκοσάκις τοσσοῦτοι ἐν Ἀσσίδι θητεύσουσιν
Ἰταλοὶ ἐν πενίῃ, ἀνὰ μυρία δ' ὀφλήσουσιν.

342. In Ἀσσίδι, pro quo Ἀσσῖδι scribendum esset si ferret usus, ultimæ duæ producuntur metri causa. B. ἀσσηΐδι habet, hoc accentu. Pro Ἰασσίς, R. L. ἡ Ἀσσίς, nullo sensu: legendum videtur Ἰασσός, urbis nomen in Caria.

343. Κέβρη, pro qua B. κίβρη, nihili vox est: lege Κέβρην. Urbem enim Κέβρηνα, in Cebrenia Troadis regione agnoscunt Didymus apud Steph. de Urb. et Strabo, lib. XIII, p. 607, etsi idem paulo ante p. 596, Κεβρηνήν eam vocaverat, jam suo tempore antiquatam. Πανδονίη quæ fuerit ignoratur, nisi forte Μυγδονίη legendum, quo nomine vocari Myrleam suspicabimur ad Sibyll. VII, v. 102.

344. Τάναγρα Bœotiæ præclara est; Asiæ, prorsus ignota: mendum fortasse subest, de quo cfr. not. seq. In fine edd. Σμύρνη, Μᾶρος. B. σμύρνη, μάρος. R. σμύρνη μεροσύνη. L. σμήρνη μαροσύνη. Corruptissima omnia, pro quibus nos legendum censuimus Σμύρνα, Μυρίνη. Scilicet quum librarius imprudens e versu sequenti Μερόπειαν huc adducere cœpisset, errore confestim agnito, erasisque, sed parum diligenter, literis in quibus peccaverat, et aliis superinductis, monstrum lectionis creavit. Erat urbs Μυρίνη in Æolide, Smyrnæ vicina, simulque cum ea inter duodecim urbes sub Tiberio deletas comprehensa, Μύρινα quoque in monumento Puteolano, Μύριννα apud Stephan. de Urbibus, æolice dicta, sed ionice et attice Μυρίνη, ut est apud Apoll. Rhod. I, v. 604 et 634, ejusque Scholiasten. Strabo, p. 622, πολίχνιον Μυριναίων vocat, et in nummis legitur ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ.

345. R. L. σκύαγρα. Lectio incerta, nam urbs ignota; et fortasse Τάναγρα e versu priore huc revocandum, ut in illo pro Τάναγρα legatur Σύαγρα, urbs Ciliciæ, permutatis a librario nominibus. Κλίτος deinde videtur idem esse ac Pausaniæ Κλείτωρ, urbs Arcadiæ, literis ς et ρ æolico more confusis: duci autem potuit urbis nomen a declivi locorum situ. Βασιλίς, quæ Stephano Βάσιλις, in Arcadia fuit, jam Pausaniæ temporibus diruta: Paus. Arcad. § 29. Μερόπεια nondum nobis innotuit, quæ fortasse in Messenia fuit aut in Arcadia: neque enim de Co Meropide cogitari licet, quæ non Europæ, sed Asiæ insula est, etsi eam cum Ceo Atticæ confusam fuisse etiam a Stephano geographo, questi sunt ejus interpretes.

346. Ἀντιγόνη poetice vocatur quæ vulgo Ἀντιγόνεια, sic ab Antigono Dosonte Macedonum rege dicta, clara olim sub Mantineæ nomine, quod postea decreto Hadriani recuperavit: Pausan.

Plena viris : urbes Asiæ, quas inter Iassus,
Cebraque, Pandonia et Colophon, Nicæa Ephesusque,
Antiochia, Tanagra, Sinope, Smyrna, Myrina;
Europæque Cyagra, Clitus, Basilis, Meropea,
Antigone, Magnesia, Mycene, Panthea,
Gaza diu felix, Hierapolis, Astypalæa.
Tum scito Ægypti populis accedere finem;
Et tibi, Alexandria, prior tum gratior annus.
Divitias quantas, et vectigalia quanta
Roma Asiæ rapuit, ter tantum plusque rependet
Roma Asiæ, meritasque luet cum fenore pœnas;
Quotque Asia ex omni servos gens Itala abegit,
Vicenos toties Italos Asiatica tellus,
Servitio addicet : nec sic tamen omnia solvent.

Arcad. § 8. Μαγνησία, ultimo α male correpto, non illa est ad Sipylum sub Tiberio quassata, sed alia Thessaliæ sub Pelio monte, de qua Pausan. Ach. § 7. Μυκήνη, υ male producto, Agamemnonis Mycenas illas significat, quarum rudera Pausaniæ tempore visebantur, deleta urbe, non tamen terræ motu, sed Achivorum odio : Paus. Corinth. § 16. Πάνθεια urbs ignota est, quæ in edd. Πανθεῖα male scribitur : codd. accentum retrahunt, ut nos.

347. R. L. πανολβίη. Sed πανολβίστη recte dicitur Gaza, urbs quondam opulentissima; quæ quum in Phœnice, non in Europa sit, sicuti nec duæ proxime sequentes urbes, apparet hunc versum sua sede dimotum, meliusque supra post v. 344 esse reponendum. Ἱεράπολις inter Phrygiam et Lydiam posita fuit, a templorum multitudine sic appellata, ut ait Stephanus de Urbibus, qui et alias tres ejusdem nominis enumerat, unam in Caria, in Syria alteram, tertiam in Creta, sed multo obscuriores. Deinde nos Ἀστυπάλαια, quum edd. ἀστυπαλοῖο, codd. ἀστυπαλεοῖο aut ἀστυπαλέοιο præferant; sed unice verum est Ἀστυπάλαια, sive una e cycladibus intelligatur, sive insula Cretam inter et Rhodum, sive civitas in Samo vel alia in Co insula, quod ultimum propius vero videtur, propter frequentes ibi terræ tremores. Nam Atticæ promontorium ejusdem nominis ab hoc loco alienum est.

350. Edd. et codd. ὁππότε δασμοφόρους Ἀσίης ὑπεδέξατο Ῥώμη, et hunc versum cum priore conjungunt, ut tunc imminere dicatur urbi Alexandriæ clades, quum Asia vectigal Romanis solvere cœperit : quod nobis non placet. Legendum ὁππόσα satis demonstrat sequentis versus opposita vox τόσσα, et sic infra ὅσσοι δὲ.... εἰκοσάκις τοσσοῦτοι. Quare et δασμοφόρου sine ς accepimus. Recurret idem sensus, ac prope iisdem verbis lib. IV, v. 142, sqq. Lactantius ad hunc vel illum Sibyllæ locum respexit, quum ait, lib. VII, cap. 15 : « Romanum nomen quo nunc regitur orbis... tolletur « de terra, et imperium in Asiam re« vertetur, ac rursus oriens dominabitur, « atque occidens serviet. » Fuisse autem olim vulgatam apud Asianos opinionem « fore ut valesceret Oriens, » testantur satis expresse Tacitus, Hist. V, § 13, et Suetonius, Vesp. § 4.

351. R. L. καὶ χρήματα.

354. Edd. et codd. τοσσοῦτον, supple χρόνον. Sed verius nos, τοσσοῦτοι. : confer not. pr. In fine, B. θητεύουσιν.

355. R. L. οἱ ἰταλοὶ πενίην ἀνὰ μυρίαν ὀφλ. B. ἀνὰ μυριάδ' ὀφιλήσουσι, verbo sic corrupto. Edd. ut nos. Est autem ἀνὰ distributivum, et multas indicat μυριάδας, *multa sestertium millia*.

Ὦ χλιδανὴ ζάχρυσε Λατινίδος ἔκγονε Ῥώμης
Παρθένε, πολλάκι σοῖσι πολυμνήστοισι γάμοισιν
Οἰνωθεῖσα λάτρις νυμφεύσεαι οὐκ ἐνὶ κόσμῳ.
Πολλάκι δ' ἁβρὴν σεῖο κόμην δέσποινά τε κείρει,
Ἠδὲ, δίκην διέπουσα, τὰ οὐρανόθεν ποτὶ γαῖαν
Ῥίψει, ἐκ δὲ γαίης πάλιν οὐρανὸν εἰς ἀνεγείρει,
Ὅττι βροτοὶ φαύλου ζωῆς ἀδίκου τ' ἐνέχοντο.
Ἔσται καὶ Σάμος ἄμμος, ἐσεῖται Δῆλος ἄδηλος,
Καὶ Ῥώμη ῥύμη· τὰ δὲ θέσφατα πάντα τελεῖται.
Σμύρνης δ' ὀλλυμένης οὐδεὶς λόγος ἔκδικος ἔσται,
Ἀλλὰ κακαῖς βουλαῖσι καὶ ἡγεμόνων κακότησιν.
Εἰρήνη δὲ γάληνος ἐν Ἀσσίδι γαῖαν ὁδεύσει.
Εὐρώπη δὲ μάκαιρα τότ' ἔσσεται, εὔβοτος αἰθὴρ,
Πουλυετὴς, εὔρωστος, ἀχείματος, ἠδ' ἀχάλαζος,
Πάντα φέρων καὶ πτηνὰ καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης.
Ὦ μακαριστὸς, ἐκεῖνον ὃς ἐς χρόνον ἔσσεται ἀνὴρ,
Ἠὲ γυνὴ, μακάρων κενεήφατος ὅσσον ἄγραυλος.
Εὐνομίη γὰρ πᾶσα ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Ἵξετ' ἐπ' ἀνθρώπους, ἠδ' εὐδικίη, μετὰ δ' αὐτῆς
Ἡ πάντων προφέρουσα βροτοῖς ὁμόνοια σαόφρων,
Καὶ στοργὴ, πίστις, φιλίη ξείνων· ἀπὸ δ' αὐτῶν
Ἠδέ τε δυσνομίη, μῶμος, φθόνος, ὀργὴ, ἄνοια·
Φεύξετ' ἀπ' ἀνθρώπων πενίη, καὶ φεύξετ' ἀνάγκη,
Καὶ φόνος, οὐλόμεναί τ' ἔριδες, καὶ νείκεα λυγρὰ,
Καὶ νυκτοκλοπίαι, καὶ πᾶν κακὸν ἤμασι κείνοις.

356. Pr. cum B. ὦ χλιδάνιζα, χρυσέ. Cast. et Ops. ὦ χλιδανὶ ζάχρυσε. R. L. ὦ χλιδάνιζε χρυσέ. Nos correximus. Ipsam autem Romam his vocibus, ἔκγονε Ῥώμης, compellari non est dubium, sicut apud prophetas sæpe, et apud Sibyllam lib. VIII, v. 324, θύγατερ Σιών ipsa vocatur Sion seu Jerusalem.

357. R. L. πολυμνήστορσι.

358. Edd. et codd. νυμφεύσεται: nos, sensu ducente correximus. Deinde R. L. οὐχ ἐνί, male. Sponsis et procis assimilat Noster eos omnes qui Romæ nuptias, id est, imperium ambituri sunt, quosque ἐραστάς vocabit infra, v. 413.

359. R. L. τε non habent. Δέσποινα ipsa est Fortuna, Romæ domina, de qua similia canit Horatius, lib. I, od. 35, hymno ad Fort. Antiatem. Κείρει, præsens est pro futuro, nisi quis κείρῃ malit.

360. L. ἡ δέ.

361. R. L. ῥίψει δ' ἐκ γαίης πάλιν δ' οὐρανὸν εἰς ἀνεγείρῃ. Post hunc versum lacunam subesse putat Ops.

363. R. L. ἐσσεῖται δὲ δῆλος ἄδηλος. Versus paronomasia insignis, qui etiam recurret infra, sed in duas partes confractus, lib. VIII, v. 165, sq. nec multo secus lib. IV, v. 91, sq. Locum latine vertit Tertullianus, de Pallio, § 2: « Quum inter insulas nulla jam Delos, « arenæ Samos, et Sibylla non mendax. »

364. Item in lib. VIII, v. 166, legetur καὶ Ῥώμη, ῥύμη, Inde Lactantius, lib.

O mollis divesque Latinæ filia Romæ,
Deliciis auroque fluens, inhonesta virago,
Ebria mille procis nubes, ancillaque fies.
Sæpe tibi vellet teneros hera dura capillos,
Et pœnas repetens, nunc te de vertice celso
Pronam affliget humi, nunc rursus ad æthera tollet;
Pravi adeo mores hominum, perversaque vita!
Fiet arena Samus; Delus deleta jacebit.
Fiet Roma ruina, et prædicta omnia fient.
Nullaque erit Smyrnæ pereuntis mentio : pravis
Consiliis culpaque ducum cadet illa suorum.
Pax autem felix Asiæ dominabitur oris,
Europamque manet sors optima, fertile cælum,
Mite, perenne, carens nimbis et grandine sæva,
Omnia larga ferens, pecudum genus atque volucrum.
O nimium felix, qui tempora viderit illa,
Seu vir, seu mulier! Quales finguntur amœnæ
Fortunatorum sedes. Namque æthere ab alto
Justitia, et legum vigor, et concordia multis
Anteferenda bonis, terras inviset, amorque
Mutuus, hospitiique fides : ast improba longe
Vis aberit, livorque malus, dementia et ira.
Paupertas etiam, duræque injuria sortis,
Cædes, et nocuæ lites, rixæque molestæ,
Et nocturna aberunt furta, et genus omne malorum.

VII, cap. 25 : « Quum caput illud orbis « occiderit, et ῥύμη esse cœperit, quod « Sibyllæ fore aiunt. » Palladius, Lausiac. § 119, in vita Melaniæ : Ὡς γενέσθαι τὴν Ῥώμην...., κατὰ τὴν τῆς Σιβύλλης ῥῆσιν, ῥύμην.

366. Pr. et Cast. βουλαῖς. Ops. et codd. βουλαῖσι, ut nos. In fine Ops. κακότητι, sine auctoritate.

367. R. L. γαῖα. An melius γαίῃ? Rursum gratis vaticinatur Sibylla, modo sinistra omnia, nunc omnia fausta prædicens, nec tamen committens ut tempus ullum definiat, locos imitata prophetarum, quos promissis felicibus lætos minis suis admiscere interdum solent. Sensus universus est, regnaturam fuisse in Asia pacem, nisi Macedones, etc. : confer infra v. 381, sqq.

369. Pr. et codd. ἀχείμαστος : correxit Cast.

371. Edd. et codd. μακάριστος, ac deinde R. L. ἐκεῖνος. Recurret hic versus in fine libri IV, ubi ἐκεῖνος legitur et μακαριστός.

372. Alludit ad fabulam notissimam de Fortunatis campis.

374. Edd. et codd. ἥξετ'. Deinde R. ἠδ' εὐδοκίη. L. ἡ δ' εὐδοκίη. Sed edd. cum B. ἠδ' εὐδικίη, melius. Omnes denique edd. et codd. μετὰ δ' αὐτοῖς, quod correximus.

378. Post πενίη, R. L. καί non habent.

Ἀλλὰ Μακηδονίη βαρὺ τέξεται Ἀσσίδι πῆμα,
Εὐρώπης τε μέγιστον ἀνασταχυώσεται ἄλγος
Ἐκ γενεῆς Κρονιδῶν τε νόθων, δούλων τε γενέθλης.
Κείνη καὶ Βαβυλῶνα πόλιν δεδομήσετ' ἐρυμνὴν,
Καὶ πάσης ὁπόσης ἐπιδέρκεται ἥλιος αἴης
Δεσπότις αὐδηθεῖσα, κακαῖς ἄτῃσιν ὀλεῖται,
Οὐ νόμον ὀψιγόνοισι πολυπλάγκτοισιν ἔχουσα.
Ἥξει καί ποτ' ἄπυστ' [εἰς] Ἀσσίδος ὄλβιον οὖδας,
Ἀνὴρ πορφυρέην λώπην ἐπιειμένος ὤμοις,
Ἄγριος, ἀλλοδίκης, φλογόεις· ἤγειρε γὰρ αὐτὸν
Πρόσθε κεραυνὸς φῶτα· κακὸν δ' Ἀσίη ζυγὸν ἕξει
Πᾶσα, πολὺν δὲ χθὼν πίεται φόνον ὀμβρηθεῖσα.
Ἀλλὰ καὶ ὣς πανάϊστον ἅπαντ' Ἀΐδης θεραπεύσει·
Ὧν δή περ γενεὴν αὐτὸς θέλει ἐξαπολέσσαι,
Ἐκ τῶν δὴ γενεῆς κείνου γένος ἐξαπολεῖται·
Ῥίζαν ἴαν γε διδοὺς, ἣν καὶ κόψει Βροτολοιγὸς
Ἐκ δέκα δὴ κεράτων, παρὰ δὲ φυτὸν ἄλλο φυτεύσει.
Κόψει πορφυρέης γενεῆς γενετῆρα μαχητὴν,

381. R. L. μακεδονίη. Notandum ἀλλά quo hic versus cum præcedentibus 367, sqq. coalescit.

382. Jam vero hinc ad versum 400 obscura et ambigua videntur omnia, non quod ad verborum sensum, sed quod ad auctoris mentem attinet. Tota autem controversia quodammodo ex hoc ipso versu pendet, sive ut Castalioni visum est, ad Romanos pertinere censendus est, sive, ut auctori libri XI, ad Macedonas, quod nobis quidem non placet: confer not. sq.

383. Pr. et Cast. ἐκ γενετῆς κρονίδων τε νόθον δοῦλον τε γενέθλης, et sic B. nisi quod κρονιδῶν, eodem quo nos accentu, habet. Contra Ops. ἐκ γενεῆς κρονίδαο νόθον, et sic R. L. nec aliter legisse videtur auctor libri XI: omnes deinde in fine δοῦλον, sed Ops. δοῦλόν τε, R. L. δοῦλόν γε habent, ubi necessario scribendum erat δούλων τε. Nec minus videtur necessarium νόθων, nisi νόθου malint qui Κρονίδαο legunt. Ii sane, primusque inter eos auctor libri XI, quem ibi confer, v. 199, sqq. ad Alexandrum hæc referunt, propter falsam ejus cum Jove cognationem, lib. V, v. 8, et alias in Sibyllinis exagitatam. Sed δούλων τε γενέθλης non habent quomodo exponant, nisi vel Olympiadis famæ minus parcant, vel ad Alexandri majores respiciant, priscos illos et parum notos Macedoniæ reges olim Persarum regibus mancipatos, quod parum videtur probabile; itaque ab auctore libri XI ultima hæc verba omissa sunt. Nobis non modo videntur retinenda; sed et totus versus cum origine Romanorum a Saturno ducta cumque Romulei asyli memoria plane concordat.

384. Hic versus de Macedonia æque dici potuit ac de Roma; sed sequens de Roma potius.

385. A. B. in fine, γαίης, male.

387. Hoc de Macedonia verum est; sed et Romæ finis in Sibyllinis sæpe prædicitur, quem statim post Antoninorum regna futurum exspectabant illorum temporum Judæi Christianique; confer lib. VIII, passim.

388. Edd. et codd. ἥξει καί ποτ' ἄπιστ'

Ast Asiæ fatale Macedonia aspera vulnus
Inferet : Europæque dolor succrescet acerbus
Saturni de gente notha servisque creata.
Illa quidem validam muris Babylona domabit,
Et qua sol radiat, totum regina per orbem
Dicta, trahet miseram fatali clade ruinam,
Non ad multivagos legem extensura nepotes.
Descendet subitus minimeque optatus in agros,
Felices agros Asiæ, spectandus amictu
Purpureo, vir mente ferox, torrentior igne,
Fulmine prognatus. Feret hinc Asiatica durum
Terra jugum, multumque bibet madefacta cruorem.
Sed tamen hunc etiam fatalis demetet Orcus,
Et quorum voluit prolem delere, per illos
Ipse sua cum prole cadet : de stirpe manebit
Radix una super, quam Mars homicida secabit,
Atque novam sobolem denis e cornibus edet.
Purpureæ prolis ferietur Martius auctor,

ἐξ Ἀσσ. Nos correximus, ut *ex improviso,* ἄπυστα, venturus intelligatur in Asiam (non ex Asia, volente εἰς, non ἐξ, ipsa syntaxi), quisquis demum ille canitur. Auctor libri XI ad Alexandrum hæc retulit; nos ad sæpe memoratum in sibyllinis libris Hadrianum, cujus in Asiam adventus extremæ Judæorum calamitatis initium fuit.

393. A. πανεύιστον. Deinde edd. cum B. ἄπαντα ἴδῃς θεραπεύσῃ, proposita tamen ad Opsopœi marginem vera lectione, quam dant R. L. Conspirat A. partim cum editis, ἄπαντα ἴδῃς, partim cum R. L. θεραπεύσει. Est autem θεραπεύσει pro θερίσει, *demetet,* improprie quidem dictum, sed etymo non repugnante.

394. A. ἐξαπολέσαι. R. L. ἐξαπολέσθαι, male. In hoc et sequenti versu obscuræ insunt minæ, ex quibus nihil nos aliud elicimus, nisi Hadriani genus, id est Antoninorum, per Judæos olim periturum, quod alibi quoque innuitur lib. VIII, v. 140, sqq. plura nos in Excursu V.

395. A. ἐκ τῷ δή. Deinde B. γένος omittit.

396. R. L. γε non habent. Laborat constructio, sed non ita ut sensui multum officiat; nam διδοὺς ad αὐτός manifesto pertinet, id est, ut nos quidem interpretamur, ad Hadrianum, Antoninæ stirpis auctorem, etsi non natura, sed adoptione. Qui de Alexandro versus priores acceperunt, videant num in Ptolemæorum stirpem tam bene hæc conferri possint : nobis non facile rem persuaserit auctor libri XI.

397. R. L. παρὰ δή. Metaphora decem cornuum et unius illis adnascentis orta est e Daniele, cap. 7, v. 7, sqq. 23, sq. Repetita partim in Apocalysi, cap. 17, v. 3, et vix aliter intelligenda quam de decem Romanis principibus non a Julio Cæsare, sed a Vespasiano numeratis, aperte sic figuræ sensum explicante ipso Johanne, Apocal. cap. 17, v. 12, sqq. Sed auctor libri XI maluit ad decem Ptolemæos respicere, ut cornu adnascens ipsa esset Cleopatra. Nos quærendum minus anxie censemus, quid de cornu illo senserint Sibyllistæ, quoniam eventura post se canebant; et tamen de Antichristo cogitasse verisimile est.

398. B. μαχητόν, male.

Καὐτὸς ἀφ᾽ υἱῶν, ὧν ἐς ὁμόφρονα αἴσιον ἄῤῥης,
Φθεῖται· καὶ τότε δὴ παραφυόμενον κέρας ἄρξει.
Ἔσται καὶ Φρυγίῃ δὲ φερεσβίῳ αὐτίκα τέκμαρ,
Ὁππότε κεν Ῥείης μιαρὸν γένος, ἐν χθονὶ [δίᾳ],
Ἀέναον ῥίζῃσιν ἀδιψήτοισι τεθηλὸς,
Αὐτόπρεμνον πανάϊστον ἰῇ ἐν νυκτὶ γένηται,
Ἐν πόλει Ἀντάνδρῳ, σεισίχθονος Ἐννοσιγαίου
Ἣν τότε φημίξουσιν ἐπωνυμίην Δορύλαιον,
Ἀρχαίης Φρυγίης πολυδακρύτοιο κελαινῆς.
Ἔστ᾽ ἄρα καιρὸς ἐκεῖνος ἐπωνυμίην ἐνοσίχθων·
Κευθμῶνας γαίης σκεδάσει, καὶ τείχεα λύσει.
Σήματα δ᾽ οὐκ ἀγαθοῖο, κακοῖο δὲ φύσεται ἀρχή·
Παμφύλου πολέμοιο δαήμονας ἕξει ἀνάγκας,
Αἰνεάδας [γε] διδοὺς αὐτόχθονας, ἐγγενὲς αἷμα,
Ἀλλὰ καὶ αὖθις ἕλωρ ἐπὶ ἀνθρώποισιν ἐρασταῖς.

399. Corrupta versus lectio; summa tamen sententiæ certa est: nam verba καὐτὸς ἀφ᾽ υἱῶν... φθεῖται sana sunt. Nos illum γενετῆρα μαχητὴν, a filiis interimendum, non alium putamus esse quam vel ipsum Hadrianum, cujus de morte falsi rumores in populum differri facile potuerunt (tam dirus ac pæne in se violentus fuit ejus finis), vel Antoninum potius, quamvis minime bellicosum principem, quem a filiis regno eversum iri libenter ominabatur Judæorum et Christianorum invidia: confer. lib V, v. 221, sqq. Auctor vero libri XI, quum ad Ptolemæos omnia referret, neminem ex iis proprie designari censuit, sed unumquemque eorum a filiis occisum iri; quod historiæ repugnat. Cetera verba prorsus corrupta non facile quidem medicum, sed facilius interpretem reperient: nam debuit aliquid legi quale est ὧν ἐς ὁμόφρονα δέξεται ἀρχήν, vel οἷσιν ὁμόφρονος αἴτιος ἀρχῆς. In fine R. L. ἄρης habent, ubi B. cum edd. ἄῤῥης. Auctor libri XI ὑφ᾽ υἱῆος scripsit, omissis quæ deinde corrupta sunt.

400. Insolens est φθεῖται pro φθίσεται, sed minime dubium. De cornu adnascituro confer supra not. ad v. 397.

401. R. L. δέ non habent. Locum ingredimur a priore prorsus diversum, sed nec minus obscurum nec corruptæ minus lectionis. Agitur ibi de motu aliquo terrarum circa quædam Phrygiæ loca grassaturo. Pars hujus fragmenti, v. 402-406, occurrit jam nobis lib. I, v. 184, sqq. sed in alium prorsus usum detorta et diluvio universo accommodata, cum insigni varietate scripturæ.

402. Multum in hoc versu variatur. Edd. ὁππότε καί, ubi nos cum R. L. ὁππότε κεν. Deinde Pr. et B. ῥείεις, Cast. et Ops. cum R. L. Ῥείης. Pro μιαρόν, B. μικρόν habet, quod olim fortasse ἱερόν fuit. In fine, ubi nos δίᾳ, edd. et codd. omnes ῥεῦμα dant sine sensu. At libro I, v. 184: Ὁππότε καινιεῖ ἱερὸν γένος ἐν χθονὶ κῦμα; vides easdem prope literas, lectionem tamen sententiamque diversissimam. Nec mirum tam vexatam esse scripturam fragmenti, quod, ut videtur, ex aliquo antiquiore ethnicorum oraculo decerptum est a Sibyllistis et in suam rem versum. Hinc nomen Ῥείης ab aliis servatum librariis, ab aliis immutatum est. Hinc in hujus fine versus, ubi κῦμα vel ῥεῦμα de suo addiderant librarii, audacter ἐν χθονὶ δίᾳ restituimus, quod et supra v. 180 lectum erat, et aliis quoque apud Sibyllam locis vel repositum a nobis est vel reponetur.

Perque suos, sua quos in regna vocarit, alumnos
Occidet : adnatum regnabit denique cornu.
Frugiferæ sed erunt Phrygiæ tum pessima signa,
Quum gens illa Rheæ, vitiis polluta nefandis,
Telluri antiquæ æternis radicibus hærens,
Una nocte ruet, penitusque peribit, in urbe
Antandro, quam tunc Dorylæum nomine dicent,
Neptunum propter, cava qui fundamina quassat.
Hoc erit antiquæ Phrygiæ lacrimabile fatum :
Hæc vere poterunt Neptunia tempora dici,
Quæ latebras pandent terrarum, et mœnia rumpent.
Triste quidem fatum, sed tristius omine, quando
Arsuros toto præsagiet orbe tumultus,
Æneadasque, genus fratrum licet indigenarum,
Mutua venturos in prælia, propter amantes.

403. A. initio, ἀεννάου. In fine, edd. τεθηλώς. Codd. τεθηλός, ut primo libro, v. 186.

405. Edd. ἐν πόλει Ἀντάνδρῳ ἀτίσεις χθονὸς Ἐνν. et sic codd. nisi quod A. B. αὐτάνδρῳ, R. L. αὐτάνδρων habent. Sic quoque libro I, v. 187, καὶ πόλεις αὐτάνδρους legere est; sed ibi recte, ob mutatum vaticinii sensum: nunc de Antandro, urbe Phrygiæ, agi, quæcumque, demum illa fuerit, non est dubium. Deinde omnes sine sensu, ἀτίσεις χθονός: in B. supra ἀτίσεις scriptum est recentiore manu ὑπερβήσεις. Sed veram medelam σεισίχθονος jampridem Castalio proposuerat, quam nos e libro I, suadente eo, recepimus.

406. A. ὃν τότε. Deinde R. L. φημίζουσιν. In fine, edd. cum A. B. δορελάων, ubi nos cum R. L. Δορύλαιον, quod nomen urbi sane convenire potuit terræ tremorem passæ, σεισθέντων ὥσπερ δορὶ τῶν λαῶν. Sed quum nec Dorylæum illud, in Phrygia interiore celeberrimum, Antandri nomine unquam gavisum esse, nec Antandron ad Idæ radices Dorylæi nomen accepisse, scriptum adhuc reperiamus, quumque e Sibyllino versu appareat cognomen a Neptuno ductum significari, suspicamur legendum non Δορύλαιον, sed Ποσίδαιον, ut hæc omnia de Antandri clade non post eventum prædicta, sed ab audaciori vate gratis excogitata credas. Certum est Phrygiam ejusmodi cladibus obnoxiam et fuisse semper et adhuc esse.

407. Ἀρχαίης, epitheton est Phrygiæ aptissimum : confer lib. I, v. 196; lib. VII, v. 13, ibique notas. Κελαινῆς, ut lib. I, v. 261, μελαίνης, ad fertilitatem respicit.

410. R. L. οὐκ ἀγαθοῖς γε, κακοῖς δέ τε. B. quoque κακοῖς habet; sed idem ἀγαθοῖο, ut edd.

411. R. L. πολέμου, et postea cum edd. ἕξετ', ubi nos ἕξει, e conj. Παμφύλου autem πολέμου non de aliquo in Pamphylia bello, sed de universo per orbem Romanum tumultu intellige. Hoc enim docet sequens versus.

412. Edd. cum A. B. Αἰνεάδας δὲ διδούς, ubi nos γε, ut supra, v. 396. R. L. αἰνεάδας διδοὺς, sine copula, quod fortasse verius fuit, Sibylla libenter in talibus peccante. Deinde αὐτόχθονας legimus, ubi edd. et codd. αὐτόχθονος, sine sensu; neque enim αὐτόχθονος αἷμα facile dici potuit pro αὐτοχθόνων. R. L. εὐγενές, male, quum in edd. et A. B. ἐγγενές diserte sit expressum.

413. Edd. et A. B. ἀλλά τε αὖθις. R. L. ἀλλά τε καὶ αὖθις. Sensus idem fere qui

Ἴλιον, οἰκτείρω σε· κατὰ Σπάρτην γὰρ Ἐριννὺς
Βλαστήσει περικαλλὲς ἀείφατον ἔρνος ἄριστον,
Ἀσσίδος Εὐρώπης τε πολυσπερὲς οἶδμα λιποῦσα·
Σοὶ δὲ μάλιστα γόους, μόχθους, στοναχάς τε φέρουσα
Θήσει· ἀγήρατον δ' ἕξει κλέος ἐσσομένοισι.
Καί τις ψευδογράφος πρέσβυς βροτὸς ἔσσεται αὖθις,
Ψευδόπατρις· δύσει δὲ φάος ἐν ὀπῆσιν ἑῇσι·
Νοῦν δὲ πολὺν, καὶ ἔπος δ' ἕξει ἄμετρον διανοίας,
Οὐνόμασι δυσὶ μισγόμενον· Χῖον δὲ καλέσσει
Αὐτὸν, καὶ γράψει τὰ κατ' Ἴλιον, οὐ μὲν ἀληθῶς,
Ἀλλὰ σαφῶς, ἔπεσι γὰρ ἐμοῖς, μέτρων τε κρατήσει·
Πρῶτος γὰρ χείρεσσιν ἐμὰς βίβλους ἀνανείμη.
Αὐτὸς δ' αὖ μάλα κοσμήσει πολέμοιο κορυστὰς,
Ἕκτορα Πριαμίδην, καὶ Ἀχιλλέα Πηλείωνα,
Τούς τ' ἄλλους, ὁπόσοις πολεμήϊα ἔργα μέμηλε.
Καί γε θεοὺς τούτοισι παρίστασθαί γε ποιήσει,
Ψευδογραφῶν κατὰ πάντα τρόπον, μέροπας κενοκράνους.
Καὶ θανέειν μᾶλλον τοῖσι κλέος ἔσσεται εὐρὺ
Ἴλιον [ἀμφὶ]· καὶ αὐτὸς ἀμοιβαῖα λέξεται ἔργα.

Virgilio, Georg. I, v. 490: «Iterum videre Philippi.» Sed versum merito suspectum facit, quod paulo infra, v. 447, similis omnino legitur, ἀλλὰ μετ' αὖθις ἕλωρ ἔσῃ ἀνθρ. ἐρ. Et in hoc ipso versu 413, pro ἐπὶ, R. L. ἐσσὶ habent, quod ab ἔσῃ parum distat. Vocat autem ἐραστάς eosdem quos supra, v. 357, *procis* assimilavit, homines ambitiosos et occupandæ reipublicæ cupidos.

414. Incipit locus in Sibyllinis præclarus, ad quem respexit Lactantius, ubi ait, Divin. Inst. lib. I, cap. 6, Sibyllarum quintam a Varrone censeri Erythræam, «quam Apollodorus Erythræus affirmat suam fuisse civem, eamque Graiis Ilium petentibus vaticinatam, et perituram esse Trojam, et Homerum mendacia scripturum.» Confer eumdem de Ira dei, cap. 22 Hinc vero apparet simile aliquod oraculum inter antiquiora Græcorum Sibyllina vulgatum fuisse, quod Apollodorus habuerit ob oculos, quodque Noster, ut alia nonnulla ethnicorum oracula, in suam rem verterit. Sed hac de re plura nos in Excursu V. Nunc obiter monemus, quæ de Erythræa apud Lactantium ex Apollodoro et Varrone, eadem fere de Delphica narrari apud Pausaniam, Phoc. § 12: Καὶ Ἑλένην τε προεδήλωσεν ἐν τοῖς χρησμοῖς, ὡς ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς Ἀσίας καὶ Εὐρώπης τραφήσοιτο ἐν Σπάρτῃ, καὶ ὡς Ἴλιον ἁλώσεται δι' αὐτὴν ὑπὸ Ἑλλήνων.

416. R. L. πολυπερές.

418. Placebit alicui magis ἀγήραντον, metri causa; sed falso: nam ἀγήρατος a γηράσκω deducitur, non a γῆρας, cujus genitivo γήρατος minime usi sunt boni auctores.

419. Edd. πρεσβύς. B. πρέσβις. R. L. πρέσβυς, ut nos. In fine, A. αὖθις.

420. Edd. δυσειδέα φάος ὀνοπῆσιν ἐν σίν. Sic quoque A. B. Sed in A. ad ἐν σὶν superscriptum est ὠσίν: in B. recentior manus margini adscripsit ἐν ἧσιν. R. L. δυσειδέα φάος ὀνοπῆσιν ἐνήρει. Omnes sine sensu. Nos correximus. Est autem nobis δύσει figurate dictum de lumine

Ilion, heu! miseresco tui : nam crescet Erinnys
Spartana, insignis facie, celebrandaque fama,
Europæ atque Asiæ germen commune malorum;
Sed tibi cumprimis gemitus lacrymasque ciebit,
Ærumnisque tuis æternum clara feretur.
Inde senex veniet doctus mendacia chartis
Tradere blanda suis, veri simulator, et ipsum
Mentitus patriæ nomen : cui lumina visu
Cassa, sed ingenii vis plurima, voxque sonoris
Apta modis, et lingua duplex. Chion ipse canendo
Natalem agnoscet : gestasque ad mœnia Trojæ
Res cantu referet, non vere, sicut habebunt,
Sed clare, verbisque meis persæpe modisque.
Quippe meos discet libros evolvere primus,
Ornabitque duces armorum laude superbos,
Hectora Priamiden et Achillea Peliona,
Atque alios, quibus est virtus mavortia cordi.
Quin faciet divos illis assistere, falso
Sic vocitans homines fluxos lethoque sepultos.
Mors erit illorum potior, qui nobile circum
Ilion occiderint, quorum canet ille labores.

in oculis deficiente, metaphora a sole ducta, etsi fortasse magis placeret λείψει. Poeticum nec inelegans est ὀπῇσι de cavis oculorum orbibus.

421. Edd. ἔμμετρον. R. L. ut nos.

422. Alluditur ad locum Homeri, hymn. in Apoll. Del. v. 172, sq. : Τυφλὸς ἀνήρ· οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ, citatum a Thucydide quoque, lib. III, § 104.

423. R. L. οὐκ ἂν ἀληθῶς.

424. Pr. et Cast. ἐπέεσσιν γὰρ ἐμοῖς. A. B. ἐπέεσσι γὰρ ἐμοῖς. R. L. ἔπεσι γὰρ ἐμοῖσι. Ops. ἔπεσιν γὰρ ἐμοῖς. Sunt hæc tria verba parenthesi includenda, nisi sequentia corrigere malis, et μέτροις τε, sicut lib. XI, v. 167, rescribere, quod nobis placet. Conferendus Solinus, cap. 2 : « Delphicam, inquit, Sibyllam « ante Trojana bella vaticinatam Boc« chus autumat, cujus versus plurimos « operi suo Homerum inseruisse mani« festat. » Cujus testimonii discutiendi locus erit in Excursu V.

425. Edd. omnes ὀνομήνῃ, sine sensu. B. ὀνομύνῃ. A. R. L. ὀνομήνει. Nos correximus. Est enim ἀνανείμῃ, Græcum et antiquum pro ἀναγνῷ (confer Theocr. Idyll. 18, v. 47, ibique intpp.). Jam autem hujus glossæ sensum non assequebatur auctor libri XI, qui ἀναπλώσει rescripsit : unde magna firmatur hujus tertii libri antiquitas.

429. Pr. et codd. θεοῖς. Correxit Cast. In fine, R. ποήσει. L. πολήσει.

431. L. τῆσι, id est τῇσι. Frequens legitur κλέος εὐρύ apud Homerum.

432. Edd. et codd. Ἴλιον ἀλλὰ καὶ αὐτός, nisi quod L. ἥλιον, absurde. Sed nec Ἴλιον stare poterat sine præpositione : nos correximus. Notandum tamen, ut insolita quantitate, sic insolito sensu scribi ἀμοιβαῖα, pro ἀμοιβῆς τυγχάνοντα : nec usitatius λέξεται, media voce, pro λέξει, ἐρεῖ, quamvis apud Homerum λεγώμεθα sæpe idem valeat quod διαλεγώμεθα. Apud Sophoclem, Œdip. Col. 1186, legitur quidem λέξεται, sed passivo sensu pro λεχθήσεται, uti annotaverunt

Καὶ Λυκίῃ Λόκροιο γένος κακὰ πολλὰ φυτεύσει.
Χαλκηδὼν στεινοῖο πόρον πόντοιο λαχοῦσα,
Καί σε μολὼν τότε παῖς Αἰτώλιος ἐξεναρίξει.
Κύζικε, καί σοι πόντος ἀποῤῥήξει βαρὺν ὄλβον.
Καὶ σὺ τότ' [ἀρείῃ], Βυζάντιον, Ἀσσίδι στέρξῃ,
Καὶ δὴ καὶ στοναχὰς λήψῃ, καὶ ἀνήριθμον αἷμα.
Καὶ κράτος ὑψηλὸν Λυκίης ὄρος ἐκ κορυφαίων,
Χάσματ' ἀνοιγομένης πέτρης, κελαρύξεται ὕδωρ,
Μέχρι τε καὶ πατέρων μαντήϊα σήματα παύσῃ.
Κύζικ' ὦ οἰκήτειρα Προποντίδος οἰνοπόλοιο,
Ῥύνδακος ἀμφί σε κῦμα κορυσσόμενον σμαραγήσει.
Καὶ σὺ, Ῥόδος, πουλὺν μὲν ἀδούλωτος χρόνον ἔσσῃ,
Ἡμερίη θυγάτηρ, πουλὺς δέ τοι ὄλβος ὄπισθεν
Ἔσσεται, ἐν πόντῳ δ' ἕξεις κράτος ἔξοχον ἄλλων.
Ἀλλὰ μεταῦθις ἕλωρ ἔσῃ ἀνθρώποισιν ἐρασταῖς,
Κάλλεσιν, ἠδ' ὄλβῳ· δεινὸν ζυγὸν αὐχένι θήσῃ.
Λύδιος αὖ σεισμὸς δὲ τὰ Περσίδος ἐξεναρίξει,
Εὐρώπης τ' Ἀσίης τε λεὼς ῥίγιστά περ ἄλγη.
Σιδονίων δ' ὀλοὸς βασιλεὺς, καὶ φύλοπις ἄλλων,
Ποντοπόρον Σαμίοις ὀλοὸν δείξουσιν ὄλεθρον.
Αἵματι μὲν δάπεδον κελαρύξεται εἰς ἅλα φωτῶν
Ὀλλυμένων· ἄλοχοι δὲ σὺν ἀγλαοφαρέσι κούραις
Ὕβριν ἀεικελίην ἰδίην ἀποθωρήξουσι,
Ταὶ μὲν ὑπὲρ νεκύων, ταὶ δ' ὀλλυμένων ὑπὲρ υἱῶν.
Σημεῖον Κύπρου σεισμῷ· φθίσει δὲ φάλαγγας,

interpretes. Quare de totius versus lectione adhuc ambigi potest.

433. R. L. κατά, ubi edd. cum A. B. κακά. Quid sit Λόκροιο γένος, aut quis ille παῖς Αἰτώλιος, de quo infra, v. 435, difficile est statuere. Quæ de bello Trojano prius dicta sunt, ad Ajacem Oïlei ultro nos deducerent, nisi simul Chalcedonis et Byzantii, recentiorum urbium, mentio fieret. Omnia hæc, jam ab hoc versu ad 488, temere videntur et fortuito jacta, de quibus tamen plura nos in Excursu V.

434. Edd. et codd. στενοῖο.

435. R. ἐξεναρίξῃ. L. ἐξαναρίξῃ.

436 R. L. σε, non σοι. Pro βαρύν, placeret rescribi βαθύν, nisi βαρὺν ὄλβον infra quoque, v. 482, reperiremus.

437. R. L. καὶ σὺ τότ' ἄρα. Edd. cum A. B. ἄρη, unde nos ἀρείῃ, quam si lectionem sequaris, habendum erit στέρξῃ media voce pro passiva, et intelligendum de Asianorum cupiditate Byzantii opibus inhiante, quo fere sensu ἐρασταῖς supra, v. 413, et alibi positum est. Vide tamen ne sit legendum, καὶ σύ ποτ' ἄρηϊ, Βυζάντιον, Ἀσσίδα στέξεις, quo sensu verbum στέγειν, *tegere, tueri*, apud Suidam invenitur.

439. Κράτος ὑψηλὸν λυκίης ὄρος est *mons qui Lyciæ dominatur*, Chimæra nempe. In fine, legendum videtur ἐκ κορυφάων.

440. B. L. κελαρύζεται, male. Est au-

Et Lyciæ Locri proles mala multa creabit.
Te quoque, Chalcedon, ponti sortita meatum
Angustum, manus Ætoli populabit alumni.
Et tibi sævus opes avellet, Cyzice, pontus.
Tu quoque tunc Asiæ, Byzantion, arma movebis,
Et gemitus fundes, et largum sanguinis amnem.
Præterea summo Lycii de vertice montis
Rauca resultabit divulsis rupibus unda,
Donec priscorum cessent oracula patrum.
Cyzice, quam vinosa Propontidis ora coronat,
Te circum tumida resonabit Rhyndacus unda.
Tuque diu nulli, Rhode, subdita, filia Solis,
Florebis, multaque potens pollebis opum vi,
Imperioque maris primas aliquando tenebis;
Sed frustra: nam præda hominum rapieris amantum,
Cervicemque jugo dives formosaque subdes.
Lydius at motus res Persidis obruet, et tum
Europæ atque Asiæ gentes immane dolebunt.
Sidonios variasque trahens in prælia gentes,
Rex sævus Samiis feret aspera bella per undas.
Tum cruor e terra manabit in æquora torrens
Cæde virum; tunc uxores castæque puellæ,
Vim passæ infandam, flebunt hæ fata parentum
Occisorum, illæ natorum morte cadentum.
Signa etiam Cypri motus dabit: ille phalanges

tem κελαρύξεται activo sensu accipiendum pro κελαρύζειν ποιήσει, sicut eodem versu ἀνοιγομένης pro ἀνοιγούσης.

441. R. L. παύσει.

442. Pr. et Cast. cum A. B. et R. L. κυζίκω κήτειρα. Correxit Ops.

443. Nota σμαραγήσει active positum.

445. Legendum Ἡελίου θύγατερ. Pia manus locum corrupit.

447. R. μετάνθις (sic). L. cum edd. et B. μετ' αὖθις. A. μετ' αὖτις. Deinde Pr. et Cast. cum codd. ἐσσί: correxit Ops. Confer supra v. 413.

448. Edd. et codd. θήσει. Nos correximus, ut sit θήσῃ, media voce, *tibi impones, accipies.*

450. A. εὐρώπης ἀσίης. Deinde R. L. duas voces τε et λεώς omittunt, quæ in edd. et A. B. leguntur. Omnes deinde ἄλγη, sine sensu, ubi nos ἀλγῇ pro ἀλγήσῃ, quod ipsum erit pro ἀλγήσει, gaudente Sibylla conjunctivo sæpe pro futuro.

452. Edd. et B. ποντοφόρον. R. ποντοπόρου. L. ποντοπόρον, ut nos. Deinde R. L. δ' ἥξουσιν. Pr. δ' ἕξουσιν. Cast. emend.

453. Cast. solus, κελαρύζεται.

454. Edd. ἀγλαοφάρεσι. R. L. accentum, quem nos, habent.

455. An potius ἀποθωΰξουσι?

456. Edd. et codd. τὰς μὲν... τὰς δὲ... Nos correximus.

457. Pr. et Cast. cum codd. σημεῖον κύπρου· σεισμῷ δὲ φθίσει φάλαγγα, ubi R. L. φάλαγγας. Versum restituit Ops.

Καὶ πολλὰς ψυχὰς ἀΐδης ὁμοθυμαδὸν ἕξει.
Τράλλις δ' ἡ γείτων Ἐφέσου σεισμῷ καταλύσει
Τείχεά τ' εὐποίητ' ἀνδρῶν τ' ὀλοῶν βαρυθύμων·
Ὀμβρήσει δέ τε γαῖα ὕδωρ ζεστόν· ποτὶ δ' αὐτοὺς
Γαῖα βαρυνομένη πίεται, ὀσμὴ δέ τε θείου.
Καὶ Σάμος ἐν καιρῷ βασιλήϊα δώματα τεύξει.
Ἰταλίη, σοὶ δ' οὔτις Ἄρης ἀλλότριος ἥξει,
Ἀλλ' ἐμφύλιον αἷμα πολύστονον, οὐκ ἀλαπαδνὸν,
Πουλυθρύλλητόν τε ἀναιδέα τε κεραΐξει.
Καὶ δ' αὐτὴ θερμῇσι παρὰ σποδιῇσι ταθεῖσα,
Ἃ προΐδῃ στήθεσσιν ἑοῖς, ἐναρίξεται αὐτήν.
Ἔσσῃ δ' οὐκ ἀγαθῶν μήτηρ, θηρῶν δε τιθήνη.
Ἄλλος ἀπ' Ἰταλίης λυμήτης ἵξεται ἀνήρ.
Τῆμος, Λαοδίκεια, καταπρηνὴς ἔῤῥουσα,
Καρῶν ἀγλαὸν ἄστυ, Λύκου παρὰ θέσκελον ὕδωρ,
Σιγήσεις μεγάλαυχον ἀποιμώξασα τοκῆα.
Θρῆκες [ἀπὸ Βύζαντος] ἀναστήσονται ἀν' Αἷμον.
Καμπανοῖς ἄραβος πέλεται διὰ τὸν πτολίπορθον
Λιμόν· πουλυετῆ δὲ ἀποιμώξασα τοκῆα
Κύρνος, καὶ Σαρδὼ, μεγάλαις χειμῶνος ἀέλλαις,
Καὶ πληγαῖς ἁγίοιο Θεοῦ, κατὰ βένθεα πόντου
Δύσονται κατὰ κῦμα θαλασσείοις τεκέεσσιν.
Αἲ αἲ, παρθενικὰς ὁπόσας νυμφεύσεται Ἅδης,

Recurret σημεῖον haud absimili sensu, lib. V, v. 312. De Cypri autem motu, confer lib. IV, v. 125, sq. et V, v. 450, sqq.

460. Pr. et Cast. cum codd. τεύχεα. Correxit Ops.

461. R. L. ὀμβρήσει δὲ γαῖα, et in fine, codd. omnes cum Pr. et Cast. αὐτοῖς: correxit Ops.

462. B. βαρυνομένους.

463. R. L. τεῦξαι.

464. Pr. et Cast. cum codd. οὗτος. Primus Ops. e Cast. conj. οὔτις. Rursum ad civiles Romæ discordias redit poeta. Confer supra, v. 411, sqq.

466. Codd. πολυθρύλλητον.

467. Edd. et B. παρὰ σπονδῇσι. R. L. παρὰ σπιδιῇσι. Nos correximus.

468. Pr. et Cast. cum A. B. ἃ προιδῇ στήθεσσι * ἐναρίζεται δ' αὐτήν. Ops. et R. L. ut nos, nisi quod codex uterque leni spiritu ἐοῖς habet, et in fine ἐναρίζετ' αὐτήν. Sensus est : *propter mala quæ præsentiet, ipsa sese jugulabit.* Sed secunda potius persona opus erat, quæ et præcessit et sequetur; quare legendum fortasse suspiceris ἃ προΐδῃς στήθεσσιν ἑοῖς, et in fine versus ἐναρίξεαι : Sibylla tamen interdum personas licenter mutat.

470. Pr. et Cast. cum B. λυμήτης πάλιν ἥξεται ἀνήρ. Ops. λυμήτης πάλιν ἥξει τ' ἀνήρ, et sic R. L. nisi quod λιμέτης habent. Redundare adverbium monuerat jam Cast. Quem vero nunc hominem innuat Sibylla, et utrum hæc gratis prædicta, an de Neronis fuga scripta sint, incertum. Sub Nerone, Laodiceam tremore terræ prolapsam memorat Tacitus, Ann. XIV, § 27.

Opprimet, et multas animas simul ingeret Orco.
At vicina Epheso Trallis concussa superbos
Amittet muros, habitataque mœnia duris
Civibus; et calidos latices humus arida fundet;
Terra gravata viros cum sulphuris hauriet æstu.
Tempus erit, quum regales Samus exstruet ædes.
Italia, haud tibi Mars externis ingruet armis :
Sed te civilis, dictu miserabile, sanguis
Obruet, insignem fama, vacuamque pudore.
Tum calidos propter cineres porrecta jacebis,
Et tua crudeli lacerabis corda dolore,
Non jam feta bonis, sed nutrix facta ferarum.
Alter ab Italia veniet vir sævus et ardens.
Tum tu, Laodicea, tuo de vertice præceps,
Urbs Carum præclara, Lyci splendentis ad undas,
Magnanimum auctorem frustra conquesta, silebis.
Thraces ab excidio fugient Byzantis in Hæmum.
Campanis instat gemitus circumsonus, urbes
Depopulante fame. Tum tu conquesta vetustum
Frustra, Cyrne, genus, tuque insula proxima Cyrno,
Mole procellarum subita, plagisque Tonantis,
Gurgitis æquorei cava descendetis in antra.
Eheu! quam multas intacto flore puellas

472. Pr. αὐστολίκου. B. ἀστυλίκου R. L. ἀστυλίσκου. Cast. divise, ἄστυ λίκου. Correxit Ops.

473. Laodiceæ pater Seleucus Nicanor. Similis versus infra, v. 476.

474. Versus corruptissimus. Vulgo legebatur Θρῆκες ἀκρόβυζοι ἄλλων στήσονται ἀνέμων. Nos correximus, certa, ut videtur, secundi hemistichii medela. In priore voluerunt Henrici Stephani Parisiensis editores ἀκρόβυζοι tueri, tanquam sic vocentur *Byzantini, qui Byzantinam arcem occupant*. Viderit lector : nos non putamus. Ferendum magis esset ἀπο Βύζης, quod antiquum aut poeticum Byzantii nomen fuisse arguitur e Zonaræ glossa, Lexic. p. 411; et tunc legendum foret ἀπαναστήσονται. Sed præstat ἀπὸ Βύζαντος, præeunte Dausquio, qui ἐκ Βύζαντος volebat. Diu nobis placuerat ἀπόῤῥιζοι, idem quod πρόῤῥιζοι, sed insolentius.

475. Pr. et Cast. cum B. ἀραβῶν. In B. recentior manus superscripsit ἠχῶν. Ops. ἀραβών. R. L. ἀράβων. Nos correximus. Solemne enim est ἄραβος de fremitu dentium : Hom. Il. X, 375; Hesiod. Sc. Herc. v. 404. Omnes deinde edd. et codd. πολύκαρπον : sed olim jam conjecerat Cast. πτολίπορθον.

476. Pr. et Cast. πουλυετὴς δὲ ἀπ. Ops. πουλυετὴς δ' ἀπ. R. L. πολυετῆ δὲ χρόνον ἀπ. et in fine, omnes τοκῆα. Confer supra, v. 473. Quis autem ille Cyrni seu Corsicæ insulæ pater? quis, nisi Cyrnus, Herculis, filius a Servio memoratus ad Eclog. IX, 37?

478. B. καὶ πηγῆς.

479. Codd. θαλασσίοις. Ante τεκέεσσι suppl. vel ἅμα vel σύν, ut supra, v. 309.

Καὶ κούρους τοὺς ἀκτερέας βυθὸς ἀμφιπολεύσει·
Αἶ αἶ, νήπια τέκν' ἁλινηχέα, καὶ βαρὺν ὄλβον.
Μυσῶν γαῖα μάκαιρα γένος βασιλήϊον ἄφνω
Τεύξεται. Οὐ μὴν πουλὺν ἐπὶ χρόνον ἔσσετ' ἀληθῶς
Καρχηδών. Γαλάταις δὲ πολύστονος ἔσσεται οἶκτος.
Ἥξει καὶ Τενέδῳ κακὸν ἔσχατον, ἀλλὰ μέγιστον·
Καὶ Σικυὼν χαλκέοις ὑλάγμασι, καὶ σὺ, Κόρινθε,
Αὐλήσεις ἐπὶ πᾶσιν, ἴσον δὲ βοήσεται αὐλός.

* * * *

Ἡνίκα δή μοι θυμὸς ἐπαύσατο ἔνθεον ὕμνον,
Καὶ πάλι μοι μεγάλοιο Θεοῦ φάτις ἐν στήθεσσιν
Ἵστατο, καί μ' ἐκέλευσε προφητεῦσαι κατὰ γαῖαν.
Αἶ αἶ, Φοινίκων γένος ἀνδρῶν ἠδὲ γυναικῶν,
Καὶ πάσαις πόλεσι παραλίαις· οὐδεμί' ὑμῶν
Πρὸς φάος ἠελίοιο παρέσσεται ἐν φαῒ κοινῷ,
Οὐδ' ἔτι τῆς ζωῆς ἀριθμὸς καὶ φῦλον ἔτ' ἔσται,
Ἀντ' ἀδίκου γλώττης, ἀνόμου τε βίου καὶ ἀνάγνου,
Ὃν κατέτριψαν πάντες, ἀνοίγοντες στόμ' ἄναγνον,
Καὶ δεινοὺς διέθεντο λόγους, ψευδεῖς τ', ἀδίκους τε,
Κἄστησαν κατέναντι Θεοῦ μεγάλου βασιλῆος,
Κἤνοιξαν ψευδῶς μυσαρὸν στόμα. Τοὔνεκ' ἄρ' αὐτοὺς
Ἐκπάγλως πληγαῖσι δαμάσσειεν παρὰ πᾶσαν
Γαῖαν, καὶ πικρὴν μοίρην πέμψει Θεὸς αὐτοῖς,
Ἐξ ἐδάφους φλέξας πόλιας καὶ πολλὰ θέμεθλα.

481. B. κούρας ἀκτερέας, omissis καὶ copula et τοὺς vel τὰς articulo. A. R. L. κούρους τοὺς ἀκτερέας, sine καί. Edd. ut nos. Iu fine, edd. et codd. νυμφεύσετ' Ἀΐδης : nos correximus.

482. Pr. et Cast. cum A. B. βαρὺν ὄλβον non habent, sed ex sequenti versu retrahunt huc male βασιλήϊον ἄμφω. Ops. cum R. L. ut nos.

483. Pr. et Cast. cum A. B. ἄμφω. Ops. et R. L. ἄφνω, ut nos.

484. Pro τεύξεται, an παύσεται legendum, ut Μυσῶν γαῖα vocativus fiat?

486. Similis versus et par oraculum de Rhodiis occurret, lib. IV, v. 100, et lib. VIII, v. 160.

487, seq. Edd. χαλκείοις. A. R. L. χάλκειος, ubi nos χαλκέοις. Omnes deinde καί σε Κόρ. ac sequente versu αὐχήσει : nos e conj. locum restituimus. Præiverat Ops. dum e Phaennidis oraculo quodam servato a Pausania, Phoc. § 15, versum refert : Αὐλήσει Γαλατῶν ὀλοὸς στρατὸς, κ. τ. λ. Poetica enim sunt αὐλὸς et αὐλεῖν de tuba, apud lyricos præsertim et tragicos. Confer lib. VII, v. 115, sq. Ἐπὶ πᾶσιν est *super omnia*, ut Corinthi clades tanquam cumulus accedat tot jam enumeratis cladibus. In fine pro αὐλός, B. αὐτός, inepte : nam repercussus tubæ clangor exprimitur. Nec male clauditur hoc versu fragmentum, quod supra v. 295, tertio libro interpolatum esse diximus. Quæ sequun-

Desponsabit atrox Orcus! quot corpora pontus
Infantum juvenumque, et opum quæ pondera volvet!
Mysorum felix tellus, te regia proles
Deficiet subito. Nec tu diuturna manebis,
Carthago. Galatis luctus quoque plurimus instat.
Et Tenedo veniet suprema, at maxima clades.
Et Sicyon æris fremitu, tuque, alta Corinthe,
Implebis cœlum; resonabilis accinet echo.

* * * *

Ut mihi divino requierunt pectora cantu,
Ecce iterum magni vox est allapsa Tonantis,
Atque iterum terris oracula fundere jussit.
Eheu! Phœnicum populi, matresque, virique,
Litoreæque urbes, quarum non ulla superstes
Ad solis radios communi in luce manebit.
Omnis viventum gens et tribus occidet omnis,
Effrenos propter mores linguamque protervam:
Nempe quod in vanas solverunt ora loquelas,
Tetraque dixerunt, injustaque, falsaque verba,
Et contra magnum steterunt regemque Deumque,
Fœda eructantes mendacia. Numinis ergo
Verberibus totum plectentur corda per orbem,
Impia corda hominum, mittet quibus aspera fata,
Urbes et validas evertens funditus arces.

tur, manum antiquiorem, rursusque, ut pars libri superior, Ptolemæorum ætatem produnt.

489, sqq. A. ἡνίκα δέ μοι θεὸς ἐπ. B. ἡνίκα δή μοι μεγάλοιο θεοῦ φ. ἐν στ. omisso spatio unius versus. Simile exordium confer supra, v. 162, sqq. et 297, sqq.

492. Temere hæc et fortuito adversus Phœnices prædicuntur, et Judaïcum sapiunt odium.

493. Edd. et codd. παραλίαις πόλεσιν: nos ordinem invertimus. Ante hunc versum lacuna monstrabatur in edd. sine causa.

494. A. R. L. ἐν φάει κοινῷ. B. φαῖ sine accentu. Edd. φαΐ, ut nos. Confer Proœm. v. 18.

495. Pr. οὐδέ, omisso ἔτι. Ceteri edd. cum B. οὐδέ τι, ut nos. R. L. οὐδ' ἐπί, male.

496. Melius γλώσσης legeretur. Nota causam odii inter Phœnices et Judæos, convicia, quibus illi semper Hebræam gentem apud Syriæ aut Ægypti reges insectabantur, Judæorum sacros præsertim ritus et invisum ceteris gentibus Deum criminantes.

499. R. L. καὶ ἔστησαν.

500. R. L. τοὔνεκα γάρ.

501. Pr. et Cast. πλήγεσσι. B. πλήγεσι. A. cum R. L. et Ops. πληγαῖσι, recte. Deinde R. L. δαμάσειε.

503. Pr. et Cast. πλέξας πόλεας. Ops. φλέξας πόλεας. R. L. ut nos.

Αἲ αἴ σοι, Κρήτη πολυώδυνε, εἰς σέ περ ἥξει
Πληγὴ, καὶ φοβερὰ αἰώνιος ἐξαλαπάξει·
Καί σε καπνιζομένην πᾶσα χθὼν ὄψεται αὖθις,
Κοὔ σε δι αἰῶνος λείψει πῦρ, ἀλλὰ καήσῃ.
Αἲ αἴ σοι, Θρήκη, ζυγὸν ὡς εἰς δούλιον ἥξεις,
Ἡνίκα σύμμικτοι Γαλάται τοῖς Δαρδανίδαισιν
Ἑλλάδ' ἐπεσσυμένως πορθεῦντες, σοὶ κακὸν ἔσται·
Γαίῃ δ' ἀλλοτρίῃ δώσεις [κακὸν], ἠδέ τι λήψῃ.
Αἲ αἲ, Γὼγ, καὶ πᾶσιν ἐφεξείης ἅμα Μαγὼγ,
Μαρσὼγ, ἠδ' Ἀγγὼν, ὅσα σοι κακὰ μοῖρα πελάζει.
Πολλὰ δὲ καὶ Λυκίων υἱοῖς, Μυσῶν τε, Φρυγῶν τε.
Πολλὰ δὲ Παμφυλίων ἔθνη Λυδῶν τε πεσεῖται,
Μαύρων τ', Αἰθιόπων τε, καὶ ἐθνῶν βαρβαροφώνων,
Καππαδόκων τ', Ἀράβων τε. Τί δὴ κατὰ μοῖραν ἕκαστον
Ἐξαυδῶ; Πᾶσι γὰρ, ὅσοι χθόνα ναιετάουσιν,
Ὕψιστος δεινὴν ἐπιπέμψει ἔθνεσι πληγήν.
Ἕλλησι δ' ὁπόταν πολυβάρβαρον ἔθνος ἐπέλθῃ,
Πολλὰ μὲν ἐκλεκτῶν ἀνδρῶν ὀλέσειε κάρηνα·
Πολλὰ δὲ πίονα μῆλα βροτῶν διαδηλήσονται,
Ἵππων θ', ἡμιόνων τε, βοῶν τ' ἀγέλας ἐριμύκων·
Δώματα δ' εὐποίητα πυρὶ φλέξουσιν ἀθέσμως·
Πολλὰ δὲ σώματα δοῦλα πρὸς ἄλλην γαῖαν ἀνάγκῃ
Ἄξουσι· καὶ τέκνα, βαθυζώνους τε γυναῖκας
Ἐκ θαλάμων ἁπαλὰς, τρυφεροῖς ποσὶ πρόσθε πεσούσας,
Ὄψονται δεσμοῖσιν ὑπ' ἐχθρῶν βαρβαροφώνων

504. Hæc quoque de Creta, sicut pleraque sequentium de diversis regionibus et urbibus, fortuito jacta sunt.

505. Melius φοβερή.

506. A. in fine, αὖτις.

507. Pr. λήψει. Ceteri edd. cum B. λείψει. R. L. λείψεται.

508. A. θράκη. Deinde R. L. ζυγὸν ὡς δούλειον ἥξῃ, nisi quod L. εἴξῃ. An ἵξῃ legendum?

509. Pr. et Cast. δαρδανίδεσσιν. B. δαρδανίδεσιν. Ops. ut nos. R. L. γαλάταις καὶ δαρδανίδαισιν. Dardanidæ hoc loco Phryges sunt cum Galatis Asiæ in Thraciam incursuri.

510. Pro Ἑλλάδ', habet R. ἄλαδ', L. ἄλλα δ'. Omnes deinde, πορθέοντες τότε σοι κακὸν ἔσται: nos correximus, omisso τότε, metri causa.

511. Pr. cum A. B. γαίῃ δ' ἐν ἀλλοτρίῃ δώσεις ἠδ' ἔτι λήψῃ, omisso κακόν, et sic R. L. nisi quod ἠδ' ἔτι habent. Correxit Cast. e conj.

512. Edd. αἲ αἴ σοι Γώγ, ac deinde ἐφεξῆς contra metrum: nos correximus. B. in fine ἁμαγώγ, indivise. De re confer supra, v. 319, ibique not.

513. A. B. μαρσῶν ἠδ' ἀγγών. R. L. μαρσών ἢ δαγών. Sunt qui Μαρσῶν ἢ Δάκων, vel ἠδὲ Δάκων, legi velint, de

Heu, male, Creta, tibi, multum dolitura! manet te
Horribilis clades atque insanabile vulnus;
Et te fumantem procul omnis terra videbit,
Nec cessabit edax penitus te absumere flamma.
Heu tibi, Thracia terra! jugum servile subibis,
Dardanidis mixti Galatæ quum Græca per arva
Irrumpent prædæ cupidi: tunc perdita flebis,
Externæque malum terræ dabis, accipiesque.
Heu tibi, Gog, et qui post omnes ordine Magog,
Marsog atque Angon, mala quam tibi dura parantur!
Quanta etiam Lyciis, Mysis, Phrygibusque propinquant!
Multa cadent Lydæ Pamphylæque oppida gentis,
Maurorum, Æthiopumque, et quorum barbara lingua,
Cappadocumque Arabumque: quid omnes ordine conor,
Dicere? nam quotcumque patens complectitur orbis,
Tot valida gentes ferientur numinis ira.
Sed quum barbara gens irrumpet plurima Græcis,
Multa quidem capita exscindet præclara virorum,
Multa ovium pecora abripiet diversa per agros,
Mulorumque greges, et equorum armenta boumque.
Magnificis etiam tectis incendia mittet,
Multaque diversum ducet captiva per orbem
Corpora vi, molles pueros, raptasque verendis
E thalamis matres, frustra hostis genua superbi
Amplexas, quæ barbaricis onerata catenis

Marsis Italiæ et Dacis Getiæ cogitantes, quod non displicet: hæc enim nomina Ægyptiis aut Asianis auribus, illo præsertim tempore, barbarum sonare debuerunt. Interim editorum lectionem sequimur: ignota enim forma incertorum et fortasse fictorum nominum.

515. R. L. παμφύλων, quæ rectior fortasse forma; sed altera in Sibyllinis prævaluit.

516. Edd. et codd. Μαυρῶν. Gallæi codex, κάρων, an pro Καρῶν? Sed Mauri (qui Μαῦροι, non Μαυροί Græce vocantur) melius cum Æthiopibus conveniunt.

517. R. L. ἑκάστου.

518. Edd. πᾶσιν : codd. πᾶσι.

520. Edd. Ἕλλησιν : codd. ἕλλησι, ut nos. Quis ille barbarorum in Græciam incursus, ne quære: fortuito enim hæc prædici satis indicant versus 539, sqq. Confer etiam infra, v. 638, sqq.

521. Pr. ὀλέσεις. R. L. ὀλέσει. A. B. ὀλέσειε, ut nos. Cast. et Ops. e conj. ὀλέσουσι propter διαδηλήσονται, quod sequitur: sed præcesserat ἐπέλθῃ.

525. R. L. δοῦλα omittunt.

526. Edd. et B. ἄξουσιν. R. L. ἄξουσι.

527. R. L. ἁπαλοῖς.

528. A. δεσμοῖς.

Πᾶσαν ὕβριν πάσχοντας ἀεικέα· κοὐκ ἔσετ' αὐτοῖς
Μικρὸν ἐπαρκέσσων πολέμου ζωῆς τ' ἐπαρωγός.
Ὄψονταί τ' ἰδίας κτήσεις καὶ πλοῦτον ἅπαντα
Ἐχθρὸν καρπίζοντα· τρόμος δ' ὑπὸ γούνασιν ἔσται.
Φεύξονται δ' ἑκατὸν, εἷς δ' αὐτοὺς πάντας ὀλέσσει·
Πέντε δὲ κινήσουσι βαρὺν λόγον· οἱ δὲ πρὸς αὐτοὺς
Αἴσχρῶς φυρόμενοι πολέμῳ δεινῷ τε κυδοιμῷ,
Οἴσουσιν ἐχθροῖσι χαρὰν, Ἕλλησι δὲ πένθος.

Δούλειος δ' ἄρα ζυγὸς ἔσσεται Ἑλλάδι πάσῃ·
Πάντα δ' ὁμοῦ πόλεμός τε βροτοῖς καὶ λοιμὸς ἔτ' ἔσται·
Χάλκειόν τε μέγαν τεύξει Θεὸς οὐρανὸν ὑψοῦ,
Ἀβροχίην τ' ἐπὶ γαῖαν ὅλην· αὐτὴ δὲ σιδηρᾶ.
Αὐτὰρ ἔπειτα βροτοὶ δεινῶς κλαύσουσιν ἅπαντες
Ἀσπορίην καὶ ἀνηροσίην· καὶ πῦρ ἐπὶ γαίης
Κατθήσει πολύνηστον, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν·
Πάντων δ' ἀνθρώπων τὸ τρίτον [μέρος] ἔσσεται αὖθις.

Ἑλλὰς δὴ, τί πέποιθας ἐπ' ἀνδράσιν ἡγεμόνεσσι
Θνητοῖς, οἷς οὐκ ἔστι φυγεῖν θανάτοιο τελευτήν;
Πρὸς τί τε δῶρα μάταια καταφθιμένοισι πορίζεις,
Θύεις τ' εἰδώλοις; Τίς τοι πλάνον ἐν φρεσὶ θῆκε,
Ταῦτα τελεῖν, προλιποῦσα Θεοῦ μεγάλοιο πρόσωπον.
Οὔνομα παγγενέταο σέβας ἔχε, μηδὲ λάθῃ σε.
Χίλια δ' ἔστ' ἔτεα καὶ πένθ' ἑκατοντάδες ἄλλαι,
Ἐξ οὗ δὴ βασίλευσαν ὑπερφίαλοι βασιλῆες

529. Pro ἀεικέα, edd. cum A. B. δεινήν, R. L. χαλεπήν. Nos correximus, literarum ductus secuti: nam ΔΕΙΝΗΝ et ΑΕΙΚΕΑ forma vix differunt. Deinde nos κοὐκ ἔσετ', ubi edd. et A. B. κοὐκ ἔστ', R. L. κοὐκετ' habent.

530. A. πολέμου.

533. R. L. ἅπαντας, ubi ceteri πάντας. Est autem similis locus in Deuteronomio, cap. 32, v. 30: Διώξεται εἷς χιλίους, καὶ δύο μετακινήσουσι μυριάδας.

534. Edd. et codd. βαρὺν χόλον· sed λόγον legendum fuit, constante sensu e Deuteronomii loco supra allato: et jam præsenserat Cast. In fine αὐτούς accipe, Sibyllino more, pro ἑαυτούς, id est ἀλλήλους: agitur de Græcis aut eorum propugnatoribus.

535. Pr. et B. φερόμενοι. Correxit Cast. Favent R. L.

536. A. ἐχθροῖς.

537. Edd. et codd. ἄρα ζυγὸς ἔσται.

538. Pr. sub finem ἔτ' omisit. Habent ceteri edd. et codd.

540. Melius, αὐτῇ δέ.

541. R. L. δεινῶς omittunt.

542. R. L. ἀπορίαν.

543. Pr. et Cast. cum codd. καὶ θήσει πόλιν ἱστόν. Ops. κ. θ. πολὺν ἱστόν. Nos correximus. Solemne est enim πυρὰν νήθειν, unde recte fit πολύνηστον. Κατθήσει jam supra legeramus.

544. A. in fine, αὖτις. Paulo ante, μέρος reposuimus e Cast. conj. ubi omnes edd. et codd. γένος habent sine sensu. *Tertia*, inquit, *pars hominum*

Membra trahent per mille opprobria : nec grave quisquam
Avertet miseris bellum aut discrimina vitæ;
Sed bona divitiasque omnes victoris avari
Direptas cernent manibus : tum quassa tremore
Genua trement : centum fugient, centum opprimet unus ;
Et si quinque velint, disrumpant agmina tota.
Sic illi fœdo miscebunt bella tumultu,
Lætitiamque ferent hosti Græcisque dolorem.
  Græcia tota jugum famula cervice subibit.
Omne autem mortale genus belloque fameque
Occidet, et cælum divinitus ære rigebit,
Nec pluvias gremio accipiet jam ferrea tellus.
Inde homines cuncti misera formidine plangent,
Arva inculta, inarata, fero vastarier igne,
Quem cæli terræque potens accenderit auctor;
Atque hominum fiet pars tertia sola superstes.
  Græcia, principibus quid fidis morte caducis,
Queis non ulla datur vitandi copia fati?
Quorsum defunctis offers donaria vana,
Quidve litare juvat statuis? Quis te impulit error
Hæc facere, et magni deflectere numinis ora?
Ah! potius summi nomen cultumque parentis
Disce memor. Tibi mille et quingenti amplius anni
Sunt numero, reges ex quo tua sceptra superbi

supererit, cujusmodi frequentes minæ in sacris literis reperiuntur; sic Zach. cap. 13, v. 8: Τὸ δὲ τρίτον ὑπολειφθήσεται ἐν αὐτῇ. Confer et Apocal. passim.

545. R. L. δὴ non habent. Lactantius, lib. I, cap. 15, hunc et 547 et duo seqq. versus citat. Notanda autem in his similitudo et cognatio quædam cum Prooemio Sibyllino cumque hujus ipsius libri initio.

546. Omittitur hic a Lactantio.

547. B. πρὸς τί δῶρα, sine τε. Lactantius, καταφθιμένοις ἀνατίθης.

548. Pr. et Cast. cum B. τί τοι. Ops. cum A. R. L. τίς τοι. Lactantii codices plerique : τίς τοι πλάνην βάλεν ἐν νῷ : alii cum vulgata conspirant.

549. Ops. e conj. προλιπόντι. R. L. προλιποῦσι. Pr. et Cast. cum A. B. προλιποῦσα, ut nos, quod anacoluthum magis quam solœcum est, respiciente poeta ad verba πορίζεις et θύεις. Lactantii codices optimi προλιπόντα: in aliis prorsus diversa inolevit lectio, ὥστε σε τάδε ποιεῖν μεγάλοιο θεοῖο προσώπου, contra metrum et grammaticam.

550. Edd. παγγενέτας τε σέβας δ' ἔχε. R. L. item, sed omisso τε : nos correximus.

551. R. L. ἔτη, ubi edd. ἔτεα. Locus insignis de ætate Sibyllæ, non hic ut in fine libri, Noemi tempora mentientis, sed inepte fraudem suam prodentis. Quod si ab antiquissimis Græciæ temporibus quibus primæ urbes in illa regione conditæ sunt, quindecim sæcula deducas, incides fere in media Ptolemæorum tempora. Sed vide nos in Excursu V.

Ἑλλήνων, οἳ πρῶτα βροτοῖς κακὰ ἡγεμόνευσαν,
Πολλὰ θεῶν εἴδωλα καταφθιμένοις θανεόντων,
Ὧν ἕνεκεν τὰ μάταια φρονεῖν ὑμῖν ὑπεδείχθη.
Ἀλλ᾽ ὁπόταν μεγάλοιο Θεοῦ χόλος ἔσσεται ὑμῖν,
Δὴ τότ᾽ ἐπιγνώσεσθε Θεοῦ μεγάλοιο πρόσωπον.
Πᾶσαι δ᾽ ἀνθρώπων ψυχαὶ, μεγάλα στενάχουσαι,
Ἄντα πρὸς οὐρανὸν εὐρὺν ἀνασχόμενοι χέρας αὐτῶν,
Ἄρξονται βασιλῆα μέγαν ἐπαμύντορα κλήζειν,
Καὶ ζητεῖν ῥυστῆρα χόλου μεγάλοιο, τίς ἔσται.
    Ἀλλ᾽ ἄγε, καὶ μάθε τοῦτο, καὶ ἐν φρεσὶ κάτθεο σῇσιν,
Ὅσσα περιπλομένων ἐνιαυτῶν κήδεα ἔσται.
Τοὺς Ἑλλάς τ᾽ ἔῤῥεξε βοῶν ταύρων τ᾽ ἐριμύκων,
Πρὸς ναὸν μεγάλοιο Θεοῦ ὁλοκαρπώσσα,
Ἐκφεύξει πολέμοιο δυσηχέος, ἠδὲ φόβοιο.
Καὶ λοιμοῦ, καὶ δοῦλον ὑπεκφεύξει ζυγὸν αὖθις.
Ἀλλὰ μέχρις γε τοσοῦδ᾽ ἀσεβῶν γένος ἔσσεται ἀνδρῶν,
Ὁππότε κεν τοῦτο προλάβῃ τέλος αἴσιμον ἦμαρ.
Οὐ γὰρ μὴ θύσητε Θεῷ, μέχρι πάντα γένηται,
Ὅσσα μόνος βουλεύεται οὐκ ἀτέλευτα Θεός γε,
Πάντα τελεσθῆναι· κρατερὴ δ᾽ ἐπικείσετ᾽ ἀνάγκη.
    Εὐσεβέων ἀνδρῶν ἱερὸν γένος ἔσσεται αὖθις,
Βουλαῖς ἠδὲ νόῳ προσκείμενοι ὑψίστοιο,
Οἳ ναὸν μεγάλοιο Θεοῦ περικυδανέουσι
Λοιβῇ τε, κνίσσῃ τ᾽, ἠδ᾽ αὖθ᾽ ἱεραῖς ἑκατόμβαις,
Ταύρων ζατρεφέων θυσίαις, κριῶν τε τελείων,
Πρωτοτόκων οἰῶν τε, καὶ ἀρνῶν πίονα μῆλα
Βωμῷ ἐπὶ μεγάλῳ ἁγίως ὁλοκαρπεύοντες.

554. Lege, καταφθιμένοις ἀναθέντες, vel καταφθιμένοισι τιθέντες.

555. B. ἡμῖν pro ὑμῖν. In fine codd. omnes ὑπεδείχθη, ut nos, ubi edd. ἀπεδείχθη.

557. Confer supra, v. 549.

564. Edd. cum B. καὶ τοὺς Ἑλλὰς ἔρεξε. R. L. ut nos. Est vero nobis τοὺς relativum. Quæ nempe victimæ falsis gentilium diis offerebantur, eas ad verum numen traduci suadet auctor Judæus; neque enim Christianus cruentis favisset sacrificiis. Confer infra, v. 626, sqq. Nota etiam templi mentionem in his versibus fieri, nempe Hierosolymitani illius, tanquam adhuc stantis.

566, sq. Edd. et codd. omnes, ἐκφεύξῃ ac sequenti versu ὑπεκφεύξῃ: sed propter ἔῤῥεξε quod præcesserat, legendum nobis fuit ἐκφεύξει, ὑπεκφεύξει, parum quidem attica, sed in Sibyllinis non absona futuri forma.

567. A. in fine, αὖτις.

568. Edd. μέχρις γέ σε τοῦδ᾽. R. L. μέχρι γε σε τόδ. Nos correximus.

569. R. L. αἴσιον. Recurret hic versus infra, v. 741, ubi vide quæ annotabuntur. Construendus est cum præce-

Gesserunt, qui cultu homines docuere nefando
Plurima signa deum venerari luce carentum.
Hinc vestras agitant deliria turpia mentes.
Sed magni quum justa Dei vos ira lacesset,
Ora Dei magni tandem agnoscetis; et omnes
Mortales animæ, sero tum multa gementes,
Sublatis manibus cæli ad convexa, supremi
Regis opem clara incipient deposcere voce,
Si quis terribili miseros defendat ab ira.
Hoc quoque discendum et memori tibi mente tenendum,
Quot mala sint et quæ ventura ferentibus annis.
Tauros atque boves, quos frustra Græcia pingues
Immolat, ad magni quum numinis afferet aras,
Effugiet bellum horrisonum, pestemque, metusque
Perpetuos, et colla jugo subducet iniquo.
Sed tamen impia gens longos durabit in annos,
Fatalis donec veniat lux illa diei.
Non vos quippe Deo libabitis ante, peracta
Quam fuerint quæcumque Dei suprema voluntas
Mandavit fatis, fieri quæ cuncta necesse est.
Tunc homines de gente sacra fidique bonique
Exsurgent, veneranda Dei præcepta colentes,
Cujus honorabunt casto libamine templum,
Suffituque pio : tum sancta cadent holocausta,
Et tauri ingentes, aries quoque multus, ovesque
Primos enixæ fetus, cum pinguibus agnis,
Omnia quæ magnam rite imponentur in aram.

dente, sic nempe, μέχρι τοσοῦδ' ὁππότε κεν, *tandiu donec*.

571. Edd. cum A. B. βουλεύσεται. A. deinde ἀτέλευτα vulgatæ lectioni superscripsit. R. L. ὅσσα μόνος βουλεύεται θεὸς οὐκ ἀτέλεστα, unde conjicias, ὅσσα μόνος γε Θεὸς βουλεύεται οὐκ ἀτ. Confer infra, v. 699, sq.

573. A. αὖτις. Deinde R. L. versum habent interpolatum et male ex prioribus repetitum, πρὸς ναὸν (R. νηὸν) μεγάλοιο θεοῦ ὁλοκαρπώσασα, qui recte ex edd. abest. Ad hujus loci marginem notavit Cast. de Christianis agi. Imo vero de Judæis, quod et multa alia commonstrant, et Clementis Alexandrini testimonium infra, ad v. 586. Talia jam lecta sunt supra, v. 219, sqq.

574. Edd. cum B. βουλαῖσι δὲ νῷ οἱ πρ. A. item, sed βουλαῖσιν. R. L. βουλαῖσιν δὲ νόοι πρ. Nos correximus: dubium tamen an pro νόῳ scribendum sit νοΐ.

576. Post λοιβῇ, R. L. τε non habent. Homerus, Iliad. δ, v. 49: Λοιβῆς τε κνίσσης τε, notante Ops.

578. Pr. cum A. B. ὑῶν. Cast. et Ops. ὀϊῶν, pravo accentu. R. L. οἰῶν, ut nos, pro quo præstaret forsan ὀΐων.

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ, νόμου ὑψίστοιο λαχόντες,
Ὄλβιοι οἰκήσουσι πόλεις καὶ πίονας ἀγρούς.
Αὐτοὶ δ' ὑψωθέντες ὑπ' ἀθανάτοιο προφῆται
. . . . . . καὶ μέγα χάρμα βροτοῖς πάντεσσι φέροντες.
Μούνοις γάρ σφιν δῶκε Θεὸς μέγας εὔφρονα βουλὴν,
Καὶ πίστιν, καὶ ἄριστον ἐνὶ στήθεσσι νόημα.
Οἵτινες οὐκ ἀπάτῃσι κεναῖς οὐδ' ἔργ' ἀνθρώπων
Χρύσεα, καὶ χάλκεια, καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος,
Καὶ ξυλίνων λιθίνων τε θεῶν εἴδωλα καμόντων,
Πήλινα, μιλτόχριστα, ζωογραφίας τυποειδεῖς,
Τιμῶντες, ὅσα κέν τε βροτοὶ κενεόφρονι βουλῇ·
Ἀλλὰ μὲν ἀείρουσι πρὸς οὐρανὸν ὠλένας ἁγνὰς,
Ὄρθριοι ἐξ εὐνῆς αἰεὶ χέρας ἁγνίζοντες
Ὕδατι, καὶ τιμῶσι Θεὸν τὸν ἀεὶ μέγαν ὄντα,
Ἀθάνατον, καὶ ἔπειτα γονεῖς· μετὰ δ' ἔξοχα πάντων
Ἀνθρώπων ὁσίης εὐνῆς μεμνημένοι εἰσί·
Κοὐδὲ πρὸς ἀρσενικοὺς παῖδας μίγνυνται ἀνάγνως,
Ὅσσα τε Φοίνικες, Αἰγύπτιοι, ἠδὲ Λατῖνοι,
Ἑλλάς τ' εὐρύχορος, καὶ ἄλλων ἔθνεα πολλὰ,
Περσῶν, καὶ Γαλατῶν, πάσης δ' Ἀσίης, παραβάντες
Ἀθανάτοιο Θεοῦ ἁγνὸν νόμον, ὃν παρέβησαν.
Ἀνθ' ὧν ἀθάνατος θήσει πάντεσσι βροτοῖσιν
Ἄτην, καὶ λιμὸν, καὶ πήματά τε στοναχάς τε,
Καὶ πόλεμον, καὶ λοιμὸν, ἰδ' ἄλγεα δακρυόεντα·
Οὕνεκεν ἀθάνατον γενέτην πάντων ἀνθρώπων
Οὐκ ἔθελον τιμᾶν ὁσίως, εἴδωλα δ' ἐτίμων

580. Pr. et Cast. cum A. B. νόμου. Ops. cum R. L. νόμον.

583. Lacuna est initio, quæ tamen in codd. non comparet. In edd. margini adscriptum est λείπει. Fortassis in priore versu αὐτοῖς legendum, et in hoc, ἔσσονται, μέγα χ. β. φ.

586. Clemens Alex. in Protrept. hunc et seqq. octo versus, uno excepto, citavit, Sibylla tamen non nominata.

587. Edd. cum B. ἀργύρε' ἠδ' ἐλέφαντα, barbare; nec aliter R. L. nisi quod ἀργύρεα non elidunt. Nos Clementis lectionem sequimur.

588. Clem. βροτῶν εἴδωλα θανόντων.

589. Edd. ζωγραφίας, contra metrum: nos correximus. R. L. πήλινα μιλτόχριστα, ἔτι καὶ ζωγρ. τυπ. Totus hic versus Clementi deest.

590. R. L. ὅσα κεν, sine τε. Clem. τιμῶσιν ὅσα πέρ τε.

591. Edd. ἀλλά μιν, quod fortasse defendi potest, si μιν sit pro αὐτῷ, id est Θεῷ. Confer tamen infra, v. 754. R. L. ἀλλὰ μέν. Clemens, ἀλλὰ γάρ. In fine, melius legeretur ἁγνούς, metri causa, et ὠλένας ab ὠλήν deduceretur, nisi hoc nimis esset antiquum.

592. Clemens, χρόα, non χέρας.

593. Clem. ὕδασι, καὶ τιμῶσι μόνον

Ipsi igitur, legem Domini servare fideles,
Oppida felices habitabunt arvaque læta,
Quos missi ducent a summo rege prophetæ,
Humano generi spem lætitiamque ferentes.
Quippe illis hominum solis impertiit auctor
Consiliumque, fidemque, et sanæ præmia mentis.
Nec vero vanis erroribus ulla verentur
Ficta manu simulacra, nec auro fusa vel ære
Signa vel argento, lignove exsculpta polito
Aut ebore aut saxo defunctorum ora deorum,
Fucatam minio argillam, similesve figuris
Picturas, vanisve sacris quæcumque coluntur.
Sed puras Domino gaudent attollere palmas,
Mane novo purgare manus, primumque vereri
Numen adorandum, sanctos exinde parentes.
Nullis casta magis servantur fœdera lecti.
Nec maribus pueris fœdo miscentur amore,
Qualia Niligenis, Phœnicibus atque Latinis
Audentur populis, et Græca colentibus arva,
Persis, et Galatis, Asianisque omnibus, almam
Æterni legem qui contempsere parentis.
Unde et mortales Deus immortalis in omnes
Ærumnamque, gravemque famem, gemitusque, doloresque,
Et bellum, et pestem mittet, lacrimosaque fata,
Neglecto quoniam summi genitoris honore
Humana fabricata manu simulacra profanis

τὸν ἀεὶ μεδέοντα, lectione æque bona.

594. A. ἔπειτα sine καί. L. μετὰ δ' ἔπειτα γονεῖς ἔξοχα πάντων. R. cum edd. consentit. Sententia est Phocylidea: confer lib. II, v. 60.

595. Edd. et B. in fine εἰσὶν habent. R. L. εἰσί.

596. A. πρὸς ἄρσενας. R. L. πρὸς τοὺς ἀρσενικούς. Edd. et B. ut nos. Deinde A. ἀναμίγνυνται ἀνάγνως. B. item, sed ἀνέγνως, quod et in Pr. legitur. Correxit Cast. faventque R. L. μίγνυνται habentes, et ἀνάγνως, sed rejecto ad sequentem versum adverbio.

597. Ops. e conj. Φοίνικές τ' Αἰγ.

598. Pr. et Cast. cum B. εὔχωρος. R. L. εὐρύχωρος. Ops. recte, metri causa, εὐρύχορος, quod Homero idem valet.

599. Melius, πάσης τ' Ἀσίης.

600. Melius, ὃν παρέλυσαν, ne bis idem.

601. Post ἀθάνατος addit A. θεός.

602. R. L. καὶ λοιμὸν πήματά τε.

603. Versus est fere totus apud Hesiodum, Theog. 227; apud Orpheum, Fragm. I, v. 12, ed. Hermann.; apud Sibyllam quoque alias.

604. A. οὕνεκ' ἀθ.

605. Confer supra, v. 279.

Χειροποίητα σέβοντες· ἃ ῥίψουσι βροτοὶ αὐτοὶ
Ἐν σχισμαῖς πετρῶν κατακρύψαντες δι' ὄνειδος,
Ὁππόταν Αἰγύπτου βασιλεὺς νέος ἕβδομον ἄρχῃ
Τῆς ἰδίης γαίης, ἀριθμούμενος ἐξ Ἑλλήνων
Ἀρχῆς, ἧς ἄρξουσι Μακήδονες ἄσπετοι ἄνδρες·
Ἔλθῃ δ' ἐξ Ἀσίης βασιλεὺς μέγας, αἰετὸς αἴθων,
Ὃς πᾶσαν σκεπάσει γαῖαν πεζῶν τε καὶ ἱππέων,
Πάντα δὲ συγκόψει, καὶ πάντα κακῶν ἀναπλήσει·
Ῥίψει δ' Αἰγύπτου βασιλήϊον· ἐκ δέ τε πάντα
Κτήμαθ' ἑλὼν ἀποχεῖται ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.
Καὶ τότε δὴ κάμψουσι Θεῷ μεγάλῳ βασιλῆϊ
Ἀθανάτῳ γόνυ λευκὸν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ·
Ἔργα δὲ χειροποίητα πυρὸς φλογὶ πάντα πεσεῖται.
Καὶ τότε δὴ χάρμην μεγάλην Θεὸς ἀνδράσι δώσει·
Καὶ γὰρ γῆ καὶ δένδρα καὶ ἄσπετα ποίμνια μήλων
Δώσουσι καρπὸν τὸν ἀληθινὸν ἀνθρώποισιν
Οἴνου, καὶ μέλιτος γλυκεροῦ, λευκοῦ τε γάλακτος,
Καὶ σίτου, ὅπερ ἐστὶ βροτοῖς κάλλιστον ἁπάντων.
Ἀλλὰ σὺ μὴ μέλλων, βροτὲ ποικιλόμητι κακόφρον,
Ἀλλὰ παλίμπλαγκτος στρέψας, Θεὸν ἱλάσκοιο.
Θῦε Θεῷ ταύρων ἑκατοντάδες, ἠδὲ καὶ ἀρνῶν
Πρωτοτόκων, αἰγῶν τε, περιπλομέναισιν ἐν ὥραις.
Ἀλλά μιν ἱλάσκου, Θεὸν ἄμβροτον, αἴκ' ἐλεήσῃ.
Οὗτος γὰρ μόνος ἐστὶ Θεὸς, κοὐκ ἔστιν ἔτ' ἄλλος.

606. Pro ῥίψουσι, A. ῥέξουσι, male.

607. R. L. κρύψαντες, sine præp. Σχισμαὶ πετρῶν de cavernis forte seu latomiis intelligendæ sunt, quarum multæ hodieque superstites visuntur, quibus Ægyptii cadavera olim celarunt; quidni etiam deos, ingruente hostili tumultu?

608. An potius ἕβδομος? De re confer supra v. 192, sq. Nec dubium est septimi illius regis mentionem de Ptolemæo Philometore accipiendam. Quum vero ejus temporibus idololatriæ finis falso assignetur, necesse est ipso regnante hæc esse scripta. De Ægypto ad verum Dei cultum convertenda, et quidem tum quum Assyriis servire cœpisset, cecinerat Isaias, cap. 19, v. 19, sqq. Quid mirum, si, post occupatam ab Antiocho regionem, Judæi Alexandrini prophetias sibi faventes ad sua tempora pertrahere conati sunt?

609. Cast. ad marg. γενεῆς, pro γαίης.

610. Edd. et codd. Μακέδονες.

612. Respicit poeta ad Antiochi Epiphanis expeditionem in Ægyptum, ex qua victor, jubentibus Romanis discessit, ablata tamen ingenti præda: confer, præter Josephum ceterosque historicos, Danielis caput 11, v. 25, sqq.

613. Similis versus supra, v. 188; sed illic de Romanis.

615. R. L. ὀχεῖται. Edd. cum A. B. ἐποχεῖται. Nos correximus, futuro ab ἀποίχομαι deducto, licet insolentius. De

Imposuere aris : quæ tandem, urgente pudore,
Omnia dejicient, terræque in viscera condent,
Quum novus Ægypti rex septimus arva tenebit,
Septimus a regno Græcorum, quod grave terris
Imponet quondam Macedum bello inclita virtus.
Quum vero ex Asia rex ingruet ille, rapaci
Par aquilæ, qui totam equitum peditumque catervis
Obducet terram, franget qui cuncta ruetque,
Et regnum Ægypti prosternet, et omnia secum
Asportans, vastum discedet prædo per æquor :
Tum genua inflectent magno regique Deoque,
Æternumque colent per terras undique numen,
Et fabrefacta manu tradent signa omnia flammis.
Tum Deus humanæ diffundet gaudia genti;
Terraque, et arboreæ stirpes, oviumque propago,
Certabunt veros mortalibus edere fructus,
Vina dabunt, mellisque favos, lactisque liquorem,
Farraque, terrestris quæ pars est maxima victus.
Sed tu, nil cessans, homo vafræ conscie mentis,
Conversis animis, numen placare memento,
Et mactare Deo taurorum corpora centum,
Primigenosque ovium fetus, redeuntibus horis.
Ipsum, inquam, si forte velit miserescere, adora.
Nam solus Deus ille, nec est Deus alter ab illo.

spoliis Ægypti ab Antiocho ablatis, notabilis etiam locus apud Athen. lib. V, § 24, t. II, p. 255, ed. Schweigh.

617. Λευκόν, id est γυμνόν, ut apud Eurip. Bacch. 654, λευκὸν κῶλον, et Ion. 219, λευκῷ ποδί.

618. Citat hunc versum Lactantius, lib. VII, cap. 19, sed aliter scriptum : Ἔργα δὲ χειροπ. θεῶν κατακαυθήσονται, ubi codd. quidam, συνεκκαύσονται.

619. Lact. lib. VII, cap. 24, hunc et quatuor seqq. laudat. Ibi χαράν pro χάρμην codd. quidam habent.

620. Lact. non ποίμνια μήλων, sed elegantius θρέμματα γαίης.

621. Lact. δώσουσιν et ἀνθρώποισι.

624. Edd. et codd. μὴ πολλήν, sine sensu. Vera lectio prodiit e Clemente Alex. Cohort. p. 64, hunc et seq. versus, tanquam Orphicos, afferente, sic tamen ut in hujus fine, βράδυνε scribat, ubi vulgo κακόφρον legitur. In A. librarius κακόφρων scripserat, deinde o superscripsit.

625. Edd. et codd. ἀλλὰ λιπὼν πλοῦτον : nos e Clemente παλιμπλάγκτος reposuimus, quod et sequens vox στρέψας et ductus ipsi literarum satis probant.

627. R. L. περιπλομέναις.

629. Recurrit hic infra, v. 759, aliasque apud Sibyllam, ductus præsertim e Deuteronomio, cap. 4, v. 35 : Κύριος ὁ Θεός σου αὐτὸς Θεός ἐστιν, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ.

Τὴν δὲ δικαιοσύνην τίμα, καὶ μηδένα θλῖϐε.
Ταῦτα γὰρ ἀθάνατος κέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν.
Ἀλλὰ σὺ τοῦ μεγάλοιο Θεοῦ μήνιμα φύλαξαι,
Ὁππότε κεν πάντεσσι βροτοῖς λοιμοῖο τελευτὴ
Ἔλθῃ, καὶ φοϐεροῖο δίκης τύχωσι δαμέντες,
Καὶ βασιλεὺς βασιλῆα λάϐῃ, χώραν τ' ἀφέληται,
Ἔθνη δ' ἔθνεα πορθήσῃ, καὶ φῦλα δυνασταὶ,
Ἡγεμόνες δὲ φύγωσιν ἐς ἄλλην γαῖαν ἅπαντες,
Ἀλλαχθῇ δέ τε γαῖα βροτῶν, καὶ βάρϐαρος ἀρχὴ
Ἑλλάδα πορθήσῃ πᾶσαν, καὶ πίονα γαῖαν
Ἐξαρύσῃ πλούτοιο, καὶ ἀντίον εἰς ἔριν αὐτῶν
Ἔλθωσι χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου εἵνεκεν (ἔσται
Ἡ φιλοχρημοσύνη κακὰ ποιμαίνουσα πόλεσσι),
Χώρῃ ἐν ἀλλοτρίῃ· ἄταφοι δὲ ἅπαντες ἔσονται·
Καὶ τῶν μὲν γῦπές τε καὶ ἄγρια θηρία γαίης
Σαρκῶν δηλήσονται· ἐπεὶ δ' ἂν ταῦτα τελεσθῇ,
Λείψανα γαῖα πέλωρος ἀναλώσειε θανόντων.
Αὐτὴ δ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος ἔσται ἅπασα,
Κηρύσσουσα τάλαινα μύσος μυρίων ἀνθρώπων,
Πολλὰ χρόνων μήκη περιτελλομένων ἐνιαυτῶν,
Πέλτας καὶ θυρεοὺς, γαισοὺς, παμποίκιλα ὅπλα·
Οὐδὲ μὲν ἐκ δρυμοῦ ξύλα κόψεται εἰς πυρὸς αὐγήν.
Καὶ τότ' ἀπ' ἠελίοιο Θεὸς πέμψει βασιλῆα,

630. Lib. II, v. 74, et Phocyl. v. 17: Μὴ θλῖϐε πένητα.

632. Mire consonant hæc et seqq. cum ipsius Christi oraculis de futuris per orbem terrarum calamitatibus sub extremi judicii tempora, Matth. cap. 24; Marc. cap. 8; Luc. cap. 21; sed et apud Prophetas multa similia occurrunt, et nihil fere horum est quod non circa Antiochi et Philometoris tempus evenerit: bella, prælia, regionum vastitates, regum captivitates, procerum fuga (præsertim ex Alexandria, obsidente Antiocho), barbarorum, id est, Romanorum in Græcia dominatio, et quæcumque mala in terris ex ambitione et avaritia gigni possunt.

634. B. ἔλθοι, ac deinde A. B. δίκην, ubi Pr. et Cast. δίκῃ, Ops. e conj. δίκην, R. L. δίκης, ut nos. Videtur nobis φοϐεροῖο pro φοϐερᾶς vel solœce vel attice dictum; neque enim cum Gfrörero epitheton hoc ad omissum Dei nomen referimus. In τύχωσι prima male producitur hic, ut alias apud Sibyll.

638. Edd. ἀλλάχθη γε τε. R. ἀλλαχθῇ γέ τε. L. ἀλλαχθήσεται. Nos medelam certam recepimus.

639. Edd. et codd. πορθήσει.

640. Edd. cum B. ἐξαρύσει. R. L. ἐξαρύσει. In fine, αὐτῶν est pro ἀλλήλων.

641. Pr. et Cast. cum B. ἔλθουσι. A. ἔλθουσιν. Ops. cum. R. L. ἔλθωσι.

642. Edd. et R. L. πημαίνουσα, pleonastice. Nos elegantius ποιμαίνουσα, *procurandi* sensu, quemadmodum Theogn. v. 689: Οὐ χρὴ ποιμαίνειν ὅ, τι μὴ ποιμαντέον εἴη, ubi eadem scripturæ

Justitiam colito, nullique injurius esto :
Hanc dedit Omnipotens legem mortalibus ægris.
   Tu vero æterni magnam fuge numinis iram.
Namque ubi mortales cunctos horrenda gravabit
Pestis, et immanis pœnarum incumbet acervus,
Et regem capiet rex fortior arvaque demet,
Et gens delebit gentem, populosque dynastæ
Interiment, fugientque duces sua litora cuncti,
Mutabitque homines tellus, Græcisque repente
Barbara vis incumbet agris, terræque feracis
Divitias omnes exhauriet, armaque vertent
Mutua discordes inter se, scilicet aurum
Propter et argentum (tantum malesuada malorum
Gignit avarities), tum demum in finibus omnes
Externis, ferro mactati, inhumata relinquent
Membra lupis avibusque feris : quo denique facto,
Relliquias tellus consumet luce carentum;
Atque omnis posthac inculta, inarata jacebit,
Infelix, hominum scelus exitiabile testans;
Donec, longinquis in se redeuntibus annis,
Peltas, et clipeos, gæsa et tela omnia promat,
Nec de querceto lignum cædatur in ignem.
   Tunc a sole Deus regem demittet, in omnes

varietas occurrit. Ceterum B. nobiscum fere, ποιμένουσα.

645. Pro σαρκῶν melius σάρκας legeretur. Deinde nos, ἐπεὶ δ' ἄν, metri causa, ubi edd. et codd. ἐπὰν δέ. Post hunc versum desunt in A. sequentes XXX, usque ad 676 : Χειρὸς ἀπ' ἀθαν. κ. τ. λ.

646. Edd. ἀνηλώσειε. B. ἀνηλώσεις. R. L. ut nos.

648. Pro μυρίων lege μιαρῶν, jubente metro, et suadente jam olim Cast. Similis versus lib. VIII, v. 240.

649. Confer Virgil. Georg. I, 493, sqq. « Scilicet et tempus veniet, quum finibus illis Agricola, etc. »

650. Edd. et B. γαισσούς. R. L. γαισούς, ut nos. Hic et seqq. versus pæne ad verbum recurrent infra, v. 728, 730, ubi tamen κόρυθας, non γαισοὺς invenies. Confer quæ ibi e Lactantio et Ezechiele annotabuntur.

651. Gall. οὐδὲ γάρ, dubia auctoritate : nam edd. cum B. οὐδὲ μέν : R. L. οὐδὲ, sine copula. Sed infra, v. 730, οὐδὲ γάρ.

652. Lact. lib. VII, cap. 18, hunc et seq. habet, sed hunc ita : κ. τ. ἀπ' ἠελίου πέμψειε Θεὸς βασ. Agitur de Messia in terris regnaturo, quæ fuit Judæorum et priscorum Christianorum fides. Quid sit autem ἀπ' ἠελίου, ne cum Vossio altius quære : intelligendum *ab Oriente*, et huc referendum quod Tacitus ait, Hist. V, § 13, constantem fuisse apud Judæos opinionem ex antiquis sacerdotum libris « fore ut valesceret Oriens, profectique « Judæa rerum potirentur. » Isaias, cap. 41, v. 2 : Τίς ἐξήγειρεν ἀπὸ ἀνατολῶν δικαιοσύνην ;

Ὃς πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο,
Οὓς μὲν ἄρα κτείνας, οἷς δ' ὅρκια πιστὰ τελέσσας.
Οὐδέ γε ταῖς ἰδίαις βουλαῖς τάδε πάντα ποιήσει,
Ἀλλὰ Θεοῦ μεγάλοιο πιθήσας δόγμασιν ἐσθλοῖς.
Λαὸς δ' αὖ μεγάλοιο Θεοῦ περικαλλέϊ πλούτῳ
Βεϐριθὼς, χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ, ἠδέ τε κόσμῳ
Πορφυρέῳ· καὶ γαῖα τελεσφόρος, ἠδὲ θάλασσα
Τῶν ἀγαθῶν πλήθουσα· καὶ ἄρξονται βασιλῆες
Ἀλλήλοις κοτέειν, ἐπαμύνοντες κακὰ θυμῷ.
Ὁ φθόνος οὐκ ἀγαθὸν πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν.
Ἀλλὰ πάλιν βασιλῆες ἐθνῶν ἐπὶ τήνδε τε γαῖαν
Ἄθροοι ὁρμήσονται, ἑαυτοῖς κῆρα φέροντες.
Σηκὸν γὰρ μεγάλοιο Θεοῦ καὶ φῶτας ἀρίστους
Πορθεῖν βουλήσονται, ὁπηνίκα γαῖαν ἵκωνται.
Θύσουσι κύκλῳ πόλεως μιαροὶ βασιλῆες,
Τὸν θρόνον αὐτοῦ ἕκαστος ἔχων καὶ λαὸν ἀπειθῆ.
Καί ῥα Θεὸς φωνῇ μεγάλῃ πρὸς πάντα λαλήσει
Λαὸν ἀπαίδευτον, κενεόφρονα, καὶ κρίσις αὐτοῖς
Ἔσσεται ἐκ μεγάλοιο Θεοῦ, καὶ πάντες ὀλοῦνται
Χειρὸς ἀπ' ἀθανάτοιο. Ἀπ' οὐρανόθεν δὲ πεσοῦνται
Ῥομφαῖαι πύρινοι κατὰ γαῖαν· λαμπάδες αὖ γε
Ἵξονται μεγάλαι, λάμπουσαι εἰς μέσον ἀνδρῶν.
Γαῖα δὲ παγγενέτειρα σαλεύσεται ἤμασι κείνοις
Χειρὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, καὶ ἰχθύες οἱ κατὰ πόντον,
Πάντα δὲ θηρία γῆς, ἠδ' ἄσπετα φῦλα πετεινῶν,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ψυχαὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα
Φρίξει ὑπ' ἀθανάτοιο προσώπου, καὶ φόϐος ἔσται.
Ἠλιϐάτους κορυφάς τ' ὀρέων βουνούς τε πελώρων
Ῥήξει, κυάνεόν τ' ἔρεϐος πάντεσσι φανεῖται.
Ἠέριαι δὲ φάραγγες ἐν οὔρεσιν ὑψηλοῖσιν
Ἔσσονται πλήρεις νεκύων· ῥεύσουσι δὲ πέτραι
Αἵματι, καὶ πεδίον πληρώσει πᾶσα χαράδρα.
Τείχεα δ' εὐποίητα χαμαὶ πεσέονται ἅπαντα

657. R. L. λαούς.
659. Pr. et Cast. cum B. πορφυρόει. Correxit Ops. faventibus R. L.
663. R. L. τήν γε τε. Sed rectius τήνδε τε, ut infra, v. 734, ἐπὶ τήνδε πόλιν, Judæo patriam suam indigitante.
667. Pro θύσουσι κύκλῳ, R. L. κυκλωθήσωσιν, unde suspecta lectio.

Effusum terras belli qui comprimet æstum,
Occisis aliis, aliis in fœdera junctis.
Nec vero propria sic digeret omnia mente,
Sed magni præcepta Dei veneranda secutus.
Atque opibus rursum florebit amata Deo gens,
Argento gravis atque auro, cultuque renidens
Purpureo, cumulata bonis terræque marisque.
Nec minus incipient sævi contendere reges
Inter se, magnoque irarum fervere motu.
Invidia nihil est pejus mortalibus ægris.
Ergo iterum juncto gentiles agmine reges
Invadent terram hanc, fatum sibi triste parantes.
Namque Dei templum cupient civesque verendos
Diripere infestis manibus. Tum pinguia rura
Ingressi, statuent ipsis sub mœnibus urbis
Aram quisque suam, propriaque in sede sedentes
Jura dabunt. Sed vox affabitur alta Tonantis
Expertem mentis populum, justasque reposcet
Judicio pœnas, pereant ut funditus omnes
Dextra immortali. Labentur ab æthere passim
In terram ardentes gladii, flammisque coruscans
Supra hominum turbam tædis pluet igneus axis.
At terra omniparens illis perculsa diebus
Sentiet ultricem dextram; piscesque marini,
Terrestresque feræ, simul et genus omne volantum,
Humanæque omnes animæ, et maria omnia, vultum
Irati cernent exhorrescentque tonantis.
Ille procelloso sublimes vertice montes
Franget; cæruleique Erebi domus ima patebit.
Parturient summis in collibus antra, cruentis
Feta cadaveribus: manabunt sanguine cautes,
Implebuntque procul torrenti flumine campos.
At muri, turbæ hostilis munimina vana,

673. R. L. αὖ γε in fine omittunt, truncato versu.

674. Edd. cum B. ἥξονται. R. L. ἵξονται, ut nos.

675. Confer infra, v. 674 et 751.

677. Edd. A. B. θηρία γαίης κἄσπετα. R. L. O. γαίης ἠδ' ἄσπετα. Correximus.

685. R. τεύχεα. L. τεῦχαι.

Ἀνδρῶν δυσμενέων, ὅτι τὸν νόμον οὐκ ἔγνωσαν,
Οὐδὲ κρίσιν μεγάλοιο Θεοῦ, ἀλλ' ἄφρονι θυμῷ
Πάντες ἐφορμηθέντες ἐφ' ἱερὸν ἤρατε λόγχας.
Καὶ κρίνει πάντας πολέμῳ Θεὸς, ἠδὲ μαχαίρῃ,
Καὶ πυρὶ, καὶ ὑετῷ τε κατακλύζοντι· καὶ ἔσται
Θεῖον ἀπουρανόθεν, αὐτὰρ λίθος, ἠδὲ χάλαζα
Πολλὴ καὶ χαλεπή· θάνατος δ' ἐπὶ τετράποδ' ἔσται.
Καὶ τότε γνώσονται Θεὸν ἄμβροτον, ὃς τάδε κραίνει·
Οἰμωγή τε καὶ ἀλαλαγμὸς κατ' ἀπείρονα γαῖαν
Ἵξεται, ὀλλυμένων ἀνδρῶν· καὶ πάντες ἄναυδοι
Αἵματι λούσονται· πίεται δέ τε γαῖα καὶ αὐτὴ
Αἵματος ὀλλυμένων· κορέσονται θηρία σαρκῶν.
  Αὐτός μοι τάδε πάντα Θεὸς μέγας ἀέναός τε
Εἶπε προφητεῦσαι. Τάδε δ' ἔσσεται οὐκ ἀτέλεστα,
Οὐδ' ἀτελεύτητα, ὅτι κεν μόνον ἐν φρεσὶ θείῃ.
Ἄψευστον γὰρ πνεῦμα Θεοῦ πέλεται κατὰ κόσμον.
  Υἱοὶ δ' αὖ μεγάλοιο Θεοῦ περὶ ναὸν ἅπαντες
Ἡσυχίως ζήσοντ', εὐφραινόμενοι ἐπὶ τούτοις
Οἷς δώσει κτίστης, ὁ δικαιοκρίτης τε μόναρχος.
Αὐτὸς γὰρ σκεπάσειε μόνος, μεγάλως τε παραστὰς,
Κύκλοθεν ὡσεὶ τεῖχος ἔχων πυρὸς αἰθομένοιο.
Ἀπτόλεμοι δ' ἔσσονται ἐν ἄστεσιν, ἠδ' ἐνὶ χώραις.
Οὐ χεὶρ γὰρ πολέμοιο κακοῦ, μάλα δ' ἔσσεται αὐτοῖς
Αὐτὸς ὑπέρμαχος ἀθάνατος, καὶ χεὶρ ἁγίοιο.
Καὶ τότε δὴ νῆσοι πᾶσαι πόλεές τ' ἐρέουσιν,
Ὁππόσον ἀθάνατος φιλέει τοὺς ἄνδρας ἐκείνους·
Πάντα γὰρ αὐτοῖσι συναγωνιᾷ, ἠδὲ βοηθεῖ,
Οὐρανὸς, ἠέλιός τε θεήλατος, ἠδὲ σελήνη.
Γαῖα δὲ παγγενέτειρα σαλεύσεται ἤμασι κείνοις.
Ἡδὺν ἀπὸ στομάτων λόγον ἄξουσι δ' ἐνὶ ὕμνοις,

689. Ops. cum R. L. κρινεῖ, contra metrum. Edd. cum A. B. κρίνει. Gaudet Sibylla in istis verbis præsenti sæpe pro futuro.

694. An τε delendum, versus causa? qui tamen ne sic quidem sanus erit.

695. Edd. et A. B. ἥξεται. R. L. ἵξεται.

696. R. L. πίεται δὲ, sine τε.

697. An post αἵματος distinguendum? Non videtur. Rarior enim apud Sibyllam hæc cæsura; et supra ὀλλυμένων ad ἀνδρῶν referebatur. Edd. et codd. post ὀλλυμένων sensum incidunt.

699, sq. Confer supra, v. 571, et Homerum, Iliad. δ, 168; α, 526, sq. unde hæc manifesto deprompta sunt.

701. Pr. et Cast. cum B. ἄψευδον, barbare. Ops. cum R. L. ἄψευστον, ut nos.

703. Pr. et R. L. ζήσονται. Correxit Cast.

Præcipites labi cernentur, quando supremi
Jus legemque Dei nescistis, et impete facto
Hastas, heu! miseri, sanctam vibrastis in ædem.
Omnes ergo Deus bello multabit et ense,
Diluvio simul atque igni : tum sulphur ab alto
Depluet, et lapides, et denso turbine grando,
Quadrupedumque genus communi clade peribit.
Et tunc æternum, qui judicat omnia, regem
Agnoscent : hominum fletus clamorque cadentum
Implebit terras; alii sine voce jacebunt,
Sanguine proluti; tellus bibet atra cruorem,
Et rabida explebunt se carnibus ora ferarum.
   Ipse mihi dedit hæc Deus omnia vaticinari,
Magnus et æternus : cujus quodcumque voluntas
Jussit, erit; nec vana cadent aut irrita fata :
Quippe Dei nescit mentiri spiritus orbi.
   Interea magni proles secura parentis
Circum ædem vivent divinam, et munera carpent
Quæ dederit mundi judex et conditor et rex.
Ipse etenim valido tutos munimine solus
Ardentique, velut muro, circumdabit igne.
Ergo urbes bello intactas sedesque tenebunt :
Quos non ulla premet belli manus, aspera quando
Omnia depellet præsentis dextra Tonantis.
Et tunc attonitæ clamabunt insulæ et urbes :
O quali gentem hanc Deus amplexatur amore,
Cui bona cuncta dedit; cui se submittere jussit
Cælum ipsum, solisque jubar, lunamque nitentem!
   At terra omniparens illis agitabitur horis.
Tunc homines gratas effundent ore loquelas :

706. Pr. et Cast. cum A. B. κύκλῳ θ' ὡσεί. R L. κύκλωθεν ὡσεί. Correxit Ops.

707. Pr. et codd. ἠδ' ἐν χώραις. Emendavit Cast.

710. R. L. πόλεις.

713. Edd. cum A. B. αὐτοῖσιν. R. L. αὐτοῖσι, ut nos.

714. B. σαλεύεται, male. Ceterum hic versus jam lectus est supra, v. 675, unde huc translatus videtur : sed ibi in malam partem, hic in bonam, rariore sensu verbi σαλεύεσθαι ; quanquam lætitia quoque moveri et trepidare terram, ideoque σαλεύεσθαι, recte dici potest : confer Psalm. 95, v. 9.

715. Pr. Cast. cum A. B. λόγον ἄξουσι δ' ἐν ὕμνοις. Correxit Ops. ex R. codice. L. male, λόγων ἀέξουσιν ἤμασι κείνοις, repetitis e versu priore ultimis vocibus.

Δεῦτε, πεσόντες ἅπαντες ἐπὶ χθονὶ, λισσώμεσθα
Ἀθάνατον βασιλῆα, Θεὸν μέγαν ὕψιστόν τε.
Πέμπωμεν πρὸς ναὸν, ἐπεὶ μόνος ἐστὶ δυνάστης·
Καὶ νόμον ὑψίστοιο Θεοῦ φραζώμεθα πάντες,
Ὅστε δικαιότατος πέλεται πάντων κατὰ γαῖαν.
Ἡμεῖς δ' ἀθανάτοιο τρίβου πεπλανημένοι ἦμεν,
Ἔργα τε χειροποίητα σεβαζόμεθ' ἄφρονι θυμῷ
Εἰδώλων ξοάνων τε καταφθιμένων ἀνθρώπων.
Ταῦτα βοήσουσι ψυχαὶ πιστῶν ἀνθρώπων,
Δεῦτε, Θεοῦ κατὰ δῆμον ἐπὶ στομάτεσσι πεσόντες,
Τέρψωμεν ὕμνοισι Θεὸν γενετῆρα κατ' οἴκους,
Ἐχθρῶν ὅπλα ποριζόμενοι κατὰ γαῖαν ἅπασαν
Ἑπτὰ χρόνων μήκη περιτελλομένων ἐνιαυτῶν,
Πέλτας, καὶ θυρεοὺς, κόρυθας, παμποίκιλά θ' ὅπλα,
Πολλὰ δὲ καὶ τόξων πλήθη, βελέων ἀδίκων τε·
Οὐδὲ γὰρ ἐκ δρυμοῦ ξύλα κόψεται εἰς πυρὸς αὐγήν.
Ἀλλὰ, τάλαιν' Ἑλλὰς, ὑπερήφανα παῦε φρονοῦσα·
Λίσσεο δ' ἀθάνατον μεγαλήτορα, καὶ προφύλαξαι.
Στεῖλον δὴ ἐπὶ τήνδε πόλιν τὸν λαὸν ἄβουλον,
Ὅστε μιν ἐξ ὁσίης γαίης πέλεται μεγάλοιο.
Μὴ κίνει Καμάριναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.

716. Psalm. 94, v. 6 : Δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ.

717. Edd. et A. ἀέναόν τε, ubi nos cum R. L. ὕψιστόν τε. Mutavit librarius ὕψιστον, propter ὑψίστοιο quod sequitur; sed non sensit post ἀθάνατον redundare ἀέναον, etsi non est nimis calumniandum cum Sibylla.

718. Rursus templi, tanquam superstitis, mentio.

721. Pr. cum A. B. τρίβου omisit, ubi Cast. e conj. θεοῦ. Ops. cum R. L. τρίβου, ut nos. Male legitur τρίβους apud Justinum hunc et duo seqq. versus citantem, Cohort. § 16.

722. Edd. cum A. B. σεβάσμεθα. R. L. σεβάσθημεν. Nos correximus. Aliter tamen Justinus : Ἔργα δὲ χειρ. γεραίρομεν ἄφρονι μύθῳ.

723. Justinus, εἴδωλα.

724. Pr. et Cast. hoc versu carent. Habet Ops. cum codd.

725. Post hunc versum leguntur in A. versus XIX male huc retracti ex iis quæ supra dicta erant, v. 622, sqq. : Οἴνου καὶ μέλιτος γλυκεροῦ, κ. τ. λ. addita ad marginem nota : Περιττοὶ στίχοι ἐννέα καὶ δέκα.

726. Pr. cum B. ὕμνοισι τέρψωμεν. A. item, sed ὕμνοισιν. Cast. verba invertit recte. Pessime R. L. ὕμνοισι πέμψωμεν.

728. Similia sunt hæc iis quæ supra legimus, v. 649, sqq. unde huc translata putavit Opsopœus. Sed ut eadem sunt verba, ita sensus satis diversus; et huc potius respexisse videtur Lactantius, lib. VII, cap. 26, quum ait : « Tum « per annos septem perpetes intactæ « erunt sylvæ, nec excidetur de monti« bus lignum, sed arma gentium com« burentur. » Quæ pæne ad verbum ducta sunt ex Ezechiele, cap. 39, v. 9, sq. : Καὶ ἐξελεύσονται οἱ κατοικοῦντες τὰς πόλεις Ἰσραὴλ, καὶ καύσουσιν ἐν τοῖς ὅπλοις, πέλταις, καὶ κοντοῖς, καὶ τόξοις, καὶ τοξεύμασιν, καὶ ῥάβδοις χειρῶν, καὶ λόγ-

Huc agite, huc omnes submisso poplite proni
Æternum magnumque Deum regemque precemur;
Donaque mittamus sanctam omnipotentis ad ædem,
Et dociles memori servemus pectore legem,
Qua non est melior terris nec justior ulla.
At nos æternæ deerravimus ordine legis;
Nos defunctorum statuas et inania signa,
Numina facta manu, sterili decoramus honore
(Sic ore unanimi mortalia corda loquentur).
Nunc age, divina cum gente in genua cadentes
Quisque domi, summum veneremur rite parentem:
Armaque per totam relegamus inertia terram,
Annorum septem circumvertentibus horis,
Peltas et clipeos, galeas simul et genus omne
Telorum, curvos arcus, celeresque sagittas;
Nec de querceto lignum cædatur in ignem.
Sed misera, heu! vani jam desine, Græcia, fastus,
Æternumque orare Deum fac provida cures.
Mitte et in hanc urbem populum rationis egenum,
Qui genus a sancta ducit tellure Tonantis.
Ne Camarinam agita: minus hæc immota nocebit:

χαις, καὶ καύσουσιν ἐν αὐτοῖς πῦρ ἑπτὰ ἔτη· καὶ οὐ μὴ λάβωσιν ξύλα ἐκ τοῦ πεδίου, οὐδὲ μὴ κόψωσιν ἐκ τῶν δρυμῶν, ἀλλ' ἢ τὰ ὅπλα κατακαύσουσιν πυρί. Hæc vero propheta de Scytharum Judææ tum partem occupantium futura exterminatione, non de Messiæ adventu cecinerat.

730. Edd. et codd. πληθύν. Nos correximus.

731. Pr. et Cast. cum codd. κόψετε: correxit Ops. Ceterum post οὐδὲ γὰρ, addunt R. L. ἐν χειρί, nullo sensu.

732. Pr. et Cast. cum B. ἀλλὰ ἀλέν ἑλλάς. A. ἀλλὰ ... ἑλλάς, relicto intervallo. Ops. et R. τάλαιν', ut nos. L. ταλέν', unde vulgatus error.

734. Pr. cum A. B. ἐπὶ τήνδε τε τὴν πόλιν. R. L. ἐπὶ τήνδε τὴν πόλιν. Omnes deinde ante λαὸν articulum τὸν omittunt. Correxit Cast. Porro ἐπὶ τήνδε πόλιν est *in Judæam*, ut supra, v. 663. Suadetur Græcis, Ægyptiis scilicet, ut Judæos in patriam dimittant, emigrare fortassis Alexandria, et suis opem ferre meditantes, quo tempore res eorum sub Machabæis resurgere cœperant; a Ptolemæo tamen, ut videtur, ob Antiochi metum, retentos, nec satis strenue sibi consulentes, unde λαὸν ἄβουλον eos vocat. Confer infra, v. 738, sq. et quæ plura dicturi sumus in Excursu V.

735. Μεγάλοιο, supple Θεοῖο.

736. Citat hunc versum Stephanus de Urbibus, v. Καμάρινα, tanquam vulgo jactatum, ad quem etiam Virgilius alludit, Æneid. III, v. 700, ubi confer ejus interpretem Servium Apollini hoc responsum tribuentem. Zenobius et Suidas priorem versus partem afferunt, docentque ex oraculo in proverbium cessisse. Sit inter alia exemplum hoc licentiæ qua Sibyllistæ vulgata ante se oracula in suos usus converterunt. Quod si sensum proverbii quæris, putamus obscuras subesse minas adversus Ptolemæum Judæos asperius coercentem: cfr. v. 734.

Πάρδαλιν ἐκ κοίτης, μήτοι κακὸν ἀντιβολήσῃς.
Ἀλλ' ἀπέχου, μηδ' ἴσχ' ὑπερήφανον ἐν στήθεσσι
Θυμὸν ὑπερφίαλον, στείλας πρὸς ἀγῶνα κραταιόν.
Καὶ δούλευε Θεῷ μεγάλῳ, ἵνα τῶνδε μετάσχῃς,
Ὁππότε δὴ καὶ τοῦτο λάβῃ τέλος αἴσιμον ἦμαρ.
Ἥξει ἐπ' ἀνθρώπους ἀγαθοὺς μεγάλοιο κατ' ἀρχήν.
Γῆ γὰρ παγγενέτειρα βροτοῖς δώσει τὸν ἄριστον
Καρπὸν ἀπειρέσιον σίτου, οἴνου, καὶ ἐλαίου.
Αὐτὰρ ἀπ' οὐρανόθεν μέλιτος γλυκεροῦ ποτὸν ἡδὺ,
Δένδρεά τ', ἀκροδρύων καρπὸν, καὶ πίονα μῆλα,
Καὶ βόας, ἔκ τ' ἀρνῶν ἄρνας, αἰγῶν τε χιμάρους·
Πηγάς τε ῥήξει γλυκερὰς λευκοῖο γάλακτος·
Πλήρεις δ' αὖτε πόλεις ἀγαθῶν καὶ πίονες ἀγροὶ
Ἔσσοντ'· οὐδὲ μάχαιρα κατὰ χθονὸς, οὐδὲ κυδοιμός·
Οὐδὲ βαρυστενάχουσα σαλεύσεται οὐκέτι γαῖα·
Οὐ πόλεμός τ', οὐδ' αὖ γε κατὰ χθονὸς αὐχμὸς ἔτ' ἔσται,
Οὐ λιμὸς, καρπῶν τε κακορρέκτειρα χάλαζα.
Ἀλλὰ μὲν εἰρήνη μεγάλη κατὰ γαῖαν ἅπασαν,
Καὶ βασιλεὺς βασιλῆϊ φίλος μέχρι τέρματος ἔσται
Αἰῶνος, κοινόν τε νόμον κατὰ γαῖαν ἅπασαν
Ἀνθρώποις τελέσειεν ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι
Ἀθάνατος, ὅσα πέπρακται δειλοῖσι βροτοῖσιν.
Αὐτὸς γὰρ μόνος ἐστὶ Θεὸς, κοὐκ ἔστιν ἔτ' ἄλλος.
Αὐτὸς καὶ πυρὶ φλέξειεν χαλεπὸν μένος ἀνδρῶν.
Ἀλλὰ κατασπεύσαντες ἐμὰς φρένας ἐν στήθεσσι,
Φεύγετε λατρείας ἀδίκους. Τῷ ζῶντι λάτρευε·

737. Supplendum initio, μὴ ἐγείρῃς. Rursus eadem est, quæ versu priore, sententia. Simile apud Gallos proverbium felem dormientem excitare vetat. In altero autem hemistichio, R. L. μή τι habent, ubi edd. μή τοι.

741 Pr. et Cast. cum codd. mutilum versum exhibent sic : ὁππότε καὶ τοῦτο τέλος αἴσιον ἦμαρ. Addidit Ops. προλάβῃ, et αἴσιμον scripsit, ut supra, v. 569. Favet magna ex parte Lactantius, lib. VII, cap. 20, hunc et sequentem versum citans, sed paulo aliter lectos, et uno interpolato auctos, in hunc modum : Ὁππότε καὶ τὸ λάβῃ τέλος αἴσιμον, ἠδὲ βροτοῖσι Καὶ δὴ ἀφίξηται κρίσις ἀθ. Θεοῖο, Ἥξει ἐπ' ἀνθρώπους μεγάλη κρίσις ἠδὲ καὶ ἀρχή : ubi tamen Puteani membrana, teste Opsop. duos priores versus ita exhibet : Ὁππότε δὴ καὶ τοῦτο λάβῃ τέλος αἴσιμον ἦμαρ, Εἰς δὲ βροτοὺς ἥξει κρίσις... Patet hinc, antiquitus corruptum esse hunc locum, et fortasse unum versum in codd. omissum, pleonasmi vitandi causa. Recurrent ultima Lactantii verba, κρίσις ἠδὲ καὶ ἀρχή, infra, v. 783.

741. Edd. καταρχήν, una voce, quam codd. dividunt.

Neu pardum e somno, ne quid patiare molestum.
Comprime te; nec sit tibi tanta superbia cordi,
Ut nihil addubites durum certamen inire.
Sed magnum venerare Deum, pars ut tibi detur,
Quum finem capient fatalia tempora, quumque
Lux veniet sanctis, jussu imperioque supremo.
Nam terra omniparens mortalibus undique fruges
Edet inexhaustas olei, vinique, cibique,
Melleaque ex alto rorantia pocula cælo,
Arboreos fructus armentaque læta, simulque
Balantes ovium fetus fetusque caprarum;
Et niveo fontes erumpent lacte fluentes.
Oppida plena bonis, et pinguia rura nitebunt:
Nec gladios metuet, nec belli terra tumultum;
Nec tremefacta gemet nutanti pondere tellus;
Nec bellum, nec erit mæstorum squalor agrorum,
Aut famis, aut fruges vastantis grandinis horror:
Sed pax immenso late dominabitur orbe,
Et regi rex fidus erit, semperque manebunt
Fœdera; quique potens cælo dominatur ab alto,
Rex Deus, unanimi per cunctas omnia terras
Lege reget, generi humano quæcumque geruntur.
Nam solus Deus ille, nec est Deus alter ab illo:
Ipse graves hominum comburet flamine fastus.
Sed mea vos animis assumite dicta, Deumque
Viventem colite, et cultus vitate nefandos.

742. P. χειμάῤῥους, ridicule. Cast. et Ops. χιμάῤῥους, barbare. Codd. χιμάρους, recte, quamvis α male producto.

749. R. L. αὖ, ubi edd. et A. B. αὖτε.

750. R. L. post χθονός intercalatam habent vocem αὐχμός, e versu 752 male huc translatam. A. vero post κατὰ χθονός non modo αὐχμός habet, sed αὐχμὸς ἔτ' ἔσται, quæ ipsa clausula est ejusdem versus 752, omissis intermediis

753. R. L. λοιμός, ac deinde cum B. κακορήτειρα, ubi edd. κακοῤῥέκτειρα: medelam indicavit Schneiderus in Lex.

754. Edd. cum B. ἀλλά μιν. R. L. ἀλλὰ μήν. Confer supra, v. 591.

757. Pr. et codd. ἀνθρώπους: Cast. emendavit. Deinde B. ἐπ' omittit.

758. Ops. cum R. L. ἀνθρώπους θ' ὅσα. Pr. Cast. A. B. ut nos.

759. Confer supra, v. 629.

760. R. L. φλέξει et γένος.

761. A. κατασπάσαντες.

762. Pr. et codd. ἀδίκου, et in fine λατρεύετε. Correxit utrumque Cast. e Lactantio, qui hunc et tres seqq. versus habet, de Ira Dei cap. 22, sed hunc ita: Φεῦγε δὲ λατρείας ἀνόμους, Θεῷ ζῶντι λάτρευε.

Μοιχείαν πεφύλαξο, καὶ ἄκριτον ἄρσενος εὐνήν·
Τὴν δ' ἰδίαν γένναν παίδων τρέφε, μηδὲ φονεύσῃς.
Τοῖσδε γὰρ ἀθάνατος κεχολώσεται, ὅς κεν ἁμάρτῃ.
    Καὶ τότε δ' ἐξεγερεῖ βασιλήϊον εἰς αἰῶνας
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἅγιον νόμον ὁππότ' ἔδωκεν
Εὐσεβέσι, τοῖς πᾶσιν ὑπέσχετο γαῖαν ἀνοίξειν,
Καὶ κόσμον, μακάρων τε πύλας, καὶ χάρματα πάντα,
Καὶ νοῦν ἀθάνατον, αἰώνιον εὐφροσύνην τε.
Πάσης δ' ἐκ γαίης λίβανον καὶ δῶρα πρὸς οἴκους
Οἴσουσι μεγάλοιο Θεοῦ· κοὐκ ἔσσεται ἄλλος
Οἶκος ἐπ' ἀνθρώποισι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι,
Ἀλλ' ὃν ἔδωκε Θεὸς πιστοῖς ἄνδρεσσι γεραίρειν·
Υἱὸν γὰρ καλέουσι βροτοὶ μεγάλοιο Θεοῖο.
Καὶ πᾶσαι πεδίοιο τρίβοι, καὶ τρηχέες ὄχθαι,
Οὔρεά θ' ὑψήεντα, καὶ ἄγρια κύματα πόντου,
Εὔβατα καὶ εὔπλωτά γε ἔσσεται ἤμασι κείνοις.
Πᾶσα γὰρ εἰρήνη ἀγαθῶν ἐπὶ γαῖαν ἱκνεῖται·
Ῥομφαίαν τ' ἀφελοῦσι Θεοῦ μεγάλοιο προφῆται·
Αὐτοὶ γὰρ κριταί τε βροτῶν, βασιλεῖς τε δίκαιοι.
Ἔσται δὴ καὶ πλοῦτος ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος.
Αὕτη γὰρ μεγάλοιο Θεοῦ κρίσις, ἠδὲ καὶ ἀρχή.
    Εὐφράνθητι, κόρη, καὶ ἀγάλλεο· σοὶ γὰρ ἔδωκεν
Εὐφροσύνην αἰῶνος, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν.
Ἐν σοὶ δ' οἰκήσει· σοὶ δ' ἔσσεται ἀθάνατον φῶς.
Ἐν δὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ἐν οὔρεσιν ἄμμιγ' ἔδονται

763. Pr. et Cast. cum codd. ἀκρίτου : correxit Ops. e Lactantio sic legente : Μοιχείας τε φύλασσε καὶ ἄρσενος ἄκριτον εὐνήν.

764. Lact. τὴν δ' omittit, vestigiis tamen earum vocum in codice Puteano optimo manentibus.

765. Lact. καὶ γὰρ ὁ ἀθ. Pessime A. θάνατος habet pro ἀθάνατος.

766. Pr. cum B. καὶ τότε δὲ ἐξεγ. et in fine εἰς τοὺς αἰῶνας. Correxit Cast. In R. L. δὴ quoque legitur cum ἐξεγερεῖ : in A. item cum ἐγερεῖ : in utroque, αἰῶνας sine τούς.

767. Magis placeret ὁππότε κεν δῷ, vel ὁππότε δώσει.

768. Edd. εὐσεβέσιν. B. ἀσεβέσι. R. L. εὐσεβέσι.

769. Pr. cum A. B. καὶ κόσμον τε πύλας μακάρων. Cast. et Ops. καὶ κόσμου τε π. μ. R. L. ut nos.

774. Citat hunc versum Lactantius, lib. IV, cap. 6, apud quem codd. plerique et edd. antiquiores, αὐτὸν ἔδωκε : alii vero libri, iique optimi, ἀλλ' ὃν vel ἄλλον. Augustinus, contra Hæreses, eodem respicit : « Audiamus quid Sibylla « dicat. Alium, inquit, dedit Deus filiis « hominum colendum, etc.» Legerat ergo ἄλλον, sed male. Deinde Sibyllinorum edd. et codd. omnes πιστὸν ἄνδρα habebant, quod nos e Lactantio correximus.

775. Edd. et codd. omnes υἱόν, ut nos; et sic legisse primævos Ecclesiæ

Absit adulterium, inque mares effusa libido.
Educ quisque tuam, ne vero interfice, prolem.
Namque istis magni succenditur ira Tonantis.
Tunc super humanas gentes regnum ipse capesset
Omnia mansurum per sæcula, sanctaque sanctis
Jura dabit, quibus et terram promisit apertam,
Et fortunatæ portas regionis, et omnem
Lætitiam, æternas mentes ac nescia finis
Gaudia. Tunc et thura ferent et munera prompti
Omnibus e terris ad magni numinis ædem.
Nec deinceps hominum generi domus ulla coletur,
Hanc præter, quæ sola piis invisitur, ipso
Designante Deo: nam templum numinis alti
Rite vocant homines. Ergo undique litora, campi,
Et celsi montes, et cærula vasta patebunt,
Et faciles pedibusque dabunt remisque meatus.
Pax etenim dives toto spatiabitur orbe,
Et gladios frangent afflati numine vates,
Qui tunc jura dabunt hominum acceptissima genti.
Divitiis homines magnis justisque fruentur:
Namque hoc Æterni regnum dicetur eritque.
Gesti, læta puella: tibi nam gaudia nunquam
Interitura dedit cæli terræque creator.
Hujus eris sedes: tibi lux æterna micabit.
Ergo lupis mixti salient in montibus agni,

patres, docent modo allata Lactantii et Augustini testimonia. Sed omnino νηόν legendum, ita jubente sententiarum ordine ac tenore.

776. R. L. τρηχέος, male. Confer lib. I, v. 322.

778. Pr. ἄβοτα δὴ καὶ εὔπλωτα ἔσσεται. Cast. idem, sed εὔβοτα. Ops. e conj. εὔβατα δὴ καὶ εὔπλοα ἔσσεται. B. εὔβοτα δὴ καὶ εὔπλοτα ἔσσ. R. εὔβοτα καὶ εὔπλωτα γε ἔσσ., nec secus L. nisi quod εὔπλοτα librarii culpa scriptum exhibet.

781. Pr. et codd. κριταὶ ἐπὶ βροτῶν. Cast. emendavit.

782. R. L. ἐσσεῖται δέ γε καὶ πλοῦτος.

783. Edd. cum A. B et L. κρίσις ἔσσεται ἀρχή. R. κρίσεως ἔσσεται ἀρχή. Confer supra, v. 741. et quæ ibi annotantur.

784. Sic omnino Zacharias propheta, cap. 2, v. 10: Τέρπου καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιών, κ. τ. λ. Confer, lib. V, v. 259, sqq. et lib. VIII, v. 324.

785. R. L. εὐφροσύνην αἰώνιον.

787. Hic et tres seqq. et qui nobis est 793, apud Lactantium occurrunt, lib. VII, cap. 24, sed lectione multum diversa: οἱ δὲ λύκοι σὺν ἄρνεσσ' ἐν οὔρεσιν ἀμιλλοῦνται, ubi tamen antiqua versio latina est: « Nec lupi cum agnis in montibus dimicabunt », ut necesse sit lectum olim fuisse οὐδὲ λύκοι. In fine ἀμιλλοῦνται Græcum non est, sed testatur Ops. in Lactantii codice Puteano diserte legi ἄμμιγ' ἔδονται, unde nos ἄμμιγ' Sibyllæ

Χόρτον, παρδάλιές τ' ἐρίφοις ἅμα βοσκήσονται·
Ἄρκτοι σὺν μόσχοις νομάδες αὐλισθήσονται·
Σαρκοβόρος τε λέων ἄχυρον φάγεται ἐπὶ φάτνης,
Ὡς βοῦς· καὶ παῖδες μάλα νήπιοι ἐν δεσμοῖσιν
Ἄξουσι· πηρὸν γὰρ ἐπὶ χθονὶ θῆρα ποιήσει.
Καὶ βρεφέεσσι δράκοντες ἅμα σφίσι κοιμήσονται,
Κοὐκ ἀδικήσουσι· χεὶρ γὰρ Θεοῦ ἔσσετ' ἐπ' αὐτούς.
    Σῆμα δέ σοι ἐρέω μαλ' ἀριφραδὲς, ὥστε νοῆσαι,
Ἡνίκα δὴ πάντων τὸ τέλος γαίηφι γένηται.
Ὁππότε κεν ῥομφαῖαι ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι
Ἐννύχιαι ὀφθῶσι πρὸς ἑσπέραν ἠδὲ πρὸς ἠῶ,
Αὐτίκα καὶ κονιορτὸς ἀπ' οὐρανόθεν προφέρηται
Πρὸς γαῖαν πᾶσαν, καὶ οἱ σέλας ἠελίοιο
Ἐκλείψει κατὰ μέσσον ἀπ' οὐρανοῦ, ἠδὲ σελήνης
Ἀκτῖνες προφανῶσι, καὶ ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἵκωνται·
Αἵματι καὶ σταγόνεσσι πετρῶν δ' ἀπὸ σῆμα γένηται·
Ἐν νεφέλῃ δ' ὄψεσθε μάχην πεζῶν τε καὶ ἱππέων,
Οἷα κυνηγεσίην θηρῶν, ὀμίχλῃσιν ὁμοίην·
Τοῦτο τέλος πολέμοιο τελεῖ Θεὸς οὐρανὸν οἰκῶν.
Ἀλλὰ χρὴ πάντας θύειν μεγάλῳ βασιλῆϊ.
    Ταῦτά σοι, Ἀσσυρίης Βαβυλώνια τείχεα μακρὰ
Οἰστρομανὴς προλιποῦσα, ἐς Ἑλλάδα πεμπόμενον πῦρ
Πᾶσι προφητεύουσα, Θεοῦ μηνίματα, θνητοῖς,
Ὥστε προφητεῦσαί με βροτοῖς αἰνίγματα θεῖα.
Καὶ καλέουσι βροτοί με καθ' Ἑλλάδα πατρίδος ἄλλης,

restituimus, quum edd. et A. B. ἄμμις haberent, R. L. ἅμα. Notandum autem totius loci sententiam ipsaque pæne verba manasse ex Isaia, cap. 11, v. 6, sqq. : Καὶ συμβοσκηθήσεται λύκος μετὰ ἀρνός, κ. τ. λ.

788. R. L. βοσκηθήσονται. Lact. χόρτον γὰρ λύγκες τ' ἐρίφοισιν ἅμα βόσκονται.

789. R. L. νομάδιον αὐλ. Lact. ἄρκτοι σὺν μόσχοισιν ὁμοῦ καὶ πᾶσι βροτοῖσι, ubi codex Puteanus, βοτοῖσι. Deest hic versus in A. codice.

790. Pr. Cast. cum A. B. φάγετ' ἐν φάτνῃ, additis in fine verbis ὡς βοῦς, quæ melius ad sequentem versum rejiciuntur. R. L. prorsus ut nos, nisi quod φάγετ' elidunt. Ops. ante nos locum correxerat, sed pro φάτνῃ legerat φάτνης : an typorum vitio? Aliter paulo Lactantius, σαρκοβόρος τε λέων φάγετ' ἄχυρον παρὰ φάτναις.

791. Hic et seq. apud Lact. desunt.

792. Pr. Cast. cum A. B. ἕξουσιν. Ops. ἄξουσιν. R. L. ἄξουσι· πυῤῥὸν γάρ ... In fine, edd. omnes πτοήσει. A. B. tamen et R. ποιήσει, ut nos. L. ποήσει quod idem valet. Ad ποιήσει, supplendum Θεός.

793. Lactantius hunc statim versum post 790 affert hoc modo : σὺν βρέφεσίν τε δράκοντες ἁμάτορσι κοιμήσονται, epitheto sane poetico, ni metrum obstaret. In vulgata vacat σφίσι : sed talis pleonasmi exempla apud sacros auctores crebra sunt, in profanis quoque obvia.

Et grege confuso tigres pascentur et hædi;
Cum vitulis ursi degent, armenta sequentes;
Carnivorusque leo præsepia lambet, uti bos,
Infantis manibus teneris in vincula missus :
Quippe feras infans humiles reptare jubebit :
Cum pueris somnos capient de nocte dracones,
Nec lædent; divina teget nam dextera natos.
Sed jam signa tibi dicam clarissima, quorum
Indicio finem terris mox affore discas.
Quum visi fuerint stellanti fulgere cælo
Per noctem gladii casus ad solis et ortus;
Quum pulvis cælo terras effusus in omnes
Depluet, et medio cursu lux aurea solem
Deficiet, subitosque alieno tempore luna
Ostendet radios, inspersaque saxa repente
Sanguineis guttis ferient tristi omine mentes,
Et pugnas equitum peditumque videbitis, instar
Venantum, cælo misceri et nubibus altis :
Tunc faciet bellis, qui regnat in æthere, finem.
Sed jam opus est omnes regi sacra ferre supremo.
Hæc sunt quæ moneo, Assyria Babylone profecta,
OEstro impulsa vago, cunctis prædicere jussa
Instantem Græcis ignem, pœnasque paratas
Humano generi, divini arcana furoris.
Et tamen, ut fictæ mentitam nomina gentis,

794. R. L. οὐκ habent, ubi κοὐκ edd. et A. B. Deinde Pr. et Cast. cum A. B. κυρίου, ubi Ops. cum R. L. θεοῦ.

800. Pr. et Cast. cum codd. πρὸς γαῖαν ἄπασαν. Correxit Ops.

802. Edd. et codd. προφανοῦσι et ἵκονται, utrumque barbare. Præterea R. L. καὶ omittunt. Nos correximus.

803. R. L. αἵματι σταγόνες.

804. R. L. πεζῶν καὶ ἱππέων. Edd. ut nos. An ἵππων legendum ?

805. L. ὁμίχλη.

807. R. L. μεγάλω θεῶ βασιλῆϊ.

808. A. male, ἀσσυρίοις. Deinde Pr. et Cast. cum A. B. βαβυλώνεα. Ops. cum R. L. Βαβυλώνια. An fortasse melius Βαβυλῶνος?

810. Pr. cum A. B. μιμήματα. Ceteri edd. μηνίματα, ut nos. R. L. θεοῦ μηνύματα βροτοῖς. Confer lib. VIII, v. 2 et 3. Post hunc versum in Betuleii et Pithœi codd. scriptum erat ad marginem : Λείπουσι δύο στίχοι, et in A. duorum quoque versuum relinquitur intervallum, quum in edd. nota nulla appareat, nec lacunæ locus sit.

812. Quæ de genere suo narrat Sibylla, obversata sunt Lactantio, Div. Inst. I, cap. 12, ita scribenti : « Nomen « suum verum carmini inseruit, et Erythræam se nominatum iri prælocuta « est, quum esset orta Babylone. » Sed plura nos de hoc tertii libri epilogo in Excursu V.

Ἐξ Ἐρύθρης γεγαυῖαν, ἀναιδέα· οἱ δέ με Κίρκης
Μητρὸς καὶ Γνωστοῖο πατρὸς φήσουσι Σίβυλλαν,
Μαινομένην, ψεύστειραν· ἐπὴν δὲ γένηται ἅπαντα,
Τηνίκα μου μνήμην ποιήσετε, κοὐκέτι μ' οὐδεὶς
Μαινομένην φήσειε, Θεοῦ μεγάλην δὲ προφῆτιν.
Ὃς γὰρ ἐμοὶ δήλωσεν, ἃ πρὶν γενετῆρσιν ἐμοῖσιν,
Ὅσσα τε πρῶτ' ἐγένοντο, τά μοι Θεὸς ἐγκατέλεξε·
Τῶν μετέπειτα δὲ πάντα Θεὸς νόῳ ἐγκατέθηκεν,
Ὥστε προφητεύειν με τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα,
Καὶ λέξαι θνητοῖς. Ὅτε γὰρ κατεκλύζετο κόσμος
Ὕδασι, καί τις ἀνὴρ μόνος εὐδοκίμητος ἐλείφθη,
Ὑλοτόμῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐπιπλώσας ὑδάτεσσι
Σὺν θηρσὶ πτηνοῖσί θ', ἵν' ἐμπλησθῇ πάλι κόσμος·
Τοῦ μὲν ἐγὼ νύμφη καὶ ἀφ' αἵματος αὐτοῦ ἐτύχθην,
Τῷ τὰ πρῶτ' ἐγένοντο, τὰ δ' ἔσχατα πάντ' ἀπεδείχθη·
Ὥστ' ἀπ' ἐμοῦ στόματος τάδ' ἀληθινὰ πάντα λελέχθω.

814. Pars secundi hemistichii, φήσουσι Σίβυλλαν, et tres seqq. versus citantur a Lactantio, IV, cap. 15.

815. R. L. ψεύστριαν. Deinde Lact. ἐπὰν δέ.

816. A. μνήμην μοῦ ποιήσετε. R. L. μνήμην μου ποιήσουσι κοὐκ ἔτι δ' οὐδείς.

817. B. φήσεις, male. Lact. μαινομένην φήσει με θεοῦ μεγάλοιο προφῆτιν, non ita male. Ops. quoque, Θ. μεγάλοιο πρ. Sed Pr. et Cast. cum codd. μεγάλην δέ.

818. Pr. et codd. οὐ γὰρ ἐμοὶ δηλώσει, sine sensu. Cast. emendavit, etsi apud eum typographi vitio scriptum est δηλῶσεν.

819. Pr. et Cast. cum codd. κατέλεξε. Ops. ἐγκατέλεξε, quæ Cast. conj.

821. B. μετά τ' ἐσσόμενα, quod notandum.

822. R. L. θνητοῖσι γάρ, omisso ὅτε.

Ex Erythris natam me Græcia dicet : at illi
Circe matre ferent et Gnosto patre, Sibyllam
Dementem, falsam. Sed quum prædicta sequetur
Eventus, mea tum recolent oracla, neque ulli
Jam vesana, Dei sed vates magna vocabor :
Cui Deus ipse, meis monstrata parentibus olim
Omnia, quæ fuerint, et quæ ventura minentur,
Ostendit; dein hæc terris edicere jussit,
Præteritisque simul rebus rebusque futuris
Mortales implere animos. Nam tota nataret
Quum tellus, unusque hominum de stirpe maneret
Justus, quem per aquas vexit domus eruta silvis,
Una avibusque ferisque, iterum ut succresceret orbis;
Hujus ego nurus, hujus eram de sanguine justi,
Cui prima acciderunt, cui sunt monstrata futura.
Hactenus ergo mihi vera omnia prodita sunto.

De Sibyllæ cum Noemo affinitate et in arca contubernio, confer lib. I, v. 287, sqq. quæque a nobis disserentur in Excursu V.

823. R. L. ἀνὴρ ὁ εὐδοκίμητος.

825. Pr. cum B. πάλιν κόσμος. R. L. κόσμος πάλιν. Emendavit Cast.

826. Edd. et codd. ἐτέχθην, præter A. qui nobiscum ἐτύχθην, verbum Sibyllæ haud insolens pro ἐγενόμην, ut in Proœmio, v. 16. Nurum enim Noemi se profitetur, non filiam ; et ἀφ' αἵματος videtur esse *e familia*, non e genere, quamvis improprie dictum ; nisi forte fratri aut patruo nupserat, quæ fuit illa priscorum morum libertas.

828. Gallæi ed. λελέχθων, sine auctoritate.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

Κλῦε, λεὼς Ἀσίης μεγαλαυχέος, Εὐρώπης τε,
Ὅσσα μελιφθέγκτοιο διὰ στόματος μεγάλοιο
Μέλλω ἀφ' ἡμετέρου παναληθέα μαντεύεσθαι·
Οὐ ψευδοῦς Φοίβου χρησμηγόρος, ὅντε μάταιοι
Ἄνθρωποι θεὸν εἶπον, ἐπεψεύσαντο δὲ μάντιν·
Ἀλλὰ Θεοῦ μεγάλοιο, τὸν οὐ χέρες ἔπλασαν ἀνδρῶν,
Εἰδώλοις ἀλάλοισι λιθοξέστοισιν ὅμοιον.
Οὔτε γὰρ οἶκον ἔχει ναῷ λίθον ἱδρυθέντα,
Κωφότατον, νωδόν τε, βροτῶν πολυαλγέα λώβην·
Ἀλλ' ὃν ἰδεῖν οὐκ ἔστιν ἀπὸ χθονὸς, οὐδὲ μετρῆσαι,
Ὄμμασιν ἐν θνητοῖσι· χεὶρ δ' οὐκ ἔπλασε θνητῶν·
Ὃς, καθορῶν ἅμα πάντας, ὑπ' οὐδενὸς αὐτὸς ὁρᾶται·
Οὗ νύξ τε δνοφερή τε, καὶ ἡμέρη, ἠέλιός τε,
Ἄστρα, σελήνη τε, καὶ ἰχθυόεσσα θάλασσα,
Καὶ γῆ, καὶ ποταμοὶ, καὶ ἀενάων πόμα πηγῶν,
Κτίσματα πρὸς ζωὴν, ὄμβροι θ' ἅμα καρπὸν ἀρούρης
Τίκτοντες, καὶ δένδρα, καὶ ἄμπελοι, ἠδέ τ' ἐλαῖαι.

Tit. Edd. λόγος τέταρτος περὶ Θεοῦ καὶ διαφόρων χωρίων καὶ νήσων. A. περὶ Θεοῦ καὶ διαφώρων (sic) χωρῶν καὶ νήσων, sine ullo libri novi discrimine. R. L. λόγος τέταρτος. Totum hunc librum Christiana manu confictum esse, non ambigitur. Titi aut Domitiani tempore scriptum, sat certis evincitur argumentis; confer præsertim, v. 125, sq. 127, sqq. Quod si verum est, antiquiorem oportet haberi ceteris omnibus libris, excepta tertii parte secunda et quarta, ac fortasse Procemio. Sed vide Exc. V.

1. Pr. et Cast. cum codd. κλαῖε: correxit Ops. Deinde edd. cum B. μεγαλαύχεο. R. L. μεγάλαυχε. Nos correximus.

2. Pr. et Cast. μελιφθέκτοιο. R. L. μελιφθίτοιο. Correxit Ops. favente A.

4. R. L. οὐ ψευδῆ. Deinde edd. et codd. omnes, χρησμήτορος. Sed Clemens Alex.

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER QUARTUS.

Audi, gens Asiæ prænobilis, Europæque,
Carmina, mellisono quæ sunt verissima cantu
Vaticinanda meo, non falsi numine Phœbi
Improba jactantis mendacia, quem male sano
Mortales cultu vatem fecere deumque;
Sed magno dictante Deo, quem non manus ulla
Formavit similem mutis de marmore signis,
Nec domus est illi saxum media æde locatum,
Voce carens, surdum, turbæ exitiale colenti:
Sed quem terrigenum non ullis cernere fas est
Metirive oculis; quem non manus ulla creavit;
Omnia qui spectat, non aspectabilis ipse;
Cujus in imperio nox est tenebrosa, diesque,
Astraque, luna et sol, piscosique æquora ponti,
Tellus, et fluvii, fontesque perenne fluentes,
Viventum genus omne, et frugibus utilis imber,
Arborei fetus, vites, et pinguis oliva.

in Protreptico, hunc et quatuor seqq. versus citans; primum sic effert: οὐ ψευδοῦς Φοίβου χρησμηγόρον, unde firmatur lectio nostra, quæ conjectura est aliorum et Schneideri in Lex. Nam χρησμήτωρ analogia caret.

7. A. λιθοξέστοις.

8. Pr. ναῷ λίθον ἱεροθέντα (sic). Cast. et Ops. cum A. B. ἱδρυθέντα, ut nos. R. L. ναὸν λίθον ἱδρυθέντα.

11. Pr. cum A. B. ὄμμ. ἐν θνητοῖς οὐδ' ἐπέλασε χεὶρ θνητῶν, atque ita R. L. nisi quod ἔπλασε habent. Cast. ὄμμ. ἐν θνητοῖς, χεὶρ δ' οὐκ ἔπλασσε θνητῶν. Ops. ut nos, sed voce χείρ non soluta, vitio fortasse typographi.

14. Imo melius propter metrum, ἄστρα σεληναίη τε.

16. Pr. et Cast. hoc versu carent; habent R. L. cum A. B. nisi quod B. ὄμβρος exhibet. Restituit Ops.

17. A. B. κτίζοντες, male.

Οὗτός μοι μάστιγα διὰ φρενὸς ἤλασεν εἴσω,
Ἀνθρώποις ὅσα νῦν τε καὶ ὁππόσα γίνεται αὖθις,
Ἐκ πρώτης γενεῆς ἄχρις ἑνδεκάτης ἀφικέσθαι,
Ἀτρεκέως καταλέξαι. Ἅπαντα γὰρ αὐτὸς ἔλεξεν
Ἐξανύων. Σὺ δὲ πάντα, λεώς, ἐπάκουε Σιβύλλης
Ἐξ ὁσίου στόματος, φωνὴν προχέοντος ἀληθῆ.
Ὄλβιοι ἀνθρώπων κεῖνοι κατὰ γαῖαν ἔσονται,
Ὅσσοι δὴ στέρξουσι Θεὸν μέγαν, εὐλογέοντες
Πρὶν πιέειν φαγέειν τε, πεποιθότες εὐσεβίῃσιν·
Οἳ νηοὺς μὲν ἅπαντας ἀποστρέψουσιν ἰδόντες,
Καὶ βωμούς, εἰκαῖα λίθων ἱδρύματα κωφῶν,
Αἵμασιν ἐμψύχων μεμιασμένα καὶ θυσίῃσι
Τετραπόδων· βλέψουσι δ' ἑνὸς Θεοῦ εἰς μέγα κῦδος,
Οὔτε φόνον ῥέξαντες ἀτάσθαλον, οὔτε κλοπαῖον
Κέρδος ἄπειρον ἑλόντες (ἃ δὴ ῥίγιστα τέτυκται),
Οὐδ' ἄρ' ἐπ' ἀλλοτρίης κοίτης πόθον αἰσχρὸν ἔχοντες,
Οὔτ' ἐπὶ ἄρσενος ὕβριν ἀπεχθέα τε στυγερήν τε.
Ὧν τρόπον, εὐσεβίην τε, καὶ ἤθεα ἀνέρες ἄλλοι
Οὔ ποτε μιμήσονται, ἀναιδείην ποθέοντες·
Ἀλλ' αὐτοὺς χλεύῃ τε γέλωτί τε μυχθίζοντες,
Νήπιοι ἀφροσύνῃσιν, ἐπιψεύσονται ἐκείνοις,
Ὅσσ' αὐτοὶ ῥέξουσιν, ἀτάσθαλα καὶ κακὰ ἔργα.
Δύσπιστον γὰρ ἅπαν μερόπων γένος. Ἀλλ' ὅταν ἤδη
Κόσμου καὶ θνητῶν ἔλθῃ κρίσις, ἣν Θεὸς αὐτὸς
Ποιήσει, κρίνων ἀσεβεῖς ἅμα τ' εὐσεβέας τε·

19. A. in fine, αὖτις.

20. Pr. et Cast. ἄχρις ἐν δεκάτης. R. L. μέχρις ἐνδεκάτης. Ops. ut nos. Succurrit legendum ἄχρι δεκάτης, vel ἄχρι τῆς δεκάτης : mundum enim decima generatione periturum, constans videtur traditio fuisse; confer infra, v. 47. Sed et ἄχρις ἑνδεκάτης aliquatenus ferri potest, si undecima intelligatur, quæ post mundi instaurationem futura canetur infra, v. 177, sqq. De generationum ratione quam Noster sequitur, plura vide ad v. 50

24. Hunc et sex seqq. versus affert e Sibylla Justinus, Cohort. § 15, vix in pauculis a vulgata discedens. Ceterum hæc omnia produnt imitationem libri tertii, quem confer, v. 219, sqq. et 573, sqq. Sed illic de Judæis, hic de Christianis agi certum est.

25. Cast. sine auctore, μέγαν θεόν, quem Ops. secutus est. Pr. et codd. θεὸν μέγαν.

26. R. L. τε non habent. A. πρὶν πιέειν φαγέειν τε.

27. L. ναούς. Hunc et quatuor seqq. versus habet Clemens Alex. in Protreptico, sed variis modis adulteratos. Ipse ac Justinus νηούς, et uterque ἀπαρνήσονται pro ἀποστρέψουσιν.

28. Pr. cum A. B. οἰκεῖα. Correxit Cast. faventibus R. L. Deinde Justinus, ἀφιδρύματα. Clemens, ut edd. et codd.

Ille mihi trepidam quatit acri verbere mentem :
Ille jubet, quæ sint et quæ ventura trahantur,
A primo, decimum terris dum venerit ævum,
Omnia certa viris edicere : nam docet ipse
Interior. Sed tu, gens, audi cuncta, Sibyllæ,
Fatiloquo quæ vera fluunt recinentis ab ore.
  Felices illi vivent terrestribus oris,
Æternum laudare Deum qui rite solebunt
Ante cibum et potum, veræ pietatis amantes;
Omnia qui visu templa avertentur, et aras
Nequicquam immani saxorum mole superbas,
Sanguine viventum saturas et cæde recenti
Quadrupedum; quærentque Dei decus unius ingens;
Nec diram facient cædem; nec lucra parabunt
Turpibus intoleranda modis, quæ pessima dictu;
Nec castum alterius cupient fœdare cubile;
Mascula nec turpi maculabunt corpora tactu.
Sed tamen his moresque pios vitæque tenorem
Non decori aut laudi vertent, quibus improba mens est :
Quin homines sanctos risu probrisque lacessent;
Crimina nil meritis affingent, et sua pravi
Crimina, quæ fuerint ipsi furialiter ausi :
Nam fidei duræ est hominum genus. Ast ubi tandem
Judicium mundi supremum advenerit, ipso
Discernente Deo justos et lege carentes;

ἱδρύματα. Sed hunc inter et sequentem versus alienus intruditur a Clemente : Καὶ λίθινα ξόανα καὶ ἀγάλματα χειροποίητα, quem fortasse memoriter citans e laciniis tertii libri confecit : confer, III, v. 588, sq. 724, sq.

29. Clem. αἵματι ἐμψύχῳ. Idem et Justinus, θυσίαισι, ubi Pr. et Cast. cum codd. θυσίεσσι : correxit Ops. Pro μεμιασμένα, Pr. et B. μεμιαμμένα, non ita bene.

30. Justinus, ἐς μέγα κῦδος. Sed longe aliter Clemens : Τετραπόδων διπόδων πτηνῶν θηρῶν τε φόνοισι.

33. Hunc et seq. habet Clemens Alex. in Pædag. lib. III.

34. R. L. οὔτ' ἐπ' ἄρσενος. Sub finem, post ἀπεχθέα, Pr. et codd. τε non habent; addidit Cast. e conj.

35. R. L. ὃν τρόπον.

37. Ops. τε post χλεύῃ, aliud agens, omisit.

40. R. L. ἅπασι pro ἅπαν, Lactantius, VII, cap. 13, hunc et sex seqq. habet, uno excepto, ac lectione in multis discrepante.

41. R. L. ἥξη, id est ἥξῃ. Lact. cum edd. ἔλθῃ.

42. R. L. κρινῶς. Lact. κρίνων ἀσεβεῖς θ' ἅμα εὐσεβέας τε. De ultimo judicio similia prorsus recurrent in hujus ipsius libri fine, v. 178, sqq.

Καὶ τοὺς δυσσεβέας μὲν ὑπὸ ζόφον ἔμπαλι πέμψει,
Καὶ τότ' ἐπιγνώσονται, ὅσην ἀσέβειαν ἔρεξαν·
Εὐσεβέες δὲ μενοῦσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
Πνεῦμα Θεοῦ δόντος, ζωήν θ' ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς.
Ἀλλὰ τὰ μὲν δεκάτῃ γενεῇ μάλα πάντα τελεῖται·
Νῦν δ' ὅσ' ἀπὸ πρώτης γενεῆς ἔσεται, τάδε λέξω.
Πρῶτα μὲν Ἀσσύριοι θνητῶν ἄρξουσιν ἁπάντων,
Ἐξ γενεὰς κόσμοιο διακρατέοντες ἐν ἀρχῇ,
Ἐξ οὗ, μηνίσαντος ἐπουρανίοιο Θεοῖο,
Αὐταῖσι πόλεσί τε καὶ ἀνθρώποισιν ἅπασι
Γῆν ἐκάλυψε θάλασσα, κατακλυσμοῖο ῥαγέντος.
Οὓς Μῆδοι καθελόντες ἐπαυχήσουσι θρόνοισιν,
Οἷς γενεαὶ δύο μοῦναι· ἐφ' ᾧ τάδε ἔσσεται ἔργα·
Νὺξ ἔσται σκοτόεσσα μέσῃ ἐνὶ ἤματος ὥρῃ·
Ἄστρα δ' ἀπ' οὐρανόθεν λείψει, καὶ κύκλα σελήνης·
Γῆ δὲ, κλόνῳ σεισμοῖο τινασσομένη μεγάλοιο,
Πολλὰς πρηνίζειε πόλεις, καὶ ἔργ' ἀνθρώπων·
Ἐκ δὲ βυθοῦ τότε νῆσοι ὑπερκύψουσι θαλάσσης.
Ἀλλ' ὅταν Εὐφρήτης μέγας αἵματι πλημμύρηται,
Καὶ τότε δὴ Μήδοις Πέρσαισί τε φύλοπις αἰνὴ
Στήσεται ἐν πολέμῳ· Περσῶν δ' ὑπὸ δούρασι Μῆδοι
Πίπτοντες, φεύξονται ὑπὲρ μέγα Τίγριος ὕδωρ.
Περσῶν δὴ κράτος ἔσται ὅλου κόσμοιο μέγιστον,

43. Lact. καὶ τότε δυσσ. μ. υ. ψ. ἐν πυρὶ πέμψει. Sed vulgata lectio magis cum fine libri convenit.

44. Lact. hoc versu caret.

45. Lact. ὅσσοι δ' εὐσεβέουσι, πάλιν ζήσουσ' ἐπὶ γαίης, sicut fere apud ipsam Sibyllam infra, v. 181.

46. Pr. cum A. B. πνεῦμά τε δόντος καὶ ζωήν θ' ἅμα. R. L. πνεῦμα δόντες ζωήν θ' ἅμα. Emendavit Cast. e Lactantio. Sed apud eumdem Lactantium vulgo pro ζωήν legitur τιμήν et in aliis codd. ψυχήν, sicut pro βίον sunt qui χάριν habeant: confer v. 182.

47. Putat Bleekius cum Fabricio necessario legendum esse, ἀλλὰ τάδ' ἑνδεκάτῃ γενεῇ. Sed τὰ μὲν hunc versum melius opponit sequenti, et confer supra, not. ad v. 20.

50. A. διακρατέοντος. Videtur Noster Assyriæ dominationis initium a diluvio repetere, id est a Babelicæ seu Babylonicæ turris ædificatione, non magno post diluvium intervallo. Quas vero γενεὰς in animo habuerit, difficile est statuere. Patet illas, quum temporum spatio valde differant, non posse annorum numero definiri. Nec tamen ideo statim ausimus cum Bleekio stuporem vatis incusare. Magnas rerum vices intellexisse videtur, quibus orbis terrarum facies repente quasi conversa ac renovata foret. Quum ergo ultra decem γενεὰς durare non posse mundum crederet, supra, v. 47; finem vero prope adesse existimaret, ideoque decimam et ultimam γενεὰν nunc agi, eamque esse qua Græci dominati essent (Judæi primævique Christiani

Impia quum soboles tenebris reddetur opacis;
Agnoscent, miseri, quam fœda et dira patrarint.
Terra autem fecunda piis habitanda manebit,
Dante Deo flatum, vitam, victumque. Sed hæc sunt
Eventus decimo plenos habitura sub ævo:
Nunc genere a primo quæ sint ventura, recludam.
Principio Assyrii populos regnare per omnes
Incipient, senisque regent ætatibus orbem,
Ex quo, terribili commotum numinis ira,
Terrenos tractus urbesque hominesque profundis
Obruit æquor aquis, et diluvio omnia mersit.
Quos Medi tollent tumidi geminasque tenebunt,
Sceptra per ætates. Et erit dominantibus illis
Nox aliquando die medio tenebrosa, simulque
Sidera deficient cælo, lunæque latebit
Orbis, et ingenti tellus concussa tremore
Urbes evertet multas hominumque labores,
Emergentque maris fundo tunc insulæ ab imo.
Sed quum profuso manabit sanguine plenus
Euphrates, Persæ et Medi certamine duro
Confligent. Tunc oppressi victricibus armis
Diffugient Medi trans Tigridis alta fluenta;
Fiet et in mundo Persarum summa potestas,

Romanos Græcis, Ἕλλησιν, annumerare consueverant), recte, nisi fallimur, initium ejus ab Alexandro ducendum esse sensit; confer infra, v. 86: hinc sponte occurrebat nonam a Cyro inchoare; ceteras octo, inter Assyriorum Medorumque imperia pro arbitrio divisit, ut prima Assyriorum dominatio a diluvii temporibus inciperet.

51. R. L. ἀπουρανίοιο. Lactantius de Ira Dei, cap. 23, hunc et duo seqq. citat.

52. Edd. αὐταῖσιν πόλεσίν τε. R. L. αὐτῇσιν πόλεσίν τε. Lact. αὐταῖσι πολίεσσι, sine τε. Confer nos de Græcitate Sibyllina.

55. Confer not. ad v. 50.

56. Edd. et B. ἐν ἤματος. A. R. L. ut nos. Vix alius solis defectus intelligi potest quam qui prædictus fertur a Thalete, anno ante Chr. 585.

57. L. κύκλος. B. κῦμα.

58. R. L. γῆ δὲ κλονήσει σεισμ..

60. L. δέ non habet.

61. Fortasse non prodigium aliquod, sed cruentæ ad Euphratem cædes intelligendæ sunt.

62. L. δή non habet. R. L. Μήδοις καὶ Πέρσαις τε φ. Medorum cum Persis bella nulla Cyri temporibus memorantur, nec videtur Medorum fuga trans Tigrim aliunde quam e poetæ ingenio profecta. Quum tamen de Cyaxaris junioris exitu mirum sit apud historicos silentium, et Noster auctores fortasse suos sequatur, notanda hæc sunt iis qui circa remotorum temporum arcana versantur.

63 Deest in A. hic versus.

Οἷς γενεὴ μία κεῖται ἀνακτορίης πολυόλβου.
Ἔσται δ' ὅσσα κεν ἄνδρες ἀπεύχονται κακὰ ἔργα,
Φυλόπιδές τε, φόνοι τε, διχοστασίαι τε, φυγαί τε,
Πύργων πρηνισμοί τε, ἀναστασίαι τε πολήων,
Ἑλλὰς ὅταν μεγάλαυχος ἐπὶ πλατὺν Ἑλλήσποντον
Πλέῃ, βρύξῃ δ' Ἀσσίδι βαρεῖαν κῆρα φέρουσα.
Αὐτὰρ ἐς Αἴγυπτον πολυαύλακα πυροφόρον τε
Λιμὸς ἀκαρπίη τε, περιπλομένων ἐνιαυτῶν
Εἴκοσι, φοιτήσει, σταχυηφόρος ἡνίκα Νεῖλος
Ἄλλοθί που ὑπὸ γαῖαν ἀποκρύψει μέλαν ὕδωρ.
Ἑλλάδι δ' ἐξ Ἀσίης βασιλεὺς μέγας ἔγχος ἀείρας
Νηυσὶν ἀμετρήτοισι, τὰ μὲν βυθοῦ ὑγρὰ κέλευθα
Πεζεύσει, πλεύσει δέ τε μοῦνος, ἃ ποσσὶ πατεῖται·
Ὃν φυγάδ' ἐκ πολέμου δεινὴ ὑποδέξεται Ἀσσίς.
Σικελίην δὲ τάλαιναν ἐπιφλέξει μάλα πᾶσαν
Χεῦμα πυρὸς μεγάλοιο, ἐρευξαμένης φλογὸς Αἴτνης.
Ἡ δὲ Κρότων μεγάλη πέσεται πόλις εἰς βαθὺ χεῦμα.
Ἔσται δ' Ἑλλάδι νεῖκος· ἐπ' ἀλλήλοις δὲ μανέντες
Πολλὰς πρηνίξουσι πόλεις, πολλοὺς δ' ὀλέσουσι
Μαρνάμενοι· τὸ δὲ νεῖκος ἰσόῤῥοπον ἀλλήλοισιν.
Ἀλλ' ὅταν ἐς δεκάτην γενεὴν μερόπων χρόνος ἔλθῃ,
Καὶ τότε μὲν Πέρσαις ζυγὰ δούλια καὶ φόβος ἔσται.
Αὐτὰρ ἐπεὶ σκήπτροισι Μακήδονες αὐχήσουσιν,
Ἔσται καὶ Θήβαισι κακὴ μετόπισθεν ἅλωσις,
Κᾶρες δ' οἰκήσουσι Τύρον, Τύριοι δ' ἀπολοῦνται.

66. Confer not. ad v. 50.

67. Recte videntur hæc de bello Trojano a plerisque accipi. Redit ergo vates in sua vestigia, et γενεῶν, quas enumeratas voluit, absoluta jam serie, transit ab universis ad singula.

68. A. pro φυγαί τε in fine habet πολήων e sequenti versu huc attractum, omissis intermediis.

69. R. L. τε non habent. An melius πύργων τε πρηνισμοί?

70. In A. librarii manus hæsitavit inter ὅτε et ὅταν, quorum posterius priori superscriptum est.

71. Pr. et Cast. cum B. πλεύσῃ, βρύξει δ' ἀσσίδι. Ops. item, sed βρύξῃ. R. L. πλεύσῃ, βρύξει βαρεῖ αὐτὴ δ' ἀσσίδι κ. φ. Nos, metri causa, πλέῃ, dura licet crasi, scripsimus; in Ἀσσίδι vero media producenda est, ut lib. III, v. 342.

72. Pr. πυρφόρον. R. L. πυρροφόρον. Correxit Cast. Viginti annorum famem in Ægypto quando accidisse voluerit Noster, incertum est: certe poetica licentia rem exaggerat, præsertim quum Nilum sub terris delituisse fingit. De septem annorum fame sub Josepho, qualis in sacris libris memoratur, venisse in mentem Bleekio, satis miramur.

76. L. ἀλλὰ δὴ δ' ἐξ ἀσίης. B. μέγας omisit. De Xerxe agi, manifestum est.

78. A. post δέ alteram voculam omisit.

81. R. L. ῥευξάμενον πυρὸς αἴτνης. B. pessime, ἐρεξαμένης φλογὸς ἔτλη Anti-

Una quibus dabitur regni prædivitis ætas.
Tum vero incumbent populis mala cuncta, cruenti
Conflictus, cædesque, fugæque, et seditiones,
Eversæque dabunt turres urbesque ruinam,
Græcia quum magnum tranaverit Hellespontum
Infrendens, Asiæque ferens crudelia fata.
Tunc etiam cultos Ægypti fertilis agros
Frugibus orba fames totis populabitur annis
Viginti : quum nescio quo sub viscera terræ
Præcipitans Nilus nigras absconderit undas.
At Græcis infesta feret rex maximus arma,
Innumeras ducens Asiæ de litore puppes;
Unus trajiciet pedes æquora, navita terram :
Quem bello profugum mox patria mæsta reviset.
Siciliam, dictu miserabile, funditus omnem
Igneus exuret torrens, undantibus Ætnæ
Visceribus : ruet in fluctus urbs magna profundos.
Hinc cadet in Græcos discordia : mutuus illos
Committet furor, et multas bellum atteret urbes,
Pugnando multi occumbent; erit exitus anceps.
Verum ubi jam surget decimum mortalibus ævum,
Tum servile jugum Persis magnique parantur
Terrores, victor Macedo quum sceptra tenebit.
Exitium posthac veniet miserabile Thebis,
Inque Tyro degent Cares, Tyriique peribunt.

quissimam Ætnæ montis eruptionem, quæ quidem Græcis innotuerit, sunt qui ad Pythagoræ tempora referant; secundam ad olymp. LXXV, ann. 4 (ante Christum 477), uti e Thucydide conjicitur, lib. III, sub finem. Tertia accidit Olymp. LXXXVIII, ann. 2 (ante Chr. 427), teste eodem Thucydide, ibid. Secundæ nunc aut tertiæ mentionem fieri monet ordo temporum.

82. Edd. cum A. B. ἡ δὲ βροτῶν μ. πεσεῖται π. εἰς β. χεῦμα. R. L. item, nisi quod κροτῶν habent, unde lectio nostra. Deinde πέσεται pro πεσεῖται, nostrum est, Sibyllæ quoque alias usitatum. In fine pro χεῦμα magis placeret κῦμα. De Crotone urbe, quum Ætna mons in ignes erumperet, motum terræ passa, nihil in historiis occurrit, etsi res admodum probabilis.

83. Recte hæc de bello Peloponnesiaco accepit Ops.

86. Hunc versum R. L. non habent, suppressum, ut quidem videtur, ab aliquo vel librario vel lectore, quem Sibyllina generationum ratio offenderet. Recte tamen decimam γενεὰν a Macedonibus inchoari supra notavimus ad v. 50.

88. R. L. μακέδονες.

89. Pr. et Cast. θήβεσσι. Thebas Bœotiæ intellige, ab Alexandro captas et deletas. Recurret hic versus iisdem prope verbis lib. VIII, v. 161.

90. De Caribus Tyrum translatis ab

Καὶ Σάμον ἄμμος ἅπασαν ὑπ' ἠϊόνεσσι καλύψει.
Δῆλος δ' οὐκέτι δῆλος, ἄδηλα δὲ πάντα τὰ Δήλου.
Καὶ Βαβυλὼν μεγάλη μὲν ἰδεῖν, μικρὰ δὲ μάχεσθαι,
Στήσεται ἀχρήστοισιν ἐπ' ἐλπίσι τειχισθεῖσα.
Βάκτρα κατοικήσουσι Μακήδονες· οἱ δ' ἀπὸ Βάκτρων
Καὶ Σούσων φεύξονται ἐφ' Ἑλλάδα γαῖαν ἅπαντες.
[Ἔσσεται ἐσσομένοις,] ὅτε Πύραμος ἀργυροδίνης,
Ἠϊόνα προχέων, ἱερὴν εἰς νῆσον ἵκηται.
Καὶ Σύβαρις πέσεται, καὶ Κύζικος, ἡνίκα γαίης
Βρασσομένης σεισμοῖσι [κατα]πίπτωσι πόληες.
Ἥξει καὶ Ῥοδίοις κακὸν ὕστατον, ἀλλὰ μέγιστον.
Οὔτε Μακηδονίης ἀεὶ κράτος· ἀλλ' ἀπὸ δυσμῶν
Ἰταλὸς ἀνθήσει πόλεμος μέγας, ᾧ ὕπο κόσμος
Λατρεύσει, δούλειον ἔχων ζυγὸν, Ἰταλίδησι.
Καρχηδὼν, καὶ σεῖο χαμαὶ πᾶς πύργος ἐρείσει.
Τλῆμον Λαοδίκεια, σὲ δὲ τρώσει ποτὲ σεισμὸς
Πρηνίξας, στήσει δὲ πάλιν πόλιν εὐρυάγυιαν.
Καὶ σὺ, Κόρινθε τάλαινα, τεήν ποτ' ἐπόψει ἅλωσιν.
Ὦ Λυκίης Μύρα καλὰ, σὲ δ' αὖ ποτὲ βρασσομένη χθὼν
Πρηνίξει· πρηνὴς δὲ κλόνῳ πίπτουσ' ἐπὶ γαῖαν,
Εἰς ἑτέραν εὔξῃ προφυγεῖν χθόνα, οἷα μέτοικος.
Ἀρμενίη δέ τε, καὶ σὲ μένει δούλειος ἀνάγκη

Alexandro, reticent historici: quo magis notanda res.

91. Ducti videntur hic et seq. versus e lib. III, v. 363; male autem huc invecti inter Alexandri res gestas. Ceterum pleraque sequentium confusa et ex arbitrio poetæ temere congesta non diffitemur.

93. Rursus hæc ad Alexandrum.

95. A. οὐδ' ἀπὸ βάκτρων. Bactrorum et Susorum incolas in Græciam translatos, nemo historicorum retulit, ac vix fide dignum videtur: notandum tamen. Neque vero hic neque seq. versus in R. L. reperiuntur.

97. Pr. et Cast. cum codd. omisso priore hemistichio, versum prorsus abnormem sic exhibent: Ὅτε πύραμος ἀργυροδίνης πρόσθ' ἁλὸς δίης, ubi tria ultima verba ex adjectivi ἀργυροδίνης mala lectione videntur orta. Versum supplevit et restituit Ops. e Strabone, lib. I, p. 53, et lib. XII, p. 536, bis hunc et sequentem ex antiquo quodam oraculo (λόγιον vocat) proferente; unde patet Sibyllistas ex antiquioribus oraculis quædam in suam rem vertisse, quod plerisque interpretibus observatum monuimus jam, et alias plenius ostendemus. Notandum tamen apud Strab. non ἀργυροδίνης, sed εὐρυοδίνης perverse legi.

98. R. L. ἐς νῆσον. Strab. εἰς κύπρον. Agitur enim de Cypro insula, quam, crescente Pyrami fluvii alluvione, continenti olim junctum iri, falsa prædictio canebat.

99. Edd. et codd. πεσεῖται. Sybaris a Crotoniatis primum, deinde ab Atheniensibus deleta, non terræ motu diruta fertur (confer Strab. VI, p 263), nec quidquam commune Italæ urbi cum Cyzico Asiatica; unde aliquid mendi

Totaque litoreis Samus obducetur arenis,
Et Delus, non jam Delus, delebitur omnis.
Et Babylon ingens visu, certamine parva,
Sentiet incassum muris confisa superbis.
Bactra colet Macedo : qui vero Bactra tenebant
Susaque, Græcorum se tunc ad litora vertent.
Tempus et illud erit, liquido quum Pyramus amne
Ad te, sancta, suum promoverit, insula, litus.
Occidet et Sybaris et Cyzicus, oppida quando
Succutient magni, terra trepidante, tremores.
Et Rhodiis veniet clades postrema, sed ingens.
Nec semper Macedo dominabitur, occiduumque
Surget ab Italia bellum, quo subditus orbis
Italico dare colla jugo servilia discet.
Procumbent, Carthago, tuæ tum funditus arces.
Et te, Laodicea miserrima, terra vacillans
Affliget, magnamque iterum componet in urbem.
Tuque olim captiva gemes, miseranda Corinthe.
O Lyciæ Myra, felices urbs clara per urbes,
Prona cades aliquando, soloque afflicta trementi,
Quærere diversas optabis transfuga sedes.
Armenia, impendent etiam tibi vincla ferocis

subodoramur, ut Σύβαρις fortasse aliud nomen tegat.

100. Edd. et codd. β. σ. πίπτουσιν αἱ πόλεις : nos e conj. emendavimus.

101. Versus hic de Tenedo jam dictus libro III, v. 486, alias quoque de Rhodiis iterum canetur, lib. VIII, v. 160, desumptus forsitan ex antiquiore ethnicæ Sibyllæ oraculo. Huc certe pertinet quod legitur apud Pausaniam, Corinth. cap. 7 · Καὶ Ῥοδίοις ἐσείσθη μάλιστα ἡ νῆσος, ὥστε καὶ λόγιον τετελέσθαι Σιβύλλῃ τὸ εἰς τὴν Ῥόδον ἔδοξεν : quem nos Pausaniæ locum alias discutiemus. Motu maximo Rhodus concussa est, dejectusque Solis colossus, Olymp. CXXXIX, ann. 1, ante Chr. 224. Nec semel alias commota fertur, et sub Antonino Pio, teste Capitolino in ejus vita. Confer et lib. VII, v. 1, sqq.

102. R. L. μακεδονίης. Edd. et B. ut nos. Deinde Cast. et Ops. αἰεί, ubi Pr. et codd. ἀεί. Hic erat indicandus decimæ γενεῆς finis, quam auctor a Macedonum dominatione inchoaverat supra, v. 86, nisi maluisset illam ad Romanos usque producere : confer not. ad v. 50.

105. R. L. πύργος τε ἐρείσει, sine πᾶς. In fine legendum videtur ἐρείψει.

106. De Laodicea sub Nerone eversa, confer lib. III, v. 471.

107. B. πάλιν omittit.

108. R. L. τεὴν ὄψει ἄλωσιν, versu hiulco. De Corintho, confer lib. III, v. 487, sq.

109. Pr. ὦ λυβίης, unde ceteri edd. ὦ λιβύης. Pessime R. εὖ λυβύης. Sed unice verum est quod dant R. L. ὦ Λυκίης. Myra enim urbs Lyciæ bene nota. Sub finem edd. et codd. omnes οὔποτε, quod correximus.

112. R. L. ἀρμενίη δὲ καί σοι μένει.

Ἰταλόθεν. Νηὸν δὲ Θεοῦ μέγαν ἐξαλαπάξει.
  Ἡνίκα δ' ἀφροσύνῃσι πεποιθότες, εὐσεβίην μὲν
Ῥίψουσι, στυγερὸν δὲ τελοῦσι φόνον περὶ νηὸν,
Καὶ τότ' ἀπ' Ἰταλίης βασιλεὺς μέγας, οἷά τε δράτης,
Φεύξετ' ἄφαντος, ἄπυστος, ὑπὲρ πόρον Εὐφρήταο,
Ὁππότε δὴ μητρῷον ἄγος στυγεροῖο φόνοιο
Τλήσεται, ἄλλα τε πολλὰ κακῇ σὺν χειρὶ πιθήσας.
Πολλοὶ δ' ἀμφ' ἱερὸν Ῥώμης πέδον αἱμάξουσι,
Κείνου ἀποδράσαντος ὑπὲρ τὴν πατρίδα γαῖαν.
  Εἰς Συρίην δ' ἥξει Ῥώμης πρόμος, ὃς πυρὶ νηὸν
Συμφλέξας, πολέμων πολλοὺς δορὶ ἀνδροφονήσει,
Ἰουδαίων δ' ὀλέσει μεγάλην χθόνα εὐρυάγυιαν.
  Καὶ τότε δὴ Σαλαμῖνα, Πάφον θ' ἅμα σεισμὸς ὀλέσσει,
Κύπρον ὅταν περίκλυστον ὑπερκλονέῃ μέλαν ὕδωρ.
  Ἀλλ' ὁπόταν χθονίης ἀπὸ ῥωγάδος Ἰταλίδος γῆς
Πυρσὸς ὑποστρέψας εἰς οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνῃ,
Πολλὰς δὲ φλέξῃ πόλιας, καὶ ἄνδρας ὀλέσσῃ,
Πολλὴ δ' αἰθαλόεσσα τέφρη μέγαν αἰθέρα πλήσῃ,
Καὶ ψεκάδες πίπτωσιν ἀπ' οὐρανοῦ, οἷά τε μίλτος,
Γινώσκειν τότε μῆνιν ἐπουρανίοιο Θεοῖο,

113. Quis ἐξαλαπάξει? Itala nempe gens, cujus nomen in adverbio Ἰταλόθεν continetur, syntaxi satis græca. Lacuna tamen fortasse subest. Quam cito enim ab Armenia transilitur ad Judæam ejusque templum!

115. Pr. et Cast. cum B. στυγερὸν δὲ φόνον τελέουσι πρινήων. Ops. et R. L. item, sed τελέσουσι. Nos e conj. locum sanavimus: est enim τελοῦσι Sibyllinum pro τελέσουσι: περὶ νηόν autem suadebat ipse sensus. Suspicamur tamen scriptum primitus fuisse, στυγερὸν δὲ φόνον τελέσει περὶ νηόν, mutato repente numero, quum ῥίψουσι præcessisset; cujus vel licentiæ vel incuriæ exempla apud Sibyllam non rara sunt.

116. Hic est Nero, quem non fato obiisse, sed in Asiam ad Parthos confugisse, mox cum ingentibus copiis rediturum in totius mundi perniciem, constans ac diutina, nec Christianorum modo, sed et paganorum opinio fuit: confer infra, v. 136, sqq. et Excursum nostrum V.

117. Edd. et codd. ἄπιστος. Deinde edd. cum B. Εὐφρήτοιο. R, L. εὐφράτοιο. Nos correximus. De Euphrate regibus ab oriente venientibus siccum iter præbituro (videtur Sibyllista Neronem et Parthorum duces intellexisse), confer Apocal. cap. 16, v. 12.

119. R. L. κακῇ non habent.

120. A. αἱμάξουσιν. Bellum civile in ipsa urbe Roma sub Vitellio, oppugnatum incensumque Capitolium, etc.

121. Codd. τήν omittunt.

122. Edd. et codd. τρόμος: proposuit Cast. in margine πρόμος, quod Ops. probavit et cum Fabricio Bleekius. Sic libro VII, v. 48: Ἰταλίης δὲ πρόμος. Titum Vespasiani filium, vel, ut libro III, v. 388, ipsum Vespasianum indigitari nemo non videt. In fine Ops. περὶ νηόν, imprudens edidit, quum ante illum et in codd. constanter πυρὶ νηόν legeretur. Fortasse in mente habuit versum 115.

123. Πολέμων, an pro πολεμίων? Certe hoc sensu accipiendum videtur alias quoque apud Sibyllam, ut lib. V, v. 13.

Italiæ : magnamque Dei populabitur ædem.
Sed quum stultitia freti, pietate remota,
Horribiles edent templum ad venerabile cædes,
Tum vero Italicis fugiet rex magnus ab oris,
Perditus, ignotus, trans Euphratea fluenta,
Qui prius infando maternas sanguine diras
Conscierit demens, et multa horrenda patrarit.
Multi autem circum Romæ delubra cruore
Fœdabunt terram, patria quum fugerit ille.
Tum dux in Syriam veniet Romanus, ut altum
Incendat facibus templum, civesque trucidet,
Et Judæorum florentem diruat urbem.
At Salamina Paphumque simul tremor obruet ingens,
Quum circumfuso nabit sub gurgite Cyprus.
Sed quum disruptis Itala tellure cavernis,
Manibus ex imis ad cælum flamma redibit,
Exuretque urbes multas, hominesque necabit,
Æthereos implens cinere et fuligine campos,
Et minio similes guttæ labentur ab alto :
Tunc homines noscant præsentem numinis iram,

Vide ne præstet utrobique reponi participium πολεμῶν.

125. R. L. πάφω ἅμα, id est, Πάφῳ ἅμα, non male. Rursus eadem canentur lib. V, v. 450, sq. Urbes Cypri tres, quarum duas Paphum et Salamina fuisse nunc discimus, terræ motu corruisse, Vespasiano imperante, circa annum Christi 71, testatur Eusebius in Chron.

126. A. πολύκλυστον, et superscriptum eadem manu περικλ. Deinde R. L. μέγαν, ubi edd. cum A. B. μέλαν.

127. Vesevus mons arsit anno post Christum 79, post excisam Judæam nono, Titi imperatoris primo.

128. Edd et codd. πυρός. Veram medelam præsenserat Ops.

129. Pr. et Cast. cum. A. B φλέξει : correxit Ops. Respexisse ad hunc locum videtur Plutarchus de Pythiæ Orac. t. VII, p. 566, ed. Reisk. : Ταυτὰ δὲ τὰ πρόσφατα καὶ νέα πάθη περί τε Κύμην καὶ Δικαιάρχειαν, οὐχ ὑμνούμενα πάλαι καὶ ᾀδόμενα διὰ τῶν Σιβυλλείων ὁ χρόνος ὥσπερ ὀφείλων ἀποδέδωκεν, ἐκρήξεις πυρὸς ὀρείου, κ. τ. λ.; Iterumque de Sera numinis vindicta t. VIII, p. 240: Ἔλεγε δὲ ὁ Δαίμων τὴν φωνὴν εἶναι Σιβύλλης... Καὶ βραχέα κατήκουσεν, ὧν ἦν τὸ περὶ τὸ Βέσβιον ὄρος καὶ τὴν Δικαιαρχείας ὑπὸ πυρὸς φθορὰν γενησομένην, καί τε κομμάτιον περὶ τοῦ τότε ἡγεμόνος, ὡς Ἐσθλὸς ἐὼν νόσῳ τυραννίδα λείψει. Sed quum ultimæ voces Ἐσθλὸς ἐών, κ. τ. λ. in nostris Sibyllinis desint, quumque in his urbium quidem exustarum mentio fiat, Cumarum tamen et Dicæarchiæ (Puteolorum) nomina non occurrant, dubium est utrum hoc an simile oraculum fuerit Plutarcho ob oculos. Confer Excursum nostrum de Sibyllinis.

130. Pr. Cast. A. B. ἠθαλόεσσα.

131. Pr. et Cast. cum A. B. πίπτουσιν. Correxit Ops. faventibus R. L.

132. R. L. ἀπουρανίοιο. Notandum adverbium τότε, quo hæc cum præcedentibus conjunguntur, nempe ultimæ Romani imperii calamitates cum Vesevi montis eruptione, Judæorumque sive Christianorum infortunio. Quæ videntur

Εὐσεβέων ὅτι φῦλον ἀναίτιον ἐξολέκουσιν.
Εἰς δὲ δύσιν τότε νεῖκος ἐγειρομένου πολέμοιο
Ἥξει, καὶ Ῥώμης ὁ φυγὰς, μέγα ἔγχος ἀείρων,
Εὐφρήτην διαβὰς, πολλαῖς ἅμα μυριάσ' ἀνδρῶν.
Τλήμων Ἀντιόχεια, σὲ δὲ πτόλιν οὐκέτ' ἐροῦσιν·
Εἵνεκεν ἀφροσύνης Ἰταλοῖς ὑπὸ δούρασι πίπτεις.
Καὶ [Συρίην] τότε λοιμὸς ἕλῃ, καὶ φύλοπις αἰνή.
Αἲ αἲ, Κύπρε τάλαινα, σὲ δὲ πλατὺ κῦμα θαλάσσης
Ῥίψει, χειμερίῃσιν ἀναῤῥιφθεῖσαν ἀέλλαις.
Ἥξει δ' εἰς Ἀσίην πλοῦτος μέγας, ὅσσα τε Ῥώμη
Αὐτῆς ἐξ [Ἀσίης] πουλυκτέανον κατὰ δῶμα
Θήκατο, καὶ δὶς ἔπειτα τοσαυτάκις ἄλλα παρέξει.
Καρῶν δὲ πτολίεθρα παρ' ὕδασι Μαιάνδροιο,
Ὅσσα πεπύργωνται περικαλλέα, πικρὸς ὀλέσσει
Λιμὸς, ὅταν Μαίανδρος ἀποκρύψῃ μέλαν ὕδωρ.
Ἀλλ' ὅταν εὐσεβίη μὲν ὑπ' ἀνθρώπων ἀπόληται,
Πίστις καὶ τὸ δίκαιον, ἐπ' οὐχ ὁσίαισι δὲ τόλμαις
Ζῶντες, ὕβριν ἕξουσιν ἀτάσθαλον, ἄλλα τε πολλὰ,
Εὐσεβέων δ' οὐδεὶς ποιῇ λόγον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς
Πάντας ὑπ' ἀφροσύνης μέγα νήπιοι ἐξολέκωσιν,
Ὕβρεσι χαίροντες, καὶ ἐφ' αἵμασι χεῖρας ἔχοντες·
Καὶ τότε γινώσκειν Θεὸν οὐκέτι πρηῢν ἐόντα,
Ἀλλὰ χρόνῳ κραίνοντα, καὶ ἐξολέκοντά τε γένναν

auctoris ætatem prodere, scribentis paulo post Vesevi incendium, id est, vel altero Titi imperatoris anno, vel, quod vero propius, sub ejus fratre et successore Domitiano : confer Excursum nostrum V.

135. Edd. cum B. μέγας. R. L. μέγα, ut nos. In A. vox ea omissa est. Rursus hæc de Nerone redituro : confer supra v. 116. Jam vero ab hoc versu deficiente historia vaticinatur noster quæ sibi in mentem cadunt, mera somnia, in quibus tamen antiquiorum sive oraculorum sive traditionum vestigia deprehendas.

136. R. L. μυριάσι, omissa ultima voce. An deinde subest lacuna?

137. R. L. τλῆμον et πόλιν et ἐρέουσι. A. οὔποτ' habet, non ut ceteri οὐκέτ'. Auctor fragmenti anonymi inter Anecdota Parisiensia doctissimi Crameri, t. I, p. 334, in libro quem Hebrææ vocat Sibyllæ, apud Cyprum insulam sibi forte obvio, duos ait se legisse de Antiochia versus, hunc nempe et sequentem, duosque de Cypro, infra 140, sq. eosque citat, lectione tamen satis diversa. In hoc pro οὐκέτ', cum codice A. οὔποτ' habet.

138. R. L. πίπτοις. Anonymus, de quo not. pr. aliter prorsus hunc versum constituit : εὖτε κακοφροσύνῃσι τεαῖς περὶ δούρασι πίπτεις.

139. Edd. et codd. Σκύρον. Quod si Σκῦρον scribas; habebis parvæ insulæ nomen, in qua profecto graves pugnæ nunquam oriri potuerunt. Sed legendum Συρίην monet paulo superior Antiochia.

Et merito, quoniam genus occidere piorum.
Surget in occiduas belli vis maxima gentes,
Quum Roma profugus stricto rex ense redibit
Impius, innumeris trajecto Euphrate catervis.
Jam non urbem te, misera Antiochia, vocabunt;
Stultitiæ causa Italicis labere sub hastis;
Et Syriam pestis simul et pugna aspera perdet.
Heu, Cypre infelix, te tempestatibus actam
Jactabit validis commotum fluctibus æquor.
Multæ addentur opes Asiæ: namque aurea quantum
Roma sinu magno collegerat, aucta rapinis
Ex Asia, bis tantum ipsi cum fenore reddet.
Oppida quæ Cares Mæandri ad fluminis oram
Turribus ædificata colunt, urgente peribunt
Cuncta fame, vicinus aquas quum subtrahet amni.
Ast ubi sancta fides et jus mortalibus omne
Cesserit ex animis, nullumque audacia finem
Servabit; quum fas miscebitur omne nefasque;
Justorum nec erit ratio; quin acribus illos
Impulsi stimulis, certabunt tradere morti,
Flagitiis læti, polluti sanguine dextras:
Tunc ne quis cessare Deum sine fine reatur,
Sed grandes cumulare iras, jamjamque venire,

Edd. quoque ἕλοι, A. ἕλει, sed reliqui codd. ἕλη, id est ἕλῃ, Sibyllino more, pro futuro αἱρήσει.

140. Confer supra, v. 125, sq. Anonymus, de quo nos ad versum 137, in hoc μέγα legit pro πλατύ, et in sequenti omnia mutat: ἤμασι χειμερίησιν (lege χειμερίοισιν) ὀρινομένη τε θάλασσα

143. Edd. cum A. B. ὕλης habent, ubi nos e conj. Ἀσίης. R. L. αὐτῆς ἐξ ὕλης γε πολυκτ. Sed omnino certum est Ἀσίης. Ductus enim literarum haud plane absimiles, et totius loci sensus idem, qui lib. III, v. 350, sqq.

145. Pr. et Cast καίνων, B. βαίνων, ubi Ops. et nos cum R. L. Καρῶν.

146. A. in fine λιμὸς ὀλέσσει, rejecto ad sequentem versum πικρός pro λιμός

147. Edd. cum A. B. ἀποκρύψει. R. L. ut nos.

148. Pr. et Cast. cum A. B. εὐσεβίης. Ops. e conj. ἀσεβίης. R. L. ut nos. In fine, ubi nos cum R. L. ἀπολεῖται, edd. cum B. ἀπολῆται, barbare. Quid si ἀπόληται legas?

149. R. L. ὁσίαις δέ.

150. A. ἔχουσιν. R. L. ἔχωσιν. An ῥέξωσιν legendum?

151. Pr. et Cast. cum A. B. ποιεῖ. Ops. cum R. L. ποιῇ, ut nos. Εὐσεβέων sane mentio hic fit eorumdem, de quibus v. 24, sqq. et v. 133.

154. Habet hunc et duo seqq. Lactantius de Ira Dei, cap. 23, apud quem legitur: καί ποτε τὴν ὀργὴν Θεὸν οὐκέτι πραΰνοντα, vel ut codd. quidam habent, πραϋνθέντα.

155. Edd. et codd. ἐξολέκοντα γενεάν. Lact. ἀλλ' ἐξεμβρίθοντα καὶ ἐξολύοντά τε γένναν, unde versus finem refecimus.

Ἀνθρώπων μάλα πᾶσαν ὑπ' ἐμπρησμοῦ μεγάλοιο.
Ἆ μέλεοι, μετάθεσθε, βροτοὶ, τάδε, μηδὲ πρὸς ὀργὴν
Παντοίην ἀγάγητε Θεὸν μέγαν· ἀλλὰ μεθέντες
Φάσγανα, καὶ στοναχὰς, ἀνδροκτασίας τε, καὶ ὕβρεις,
Ἐν ποταμοῖς λούσασθε ὅλον δέμας ἀενάοισι,
Χεῖράς τ' ἐκτανύσαντες ἐς αἰθέρα, τῶν πάρος ἔργων
Συγγνώμην αἰτεῖσθε, καὶ εὐσεβίαις ἀσέβειαν
Πικρὰν ἰάσασθε· Θεὸς δ' ἕξει μετάνοιαν,
Οὐδ' ὀλέσει· παύσει δὲ χόλον πάλιν, εἴπερ ἅπαντες
Εὐσεβίην ἐρίτιμον ἐνὶ φρεσὶν ἀσκήσητε.
Εἰ δ' οὔ μοι πείθοισθε κακόφρονες, ἀλλ' ἀσέβειαν
Στέργοντες, τάδε πάντα κακαῖς δέξησθε ἀκουαῖς,
Πῦρ ἔσται κατὰ κόσμον· ἐν ᾧ τόδε σῆμα τέτυκται·
Ῥομφαῖαι, σάλπιγγες, ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι·
Κόσμος ἅπας μύκημα καὶ ὄμβριμον ἦχον ἀκούσει.
Φλέξει δὲ χθόνα πᾶσαν· ἐπὰν δ' ὀλέσῃ γένος ἀνδρῶν,
Καὶ πάσας πόλιας, ποταμούς θ' ἅμα ἠδὲ θαλάσσας
Ἐκκαύσῃ, τάδε πάντα κόνις ἔσετ' αἰθαλόεσσα.
Ἀλλ' ὅταν ἤδη πάντα τέφρη σποδόεσσα γένηται,
Καὶ πῦρ κοιμίσσῃ Θεὸς ἄσπετον, ὅσπερ ἀνῆψεν·
Ὀστέα καὶ σποδιὴν αὐτὸς Θεὸς ἔμπαλιν ἄνδρα
Μορφώσει, στήσει δὲ βροτοὺς πάλιν ὡς πάρος ἦσαν.

156. Pr. et Cast. ὑπὸ πρησμοῦ. Ops. et codd. ὑπ' ἐμπρησμοῦ. Lact. ἀνθ. ἅπασαν ὑπ' ἐμπρ. πέρθοντα. Orbem incendio periturum non Christianorum modo sententia fuit, sed et multorum quoque apud Gentiles, numeraturque inter dogmata stoïcorum: Cic. de Nat. deor. II, § 46: Senec. consol. ad Marc. sub finem, et Natur. Quæst. III, § 28: Ovid. Metam. I, 256, sqq. Differebant autem Christiani, quod illam conflagrationem brevi ac modo non statim futuram exspectabant: quo respiciunt et evangeliorum loca quædam, et Apocalypsis pæne tota.

157. A. ὦ μέλεοι: cetera ut nos. In R. L. post μέλεοι omissum est μετάθεσθε, sed sequentia leguntur integra, quum in Pr. et Cast. necnon in A. B. versus unus desideretur, duobus in unum coalescentibus sic: ἆ μέλεοι μετάθεσθε βροτοὶ τάδε, ἀλλὰ μεθέντες, κ. τ. λ. Restituit Ops. Lactantius hunc versum integrum et sequentis partem priorem citat, loco jam a nobis laudato, de Ira Dei, cap. 23, sed ibi pro ἆ μέλεοι male scriptum est ἀλλ' ἐλέει, et pro τάδε legitur νῦν.

160. Hic sane versus de baptismo Christianorum accipiendus, et reliqua hujus libri aperte christiana sunt.

161. Edd. et codd. εἰς αἰθέρα.

162. B. πικρόν, male. Deinde Pr. et A. θεοῦ: sed Cast. et Ops. cum B. R. L. θεός.

164. Lactantius, loco citato, hunc quoque versum et sequentem profert, sic: οὐκ ὀλέσει, παύσει δὲ πάλιν χόλον, εὖτ' ἂν ἅπαντες Εὐσεβέειν, κ. τ. λ.

165. Pr. et Cast. cum B. περίψιμον. A. περίφημον. Ops. et R. L. ἐρίτιμον, ut nos. Lact. εὐσεβέειν περὶ θυμῷ, sed in

Ut genus humanum communi deleat æstu.
Ah! miseri, mentes convertite, neve supremi
Ultoris furias accendite, telaque longe
Projicite et gladios, rixas, homicidia, fletus.
Tum corpus fluvio totum mersate perenni;
Et manibus passis ad cæli templa, priorum
Poscite culparum veniam, reparare fideles
Impia facta piis. Nam sic Deus ipse vicissim
Consilium vertet, facilisque precantibus, iram
Deponet, si vos pietatis jura colatis.
Sin vero indociles, atque impietatis amantes,
Accipitis pravis hæc auribus, igne flagrabit
Mundus; et illa quidem perituri signa: micantes
Circa ortum solis gladii, magnusque tubarum
Clangor, et immensis reboans mugitibus orbis.
Hinc vasta ardebit tellus; simul et genus omne
Humanum, cunctæque urbes, et pontus, et amnes,
Omnia pulvis erunt et mixtus pulvere fumus.
Sed postquam in tenues mutari cuncta favillas
Fecerit, accensosque sibi sopiverit ignes,
Humana specie cinerem Deus ossaque rursus
Induet, ac proprio vivos in corpore sistet.

quibusdam codd. περίθυμον, in aliis iisque optimis ἐρίτιμον.

167. R. L. ἀκοαῖς. Omnes δέξησθε, ut nos, quum prior versus δέξαισθε postularet: sed Sibylla syntaxim frequenter mutat.

169. B. ῥομφαῖα. Deinde R. L. ἅμ' ἠελίοιο ἀνιόντος.

170. Pr. Cast. cum A. B. ἀκούει. Ops. cum R. L. ἀκούσει.

173. Pr. et Cast. B. ἐκκαύσῃ. Correxit Ops. cum R. L. Deinde iidem κόνις ἔσσετ', ubi R. L. κόνις τ' ἔσσεται, ultima non elisa: correxit Ops.

174. Quæ sequuntur, de resurrectione mortuorum, petita sunt pleraque ex Apocalypsi, cap. 20, duriora quidem ad nostrum sensum, quæ tamen magni videntur fuisse ponderis apud priscos Ecclesiæ patres. Habet ea Clemens Romanus, seu quisquis est alius auctor, Const. Apost. lib. V, cap. 7, hunc et decem sequentes versus usque ad libri finem integros citans, imo pleniores quam in nostris Sibyllarum codicibus: inde, quæ deerant, restituta sunt ab Opsopœo. In primo differt nonnihil apud Clementem lectio, scribentem ἀλλ' ὁπότ' ἐ̓τ τέφρα.

175. A. κοιμήσει et suprascriptum κοιμίσει. Deinde Pr. cum B. ὥσπερ. Cast. et Ops. ὅσπερ. A. quid ferat, non liquet. R. L. ὅπερ. Clemens quoque ὅπερ, sed male, qui paulo ante pro ἄσπετον legerat ἄφθιτος, fortasse non ita male.

176. Pr. et Cast. cum B. ἔμπαλι κόσμον. R. L. ἔμπαλιν κόσμον. Ops. ἔμπαλι ἄνδρα, e Clemente; sed manifesto ἔμπαλιν ἄνδρα sscribendum erat. Κόσμον nullo modo stare potest, et e versu 179 male huc adductum videtur.

177. Hic et sequens versus et pars prima subsequentis in edd. et codd

Καὶ τότε δὴ κρίσις ἔσται· ἐφ' ᾗ δικάσει Θεὸς αὐτὸς,
Κρίνων ἔμπαλι κόσμον. Ὅσοι δ' ὑπὸ δυσσεβίῃσιν
Ἥμαρτον, τοὺς δ' αὖτε χυτὴ πάλι γαῖα καλύψει.
Ὅσσοι δ' εὐσεβέουσι, πάλιν ζήσοντ' ἐπὶ γαῖαν,
Πνεῦμα Θεοῦ δόντος, ζωήν θ' ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς
Εὐσεβέσι· πάντες δὲ τότ' εἴσονται χάριν αὐτοῖς.
Ὦ μακαριστὸς, ἐκεῖνον ὃς ἐς χρόνον ἔσσεται ἀνήρ.

deerant: restituit Ops. e Clemente, ita tamen ut μορφώσῃ et στήσῃ legeret, ubi nos futuri formam prætulimus. Quæ in codd. Sibyllinis omissa sunt, arguunt vel incuriam librarii, cui similes formulæ ἔμπαλιν ἄνδρα, ἔμπαλι κόσμον, oculos distraxerint; vel piæ manus diligentiam, quidquid heterodoxum sonare videretur, supprimentis.

179. Pr. et Cast. omisso priore hemistichio lacunam indicant, sed in versus fine, non initio, quæ et in A. B. occurrit; hunc autem versum sic exhibent: ὅσσοι δ' ἂν ἐπὶ δυσσεβίῃσιν * *. R. L. utcumque lacunam supplent hoc modo: ὅσσοι δ' αὖ ἐπὶ δυσσεβίῃσι πονηροῖς τ' ἄλλοις, sed ultima verba inepte interpolata esse patet.

180. Ops. cum Clemente, ἥμαρτον θνητοὶ, τοὺς δ' αὖ πάλι γαῖα καλύψει.

Et tunc judicii tempus, quo judicet orbem
Omnipotens. Quicumque malæ se crimine fraudis
Polluerint, injecta iterum tellure tegentur :
Contra iterum in terris vivent pietatis amici,
Dante Deo flatum, vitam victumque beatis
Atque piis, actum sibi jam gratantibus ævum.
O nimium felix, illam qui vivet in horam.

181. Clem. ὅσσοι δ' εὐσεβέουσιν, ὅσοι ζήσοντ' ἐνὶ κόσμῳ. Confer supra, v. 45, sq. et quæ ibi sunt e Lactantio notata.

182. Clem. καὶ χάριν αὐτοῖς. Edd. et codd. ut nos. Sic quoque supra, v. 46, et apud Lact. legitur. Confer not. seq.

183. Pr. Cast. et B. εὐσεβείῃ, A. R. L. εὐσεβίῃ, ubi Ops. e Clemente εὐσεβέσι, quod tamen post αὐτοῖς redundat. Clemens præterea totum versum aliter constituit : εὐσεβέσι, πάντες δὲ τότ' εἰσόψονται ἑαυτούς (id est ἀλλήλους), quæ vera videtur fuisse olim lectio. Hanc qui mutavit, βίον etiam priore versu pro χάριν scripsit. Quod si χάριν reponas, fortasse pro εὐσεβέσι scribendum erit εὐσεβίης.

184. R. L. ἐκεῖνος. Edd. cum A. B. ἐκεῖνον, ut nos; sed A. post ἐκεῖνον male distinxit. Idem versus occurrit libro III, v. 371, pari lectionis varietate.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

Ἀλλ' ἄγε μοι στονόεντα χρόνον κλεινῶν τε Λατίνων.
Ἤτοι μὲν πρώτιστα, μετ' ἐσσομένους βασιλῆας
Αἰγύπτου, τοὺς πάντας ἴση κατὰ γαῖα φέρεσκε,
Καὶ μετὰ τὸν Πέλλης πολιήτορα, τῷ ὕπο πᾶσα
Ἀντολίη δεδάμαστο καὶ ἑσπερίη πολύολβος,
Ὃν Βαβυλὼν ἤλεγξε, νέκυν δ' ὤρεξε Φιλίππῳ,
Οὐ Διός, οὐκ Ἄμμωνος ἀληθῆ φημιχθέντα,
Ἔσσονται γενεῆς τε καὶ αἵματος Ἀσσαράκοιο,
Ὅσθ' ἕξει Τροίην, ὅστις πυρὸς ἔσχισεν ὁρμήν.
Πολλοὺς δ' αὖ μετ' ἄνακτας, ἀρηϊφίλους μετὰ φῶτας,
Καὶ μετὰ θηρὸς τέκνα τὰ δίπλοα μηλοφάγοιο,
Ἔσται ἄναξ πρώτιστος, ὅτις δέκα δὶς κορυφώσει

Tit. Titulus non variat : sed in Pr. et Cast. margini ascriptum est λείπει στίχος, fortasse quod in Betuleii codice reservatus fuisset titulus rubricatoris operæ, quod in libris scriptis sæpe fit, in B. vero ubique factum notavimus. Similis fortasse causa fuit cur in A. post primum versum unius versus inane maneret intervallum.

1. L. τε non habet. Hunc et decem sequentes versus multosque e sequentibus ad Cæsarum historiam pertinentes pæne ad verbum expressos reperias libri XII initio. Totus vero hic liber scriptus videtur Alexandriæ aut in Ægypto Antonini Pii temporibus, ab auctore partim Judæo, partim Christiano, quales multæ illis temporibus sectæ fuerunt; Christianumne judaizantem dicas, an potius Judæum christianizantem? confer infra not. ad v. 36, 47, etc. et nostrum de Sibyllinis Excursum V.

2. Pr. et Cast. cum codd. ἦτοι. Ops. e conj. οἵ τοι. Codex Ambr. libro XII, v. 2, ἢ ὅτι. Sed nos veterem lectionem retinendam putavimus, mutato tantùm accentu, sicut nunc receptum est apud Homerum, Iliad. δ, v. 376 : Ἤτοι μὲν γάρ, ubi olim ἦτοι scribebatur. Male deinde pro ἐσσομένους habet L. ὠνομασμένους ; male libr. XII, ὀλλυμένους.

3. L. κατὰ γαῖαν, errore librarii. Deinde φέρεσκε videtur esse pro ἔλαβεν, ἐδέξατο. Simili prope verborum ambitu, lib. IV, v. 176 : Τοὺς δ' αὖτε χυτὴ κατὰ γαῖα καλύψει, et lib. I, v. 82 : Γαῖα δέ μιν ἀμφεκάλυψε.

4. Sub finem legere visum est ὕπο,

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER QUINTUS.

Nunc age, fert animus lugubria tempora fari,
Clara Latinorum fama, qui prima per orbem
Sceptra gerent, post exstinctos terraque sepultos
Ægypti reges, post et ducis inclita fata
Pellæi, sub quo jacuere occasus et ortus,
Quem Babylon generis falsi morsque arguet ipsa,
Non Jove, non Ammone satum, reddetque Philippo.
   Surgent Assaraci de stirpe; et maximus illis
Auctor erit, Trojæ incensæ qui diffidit ignes.
   Post reges autem multos belloque potentes,
Postque feræ geminos pecora infestantis alumnos,
Regnabit primus, cui vicenaria summa

retracto accentu, non ut edd. et codd. ὑπὸ : vix enim potest cum sequenti δεδάμαστο in unum verbum coalescere.

5. R. L. ἑσπερία.

7. Pr. et Cast. cum A. B. ἤλεγξε, νέην. Ops. cum R. L. ἤλεγξε ναίειν. Utrumque sine sensu. Placebat nobis olim ἤλεγξεν, υἱόν : nunc vera lectio suppetit e lib. XII, v. 6.

8. Pr. ἐκ σαράκοιο. Cast. emendavit. Codd. quantum hic delirent, enarrare piget. A. ἐκ σαρακοῖο. B. ἐνσάρκοιο. R. L. ὡς σαρκός τε. Codex Ambr. lib. XII, ἀσάρκοιο.

9. Pr. cum A. B. ἃς ἕξει. Cast. et Ops. item, qui tamen in margine proponunt οὓς τέξει, vel οὓς τεύξει, ut versus et sensus ita constituantur: οὓς τέξει (vel τεύξει), Τροίην ὅστις πυρὸς ἔσχισεν ὁρμήν, Æneas nempe. Bene sane ob sensum: nec displiceret τέξει, etsi minus usitatum quam τέξεται, et fortassis improprium de patre (confer lib. V, v. 139: Ὃν Ζεὺς ἔτεκεν); sed vix ferimus Τροίην adjective positum pro Τρωϊκήν, et inversa parum commode verba. Quare lectionem codicum R. L. prætulimus, in quibus diserte etiam post Τροίην distinguitur; etsi pessime videntur a nimis properante scriptore Assaracus et Æneas confundi, qui melius discernentur lib. XII, v. 144 et 149.

11. Romulus et Remus.

12. Julius Cæsar, Græce Καῖσαρ, qui, ut ceteri principes mox recensendi, prima nominis Græci litera designatur: K enim numerum 20 exprimit. Pro ὅτις, edd. et codd. ὅστις : nos correximus.

Γράμματος ἀρχομένου· πολέμων δ' ἐπὶ πουλὺ κρατήσει·
Ἕξει δ' ἐκ δεκάδος πρῶτον τύπον· ὥστε μετ' αὐτὸν
Ἄρχειν, στοιχείων ὅστις λάχε γράμματος ἀρχήν·
Ὃν Θράκη πτήξει, καὶ Σικελίη, καὶ Μέμφις,
Μέμφις πρηνιχθεῖσα δι' ἡγεμόνων κακότητα
Ἠδὲ γυναικὸς ἀδουλώτου ἐπὶ κῦμα πεσούσης·
Καὶ θεσμοὺς θήσει λαοῖς, καὶ πάνθ' ὑποτάξει·
Ἐν μακρῷ δὲ χρόνῳ, ἑτέρῳ παραδώσεται ἀρχὴν,
Ὅστε τριηκοσίων ἀριθμὸν κεραίην ἐπὶ πρώτην
Ἕξει, καὶ ποταμοῦ φίλον οὔνομα, ὅς τ' ἐπὶ Πέρσας
Ἄρξει καὶ Βαβυλῶνα· βαλεῖ δορὶ δὴ τότε Μήδους.
Εἶτα τριῶν ἀριθμὸν κεραίην ὅστις λάχεν, ἄρξει.
Δὶς δέκα ὅστις ἔπειθ' ἕξει κεραίην ἐπὶ πρώτην,
Ἔσσετ' ἄναξ· κεῖνος δὲ καθ' ὕστατον Ὠκεανοῖο
Ἴξεθ' ὕδωρ, ἄμπωσιν ὑπ' Αὐσονίοισιν ἀΐξας.
Πεντήκοντα δ' ὅτις κεραίην λάχε, κοίρανος ἔσται,
Δεινὸς ὄφις, φυσῶν πόλεμον βαρὺν, ὅς ποτε χεῖρας
Ἧς γενεῆς τανύσας ὀλέσει, καὶ πάντα ταράξει,
Ἀθλεύων, λαὸν κτείνων, καὶ μυρία τολμῶν,
Καὶ τμήξει τὸ δίϊκμον ὕδωρ, λύθρῳ τε παλάξει·

13. Πολέμων, an pro πολεμίων? an πολεμῶν in participio legendum? Confer not. ad lib. IV, v. 123.

14. Idem Julius Cæsar, Græce Ἰούλιος, quem nunc designat litera I, numerus 10 In B. legitur ἥξει, male.

15. Augustus, græce Αὔγουστος, cujus prima litera alphabetum ducit. Variat autem lectio. Pr. et Cast. cum A. B. λάχη habent et in fine ἄρχει, sine sensu; nec secus R. L. sed mutato versus initio, ἀρχὴν στοιχείων ὅστις λάχη γρ. ἄρχει. Correxit Ops. e Castalionis conj.

16. R L. Θράκη. Thracia Augustum metuet propter Brutum et Cassium debellatos; Sicilia, propter Sextum Pompeium; Memphis, ob Cleopatram.

17. Quæ de Memphi speciatim hic canuntur, originem poetæ innuere videntur Ægyptiam, et hanc libri partem cum sequentibus probe conciliant.

18. Lib. XII, v. 22, ἀδουλεύτου, minus recte. De Cleopatræ invicto animo multa veteres, ac præsertim Horatius, lib. I, od. 37, v. 29, sqq.

19. A. καὶ τέλους θεσμοὺς θήσει.

21. Tiberius, cujus litera T, numerus 300, nomen Tiberi amni affine. In hoc versu edd. et codd. ἀριθμῶν habent, quod in ἀριθμόν verti jubet ratio: neque hic modo, sed etiam infra, v. 24; lib. XI, v. 113, 189, et XII, v. 39; ubi tamen sumitur adverbialiter, ut in Attica loquendi formula, νομοφύλακες ἀριθμὸν τριάκοντα καὶ πέντε, Plat. Κεραίην quoque in hoc et sequentibus, ubicumque ea vox occurrebat, scripsimus, nixi codicum R. L. auctoritate, quum in edd. et B. κερέην legeretur. Sic apud Hesychium pro κερέα reponendum esse κεραία, series ipsa literarum evincit. Fuit autem κεραία vox, ut videtur, Alexandrinis usitata pro *apice, litera, elemento*, quo sensu non semel occurrit in evangeliis, præsertim Matth. cap. 5, v. 18; Luc. cap. 16, v. 17.

22. B. ἥξει. Mirum est autem quod de Persis et Babylone canitur, quum sub Tiberio fœdera cum Parthis intacta manserint, teste Tacito, Ann. lib. II.

Nominis aut decima est, multum qui Marte valebit.
  Proximus huic veniet, quem nomine litera signat
Prima, vir armipotens, quem Thracia terra timebit,
Et Sicula, et Memphis; Memphis peritura suorum
Quippe ducum vitio, mulier quum bella per undas,
Impatiens servire, trahet: dabit ille coactis
Jura ferox populis, et legibus omnia subdet.
  Tempore post longo, regni dux alter habenas
Excipiet, numerus quem ter centesimus ornat
Et nomen patrii cognatum fluminis; ille
Persas et Babylona jugo Medosque domabit.
  Inde alius, triplicem numerum sortitus, adibit
Imperium. Mox quem nota vicenaria monstrat,
Rex erit, Oceani extremas qui victor ad oras
Ausoniis refluum submittet classibus æstum.
  Exin, quinquaginta refert qui nomine, regno
Accedet, dirus coluber, flans horrida bella:
Ille suos feriet, transversa aget omnia, certans
Athletis, populum occidens, scelus omne facessens.
Ille et aquas rumpet bimares et sanguine tinget.

23. R. L. βάλλῃ, fortasse pro βάλῃ.

24 Caius Cæsar, vulgo Caligula, græce Γάϊος, cujus litera Γ, numerus 3. Pro ἀριθμόν, quod in Pr. legebatur, intulit Cast. genitivum ἀριθμῶν, faventibus codd.; sed vide nos ad v. 21. In fine R L. ἥξει, ubi edd. cum A. B. ἄρξει.

25. Claudius, cujus græca litera K, numerus 20. Hunc versum restituit Ops. quum in Pr. et Cast. omnibusque codd. legeretur, ἐς δέκα ὃς ἔπειτ' ἄρξει, metro ac sensu reclamantibus: nec dubium est δὶς δέκα, unde lib. XII, v. 68, δισδεκάτου; reliqua minus certa sunt.

27. Edd. αὐσονίην. B. αὐσονίησιν. R. L. αὐσονίσιν, et paulo ante ἄμπωτιν, quæ forma minus poetica videtur. Vocat autem poeta ἄμπωσιν sive ἄμπωτιν Oceanum a Claudio domitum, siquidem eo imperante pars magna Britanniæ Romani juris facta est. Sibyllinum est ἀΐξας, activo sensu pro *jaciens, mittens*. Confer indicem græcitatis.

28. Nero, cujus numerus 50

29. Edd. et codd. φυσσῶν. Πόλεμον βαρὺν bellum Judæis illatum vocat, cujus invidiam in Neronem præcipue conferre solent Sibyllistæ.

30. Pr. ὀλέσας. Cast. et Ops. cum A. B. ὀλέσει, ut nos. R. L. ὀρέξει. Sensus est Neronem generi suo, id est matri suæ, manus injecisse.

32. Pr. cum A. B. δίικμον. R. L. δίαιμον. Cast. et Ops. e conj. δίισθμον: sed rectum est δίικμον, ab ἴκμαρ formatum, sicut ἄνικμος, ἔνικμος, et similia. Deinde Pr. cum B. ἄθρω, R. L. ἄρθρω, et omnes πατάξει, unde Cast. et Ops. e conj. Ἄθω τε πατάξει. Sed male in Neronem transferri videntur quæ de Atho monte a Xerxe perfosso tradita sunt. Veram lectionem dedit codex Ambr. lib. XII, v. 84, λύθρῳ τε παλάξει, quo referendum quod apud Xiphilinum legitur, lib. LXIII, de Nerone Isthmi opus aggrediente, αἷμα τοῖς πρώτοις ἁψαμένοις τῆς γῆς ἀνέβλυσε. Dicendi forma Homerica est, Il. ζ, v. 268: Αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον.

33. R. L. ὁ λόγιος.

Ἀλλ' ἔσται καὶ ἄϊστος ὁ λοίγιος· εἶτ' ἀνακάμψει,
Ἰσάζων Θεῷ αὐτόν· ἐλέγξει δ' οὔ μιν ἐόντα.
Τρεῖς δὲ μετ' αὐτὸν ἄνακτες ὑπ' ἀλλήλων ἀπολοῦνται.
Εἶτά τις εὐσεβέων ὀλετὴρ ἥξει μέγας ἀνδρῶν,
Ἑπτάκις ὃς δεκάτην κεραίην δείκνυσι πρόδηλον.
Τοῦ δὲ, τριηκοσίης κεραίης ὅ,τι πρῶτον ἐλέγχων,
Παῖς κράτος ἐξαφελεῖ. Μετὰ δ' αὐτὸν μόρσιμος ἔσται
Τετράδος ἐκ κεραίης [θυμοφθόρος]. Αὐτὰρ ἔπειτα
Πεντηκοντάριθμος γεραρὸς βροτός. Αὐτὰρ ἐπ' αὐτῷ,
Ὅστε τριηκοσίης κεραίης λάχεν ἔντυπον ἀρχὴν,
Κελτὸς ὀρειοβάτης, σπεύδων ἐπὶ δῆριν ἑῴαν,
Μοῖραν ἀεικελίην οὐ φεύξεται, ἀλλὰ καμεῖται·
Ὃν κόνις ἀλλοτρίη κρύψει νέκυν, ἀλλὰ Νεμείης
Ἄνθεος οὔνομ' ἔχουσα. Μετ' αὐτὸν δ' ἄλλος ἀνάξει
Ἀργυρόκρανος ἀνήρ· τῷ δ' ἔσσεται οὔνομα πόντου·
Ἔσται καὶ πανάριστος ἀνὴρ, καὶ πάντα νοήσει·
Καὶ ἐπὶ σοὶ, πανάριστε, πανέξοχε, κυανοχαῖτα,
Και ἐπὶ σοῖσι κλάδοισι τάδ' ἔσσεται ἤματα πάντα.
Τρεῖς ἄρξουσιν· ὁ δὲ τρίτατος σφῶν ὀψὲ κρατήσει.

34. Edd. cum B. ἰσσάζων Θεῷ. R. L. θεῷ ἰσάζων. Omnes αὐτόν, quæ Sibyllina est scriptura pro αὑτὸν sive ἑαυτόν. De Nerone e Parthia, ubi exsul delituerit, redituro, eoque Antichristo futuro, multa e vulgari opinione canuntur his similia, quum in hoc libro, v. 100, sq. 136, sqq. 216, sqq. 362, sqq. tum lib. III, v. 63, sq.; lib. IV, v. 116, sqq, 135, sqq. passimque in Sibyllinis, ubi notata confer, et quæ de hac re ampliora disseremus in Excursu V.

35. Galba, Otho, Vitellius.

36. Vespasianus, græce Οὐεσπασιανός, cujus litera O, numerus 70. Hic sævissimus interfector vocatur εὐσεβέων, id est Judæorum: sic enim passim designari solent a Sibyllistis, sive Judæis, sive Christianis judaizantibus, (confer lib. III et IV passim), et sic Ops. cum A. R. L. diserte εὐσεβέων, non ut Pr. et Cast. cum B. ἀσεβέων, quæ Christiani recentioris emendatio est, metro contraria.

37. Edd. κερέην. Confer supra, not. ad v. 21.

38. Edd. κερέης. Titus autem intelligitur, cujus numerus 300: eum patri imperium eripuisse calumniatur noster, videturque ea vulgaris fuisse istis temporibus fabula, præsertim apud Judæos Flaviorum memoriæ iniquos.

39. Edd. et codd. μόρσιμον, male huc attracta prioris vocis terminatione: nos correximus.

40. Edd. τετράδος ἐκ κερέης τ' ἔφοθος μόρος, ubi L. una voce τέφθος, sed A. B. R. divise τ' ἔφθος, quam lectiônem jam olim ex Antimachi codice protulerat Cast. in marg. Nos θυμοφθόρος restituimus e lib. XII, v. 155 et 255. Designatur autem Domitianus, cujus litera Δ, numerus 4.

41. Nerva, cujus numerus 50.

42. Trajanus, cujus numerus 300. In hoc quoque versu edd. κερέης habent.

43. Trajanus, non Gallus, sed Hispanus ex Italica Bæticæ urbe, videtur improprie Celta dici propter mixtum Celtiberorum sanguinem. Montivagus autem ob res in Armenia gestas.

45. A. κρύψειε. Deinde edd. cum A. B. ἀλλ' ἀνεμείης. R. L. ἀλλ' ἀνεμήεις.

Mox latebras petet infames, seque ipse reversus
Æquabit magno, sed non impune, Tonanti.
Tres post hunc reges alterna cæde peribunt.
Inde aliquis veniet magnus, multaque piorum
Strage madens, nota quem decies septena notabit.
Filius hunc regno, quem ter centesima signat
Litera, privabit. Post quem fatale tenebit
Imperium, monstrat quem litera quarta, tyrannus
Infestus populis. Exin spectandus honesto
Vir senio, referet qui nomine quinquaginta.
Hinc ter centenam referet qui nomine summam,
Gallus montivagus, properans orientis ad arma;
Fata nec effugiet; Nemeæo terra sepulcrum
Nomen habens de flore dabit. Quem deinde sequetur
Argento galeatus, habens cognomina ponti,
Vir sapiens, longeque idem optimus, omnia doctus.
Atque hæc, cæruleis o crinibus inclite rector,
Sub te subque tuis fient hæc omnia ramis.
Tres regnum accipient; superabit tertius omnes.

Veram medelam vidit Scaliger, animadv. in Euseb. chron., qui tamen pro ἀλλὰ legendum putavit ἄθλα, non satis apta syntaxi, nec meminit quam frequens esset ἀλλὰ pro καί in Sibyllinis. Est vero Νεμείης ἄνθος, *selinum*, sive *apium*, quo victores in ludis Nemeæis coronabantur; unde etiam nomen Selinuntis urbis, in qua Trajanus vita cessit.

47. Hadrianus, græce Ἁδριανός vel Ἀδριανός, mari Hadriatico cognominis, alias quoque πολιόκρανος dicendus, lib. VIII, v. 52, ubi plura de illo canentur his simillima. Notandum interim quantis laudibus extollatur princeps Judæis infensissimus. Sed plena erat Ægyptus Hadriani fama, cum quo interituram Romæ gloriam passim prædicant Sibyllistæ (cfr. lib. VIII, v. 59, sqq.): et nota prudentiam ejus laudari, non clementiam.

49. Κυανοχαῖτα pro λευκοχαῖτα, sensu eodem dictum est, quo supra ἀργυρόκρανος; quanquam apud Homerum κυανοχαίτης de nigro capillorum colore a plerisque accipitur; sed a quibusdam fortasse olim diverso sensu, de *coma glauca, dilute cærulea*, quod viderent apud Homerum de Neptuno præsertim hoc epitheton usurpari.

50. Τάδ' ἤματα πάντα tempora sunt infra prædicenda, nempe post versum 51: atque his verbis coalescit hujus libri pars prima cum sequenti.

51. Antoninus, M. Aurelius et L. Verus imperatores, omnes ab Hadriano genus adoptivum ducentes, unde ejus rami, κλάδοι supra dicti sunt. Horum ultimum, ut pote natu minimum, L. Verum ceteris superfuturum falso vaticinatur Noster. Scripta ergo hæc ante L. Veri junioris mortem, id est ante annum Christi 168, nec ante adscitum in Cæsarum domum M. Aurelium, anno Antonini secundo, Christi 139; sed potissimum circa Antonini initia, quoniam de rebus ab eo gestis altum Sibyllistæ silentium, et prophetantis impetus repente in Hadriano subsistit, quem etiam pæne ut præsentem compellaverat superioribus verbis καὶ ἐπὶ σοί. Confer similem locum et hinc fortasse deductum, lib. VIII, v. 65, sqq.

Τείρομαι ἡ τριτάλαινα κακὴν φάτιν ἐν φρεσὶ θέσθαι,
Ἴσιδος ἡ γνωστὴ, καὶ χρησμῶν ἔνθεον ὕμνον.
Πρῶτον μὲν περὶ σεῖο βάσιν ναοῦ πολυκλαύστου
Μαινάδες αἴξουσι, καὶ ἐν παλάμαισι κακαῖσιν
Ἔσσεται ἤματι τῷδε, ὅταν ποτὲ Νεῖλος ὁδεύσῃ
Γαῖαν ὅλην Αἴγυπτον ἕως πηχῶν δέκα καὶ ἕξ,
Ὃς κλύσει γῆν πᾶσαν, ἐπαρδεύσει δὲ βροτοῖσι·
Σιγήσει δὲ χάρις γαίης καὶ δόξα προσώπου.
Μέμφι, σὺ μὲν κλαύσῃ ὑπὲρ Αἰγύπτου τὰ μέγιστα.
Πρόσθε γὰρ ἡ μεγάλως γαίης κρατέουσα, γενήσῃ
Λυπρὴ, ὥστε βοῆσαι καὐτὸν τερπικέραυνον
Οὐρανόθεν φωνῇ μεγάλῃ, Μεγαλόσθενε Μέμφι,
Ἡ τὸ πάλαι δειλοῖσι βροτοῖς αὐχοῦσα μέγιστα,
Κλαύσεαι ἀργαλέη καὶ πάμμορος, ὥστε νοῆσαι
Αὐτὴν ἀΐδιον Θεὸν ἄμβροτον ἐν νεφέεσσι.
Ποῦ σου λῆμα κραταιὸν ἐν ἀνθρώποισι τέτυκται;
Ἀνθ' ὧν ἐξεμάνης ἐς ἐμοὺς παῖδας θεοχρίστους,
Καί τε κακὴν ὤτρυνας ἐν ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖσιν,
Ἕξεις ἀντὶ τόσων τοίαν τροφὸν εἵνεκα ποινῆς.
Οὐκέτι σοι φανερῶς θέμις ἔσσεται ἐν μακάρεσσιν.
Ἐξ ἄστρων πέπτωκας· ἐς οὐρανὸν οὐκ ἀναβήσῃ.
Ταῦτα μὲν Αἰγύπτῳ Θεὸς ἔννεπεν ἐξαυδῆσαι
Ὑστατίῳ καιρῷ, ὅτε πάγκακοι ἄνδρες ἔσονται.

52. Negant Thorlacius et Bleekius hunc versum cum præcedentibus coire, petuntque ab eo novi carminis initium. Sed confer notam ad v. 50.

53. Isidis nunc sororem se dicit, non ergo Noemi nurum ut lib. I, v. 289, sq. et III, v 826. Profecta ergo hæc ab alia manu, sed ea tamen, ut libro tertio, Ægyptia: confer supra, not. ad v. 1, et Excursum nostrum V.

54. Σεῖο ad Isidem referri videtur. Templum Isidis maximum ab Herodoto memoratur in urbe Busiride, de quo tamen prorsus reticet Strabo, ut jam ante primum æræ nostræ sæculum obsolevisse illius templi famam credibile sit. Fuit quoque Iseum Alexandriæ et alia complura in diversis Ægypti locis, unde merito ambigi potest quo respiciat hic locus: qui tamen quum Alexandriæ scriptus videatur, tutius est de ejus urbis templo cogitare.

55. Edd. αὔξουσιν. A. αὔξουσι. R. L. ἄνξουσι. Nos e conj. αἴξουσι, verbo apud Sibyllam sæpe obvio, sæpe corrupto. Μαινάδες sunt *furiæ hostiles,* imo potius *ipsi hostes*; quinam tamen illi, nequaquam definitur.

56. Ἔσσεται, de templo accipiendum, nisi malis ἔσσεαι.

57. R. L. δέκα πρὸς ἕξ, eodem sensu. Mirum vero, quod Ægypto maximæ tum calamitates portenduntur, quum Nilus XVI cubitis exundaverit, quam fluvii altitudinem Plinius, Hist. nat. V, § 9, Ægypto non fertilitatem modo, sed delicias afferre docet. Sed hæc et quæ sequuntur pleraque ex hominis temere vaticinantis ingenio profecta, quivis agnoscet.

Torqueor infelix, dum tristia fata recordor,
Fatidicos impulsa loqui, soror Isidis, hymnos.
Principio lacrimosa tui penetralia templi
Mænades assilient, manibusque furentibus ædem
Diripient; fusus quo tempore Nilus in omnem
Ægyptum cubitos accreverit usque bis octo,
Unde omnis late tellus hominesque natabunt,
Et decor et terræ facies formosa silebit.
Memphi, vicem Ægypti frustra lacrimabere, fatis
Inversis; quæ terrarum dominata per orbem,
Tunc adeo prostrata cades, ut cælitus ipse
Voce Tonans magna clamet: Fortissima Memphi,
Memphi potens, olim populorum maxima princeps,
Flebis inexhaustum, flebis miseranda, Deumque
Æternum tandem agnosces in nubibus altis.
En ubi nunc plusquam humano turgentia fastu
Pectora? Nam sanctis olim mala quanta tulisti,
In natos bacchata meos divinitus unctos,
Tanta tibi pœnis sævissima reddet alumna.
Tum superis vanam esse fidem delusa quereris.
Delapsa ex astris, jam non ad sidera surges.
Hactenus Ægypto jussit Deus omnia fari
Tempus ad extremum, fiet quum pessima proles.

58. Pr. et Cast. cum B. κλαῦσεν et ἐπαρδεῦσαι. R. L. κλύσε et ἐπάρδευσε. Correxit Ops. In κλύσει, υ male producitur.

61. Edd. et B. κραταίουσα. A. R. L. ut nos.

62. R. L. καὶ αὐτόν.

65. R. κλαύσεται. L. κλαύσετε. Recurret ὥστε νοῆσαι, infra, v. 350.

66. A. αὐτόν, contra metrum. In fine, Pr. νέφεσι.

67. Edd. et R. L. λῆμμα. Sed B. diserte, λῆμα.

68. Θεοχρίστους de Christianis accipiendum non sine causa videtur; quanquam de Judæis quoque scribi potuit, ut Psalm. CIV, v. 15: Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, et Habac. cap. 3, v. 12: Ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν, τοῦ σῶσαι τοὺς χριστούς μου. Nota sævissime sub Hadriano animadversum esse in Judæos rebellantes, idque in Ægypto præcipue, quum Christianis potius favisse narretur ille princeps. Sed et utrosque sæpe confundebat ethnica rabies, et auctor noster, ut religione Christianus, ita origine et affectu Judæus fuit.

69. R. L. καὶ κακήν, sine τε. B, mutato accentu, κάκην, id est κακότητα, *infortunium*. Ceteri, ut nos. Porro κακὴν intelligimus ipsam Romam; sed præstaret deinde ἐπ' ἀνδράσι.

70. R. L. τροφήν, contra metrum. Τροφόν intellige non *nutricem*, sed *alumnam*, Romam nempe.

71. R. L. initio versus, ἧς οὐκέτι, delapsa videlicet ἧς syllaba e prioris versus fine. Iidem cum edd. ἔσται pro ἔσσεται: nos correximus.

73. Pr. et A. B. ταῦτα μὲν ἐν αἰγ.

Ἀλλὰ ταλαιπωροῦσι κακοὶ κακότητα μένοντες,
Ὀργὴν ἀθανάτοιο, βαρυκτύπου, οὐρανίωνος·
Ἀντιθέους δὲ λίθους καὶ κνώδαλα θρησκεύοντες,
Πολλὰ μάλ' ἄλλυδις ἄλλα φοβούμενοι, οἷς λόγος οὐδεὶς,
Οὐ νοῦς, οὐκ ἀκοὴ, ἄγε μοι θέμις οὐδ' ἀγορεύειν,
Εἰδώλων τὰ ἕκαστα, βροτῶν παλαμαῖς γεγαῶτα·
Ἐξ ἰδίων τε κόπων καὶ ἀτασθαλίων ἐπινοιῶν
Ἄνθρωποι δέξαντο θεοὺς ξυλίνους, λιθίνους τε,
Χαλκοῦς τε, χρυσοῦς τε, καὶ ἀργυρέους τε, ματαίους,
Ἀψύχους, κωφοὺς, καὶ ἐν πυρὶ χωνευθέντας.
Ποιήσαντο, μάτην γε πεποιθότες ἐν τοιούτοις.
Θμοῦις καὶ Ξοῦις θλίβεται, καὶ κόπτεται αὐλὴ
Ἡρακλέους τε, Διός τε, καὶ Ἑρμείαο . . . . .
Καὶ σὲ δ', Ἀλεξάνδρεια, κλυτὴ θρέπτειρα . . . . .
Οὐ λείψει πόλεμός τ', οὐ . . . . . .
Τῆς ὑπερηφανίης δώσεις, ὅσα πρόσθεν ἔρεξας.
Σιγήσεις αἰῶνα πολὺν, καὶ νόστιμον ἦμαρ.
Κοὐκέτι σοι ῥεύσει τρυφερὸν πόμα. . . .
. . . .
Καὶ σὴν πᾶσαν ὀλεῖ γαῖαν ἄνθρωπος κακότεχνος,
Αἵματι καὶ νεκύεσσι παρ' ἐκπάγλοισί τε βωμοῖς,
Βαρβαρόφρων, σθεναρὸς, πολυδείματος, ἄφρονα λυσσῶν,
Παμπληθεὶ ψαμαθηδὸν ἀπαΐξων σὸν ὄλεθρον.
Καὶ τότ' ἔσῃ, πόλεων πολύολβος, πολλὰ καμοῦσα.

75. R. L. ἀλλὰ ταλαιπωρήσει καί γε κακῇ κακότητα μένοντες, sine sensu.

76. R. L. βαρυκτύποιο μένοντες, delapsa ultima voce e priori versu.

77. Ops. e conj. ἀντὶ Θεοῦ δέ, non male, etsi vulgata idem valet.

78. Pr. et Cast. cum B. φοβούμενοι, οὐ λόγος. R. L. φοβουμένοιο λογος. Correxit Ops.

79. R. L. οὐκ ἀγορεύειν.

80. Edd. et codd. εἰδώλων τε ἕκαστα: nos correximus, ducente sensu et Sibyllino more.

81. A. ἀτασθάλων.

82. R. L. ἄνθρ. ἐδέξαντο θεοὺς πυξίνους (L. πιξίνους) λιθίνους τε.

83. R. L. χρυσούς τε χαλκούς τε, et in fine ματαίους, ut nos, quum edd. et A. B. ματαίως habeant.

84. R. L. χωνεύοντες, non male: sed vulgata melior.

85. Pr. et Cast. cum A. B. ποιήσαντο μάτην τούτοις, addita lacunæ nota. Ops. et R. L. ut nos.

87. Θμοῦις et Ξοῦις urbes fuerunt in Ægypto non incelebres, Græcis tamen et Latinis raro memoratæ ac parum notæ; quo magis elucet origo hujus libri Ægyptia. Finis versus corruptus erat. Pr. et Cast. cum codd. θλίβεται, κόπτεται βουλή. Ops. e. conj. θλίβεται καὶ κ. β. Nos pro βουλή scripsimus αὐλή, metri simul et sensus causa. In θλίβεται, prima male corripitur.

87. In fine supplendum ἄνακτος, haud dubie. Tres eo versu designantur Ægypti urbes clarissimæ, Heracleopolis, Diospolis (seu Thebæ), Hermopolis.

Interea durant miseri, graviora manentes,
Dum rex altitonans, dum magnus sæviat ultor.
Proque Deo lapides, necnon animalia multis,
Multa colunt diversa modis; et vana verentur
Numina, queis nec mens, nec lingua est ulla, nec auris,
Quæ mihi vel memorare nefas, et signa fabrili
Facta manu. Nam quos propriam excudere per artem,
Insani divos reputant, de marmore, ligno,
Ære, vel argento fictos, aurive metallo,
Exanimes, surdos, conflatos igne; suoque
Affigunt operi spem vanam et inania vota.
   Thmuïsque Xuïsque jacent : infringitur aula
Herculis, et magni Jovis atria, Mercuriique.
Te quoque, Alexandria, virum celeberrima nutrix,
Te non deficiet bellum, pœnasque superbi
Imperii dabis, et scelerum quæcumque patrasti.
Multa per inque vicem redeuntia sæcla silebis,
Nec jam grata fluent tibi pocula......
....
Vastabitque tuam vir pessimus undique terram,
Sanguine corporibusque oppletam, altaria circum
Impia : vir bello vehemens, immanis atroxque,
Barbarus, immenso tibi qui feret agmine cladem.
Et tunc, urbs felix, multos patiere labores;

88. Supplendum, πολήων, e lib. XI, v. 233 et 301.

89. A. πολέμός τ' ἐοὺ (sic). L. πόλεμος τοῦ. Deest postea in omnibus hemistichium integrum : confer not. seq.

90. Pr. et Cast. cum A. B. initio τῆς omittunt. Supplevit Ops. cum L. R. Deinde edd. δ' ὡς ὅσα. B. δ'ὥς ὅσα. R. L. δ' ὡς ὅσσα γε, unde in mentem facile venit hunc versum cum priore ita conjungere : Οὐ λείψει πόλεμος σ', οὐ......, ὄφρα δίκας γε Τῆς ὑπερηφανίης δῷς, ὅσσα γε πρόσθεν ἔρεξας. Sed etsi ea lectio scripturam R. L. codicum presse sequitur, nulli tamen dubitamus, quin verius sit δώσεις, vel alexandrino et Sibyllino dicendi vitio δώσῃς. Nam qui pote prætulisset poeta duram, insolitam cæsuram, quum alia mollis, facilis ipsique familiaris præsto esset. Certe ὅσα πρόσθεν ἔρεξας passim in Sibyllinis occurrit : δίκας γε in fine versus jam invenimus lib. III, v. 200, ubi ex Opsopœi conj. restitutum est.

92. Post hunc versum, qui ab omnibus decurtatus affertur, edd. et B. lacunam trium versuum; A. R. L. nullam prorsus indicant.

93. Edd. et codd. ἀνθρώπους κακοτέχνους. Sensit Cast. legendum esse ἄνθρωπος κακότεχνος. Is erit fortasse idem qui infra, v. 100, αὐτὸς δ' ὃς Περσῶν λάχεν, ipse videlicet Nero Antichristus.

96. Ἀπαίξων vel active positum est, ut alibi apud Sibyllam simplex ἀΐσσω, vel legendum εἰς σὸν ὄλεθρον.

97. R. L. καὶ τότ' ἔσῃ πολύολβε πόλεως π. κ.

Κλαύσεται Ἀσσὶς ὅλη, δώρων χάριν, ὧν ἀπὸ σεῖο
Στεψαμένη κεφαλὴν ἐχάρη, πίπτουσ' ἐπὶ γαίης.
Αὐτὸς δ' ὅς Περσῶν λάχεν, Αἴγυπτον πτολεμίξει,
Κτείνας ἄνδρα ἕκαστον, ὅλον βίον ἐξαλαπάξει,
Ὥστε μένειν μοῖραν τριτάτην δειλοῖσι βροτοῖσιν.
Αὐτὸς δ' ἐκ δυσμῶν εἰσπτήσεται ἅλματι κούφῳ,
Σύμπασαν γαῖαν πολιορκῶν, πᾶσαν ἐρημῶν.
Ἀλλ' ὅταν ὕψος ἔχῃ κρατερὸν, καὶ τάρβος ἀηδὲς,
Ἥξει δ' αὖ μακάρων ἐθέλων πόλιν ἐξαλαπάξαι.
Κἀκεῖ τις θεόθεν σθεναρὸς βασιλεὺς ἐκπεμφθεὶς,
Πάντας ὀλεῖ βασιλεῖς μεγάλους καὶ ἄνδρας ἀρίστους.
Εἶθ' οὕτω τέλος ἔσσεται ἄφθιτον ἀνθρώποισιν.
Αἴ αἴ σοι, κραδίη δειλὴ, τί με ταῦτ' ἐρεθίζεις,
Δηλοῦν Αἰγύπτου πολυκοιρανίην ἀλεγεινήν;
Βαῖνε πρὸς ἀντολίην, Περσῶν γενεὰς ἀνοήτους·
Καὶ δήλου τοῖσι τὸ παρὸν, τό τε μέλλον ἔσεσθαι.
Εὐφρήτου ποταμοῦ ῥεῖθρον κατακλυσμὸν ἐποίσει,
Καὶ Πέρσας ὀλέσει, καὶ Ἴβηρας, καὶ Βαβυλῶνας,
Μασσαγέτας τε φιλοπτολέμους, τόξοις μεμαῶτας.
Ἀσσὶς ὅλη πυρίφλεκτος ἕως νήσων σταλαγήσει.
Πέργαμος ἡ τὸ πάλαι σεμνὴ βαθρηδὸν ὀλεῖται.
Καὶ Πιτάνη πανέρημος ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται.

98. Edd. cum A. δώρων χαρίνων. R. L. δώρων χαοίνων. B. δώρων χάριν, omissa ων syllaba quam nos retinuimus, sed a prioribus distractam, sensus causa.

99. Edd. et codd. ἀχαρῆ, nempe ut ad κεφαλὴν referatur, inepto sensu. Nos unius literulæ mutatione locum restituimus.

100. B. αὐτός θ' ὅς. Nero Antichristus innuitur, apud Parthos degens, mox rediturus, de quo sæpe in Sibyllinis, ut jam aliquoties et nuper ad v. 34 annotavimus; sed confer præcipue hujus libri v. 146, sq. In fine B. πτολεμίξαι habet, L. πτολεμίψαι, ubi edd. recte, πτολεμίξει.

101. An melius κτείνας τ'? In edd. et codd. post hunc versum intruditur ille: Καὶ κίσσις θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπὶ τοῦτόν, male huc e sequentibus retractus: confer infra, not. ad v. 107.

103. Pr. et Cast. cum B. εἰσπλήσεται: sed A. R. diserte εἰσπτήσεται, L. εἰσπτίσεται: correxit Ops. Deinde Pr. et Cast. αἵματι, ubi Ops. cum A. R. L. ἅλματι. At cur ἐκ δυσμῶν? Quod scilicet, recuperata urbe Roma, inde grassaturus sit Antichristus ad reliqui orbis perniciem: et sic infra, v. 370.

105. Non pergit ultra hunc versum Regius codex, cessante repente librarii manu relictisque inanibus paginis. Sed lenit desiderium codex L. integer, quem in omnibus vel minutissimis cum Regio codice conspirare hactenus comperimus; quo diligentius ejus lectiones a nobis posthac repræsentabuntur.

106. Lactantius lib. VII, cap. 18, hunc et tres sequentes versus citat, et hunc quidem de Antichristo, ceteros de Messia, ut decuit. Incipit vero sic: ἥξει καὶ μακάρων.

107. Lact. καί κέν τις θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπ' ἰδίων, ubi pro ἰδίων Puteani codex ἐπὶ τοῦτον, rectius. Mirum vero

Flensque Asia ipsa, tuis olim redimita coronis,
Dona gemet sibi rapta, et humi prostrata dolebit:
Persarum qui regna tenet, tum quippe lacesset
Ægyptum bello, et victu frustrabitur agros,
Occidetque homines : pars tertia sola manebit.
Victor ab occasu rapidi mox impete saltus
Erumpet, vastoque procul spatiabitur orbe.
Hunc, validum imperio, rabies aget effera fastu;
Sancta beatorum populari mœnia. Sed tum
Rex aderit fortis, supremo a numine missus,
Omnes qui perdat regesque virosque potentes;
Hæc erit humano generi post sæcula finis.
Væ tibi, cor miserum! quid me narrare lacessis
Infaustum Ægypti variis sub regibus ævum?
I nunc ad stolidos Persas, i solis ad ortus,
Ignarosque doce, quid præsens, quidve futurum.
Diluvio magno Euphratis cava flumina crescent,
Et Persas perdent, et Iberos, et Babylonas,
Massagetasque armis claros gravibusque sagittis.
Tota Asia igne flagrans usque ad circumflua ponto
Litora stillabit. Cadet illic Pergamus, olim
Nobilis, et Pitane vacua ac deserta jacebit.

unde prior forma in Lactantii codicibus prævaluerit, nisi ex aliquo scripturæ compendio male intellecto et errore librarii respicientis ad Johann. Evang. cap. 1, v. 11 : Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε. Ceterum vera Lactantii lectio ascripta olim fuerat ad marginem codicis alicujus Sibyllini, unde eam in textum irrepsisse notavimus supra, post v. 101.

108. Lact. μεγάλως καὶ φῶτας. Confer infra, v. 379.

109. Edd. et codd. εἶθ' οὕτως τέλος ἔσται ἄφθ. Nos versum restituimus, ne sic quidem optimum. Melius multo Lact. : Εἶθ' οὕτως κρίσις ἔσται ὑπ' ἀφθίτου ἀνθρ. etsi apud eum codd. quidam κρινεῖται habent et ὑπ' ἀφθίτοις.

110. Confer supra, v. 52.

111. L. δηλοῦσ', id est δηλοῦσα.

113. Edd. τοῖσιν παρὸν τὸ μέλλον ποτ' ἔσεσθαι. L. τί σοι τὸ παρὸν μέλλον ποτ' ἔσ. A. τοῖσι τὸ παρὸν μέλλον π. ἔσ. Correximus nos e Cast. conj.

114. L. κατακλ. ποιήσει.

115. Absurdum est, fore ut olim Euphrates in Iberos aut in Massagetas exundet : sed hæc, ut multa quæ sequentur, e poetæ somniantis cerebro manarunt. Idem prorsus inusitate Βαϐυλῶνας scripsit pro Βαϐυλωνίους.

116. L. μασσαγέτας τε καὶ φιλ. In fine edd. et codd. τόξοισί τε πάντας, absque sensu; nos correximus : sunt enim iidem fere ductus literarum, et sic apud Homerum, Iliad. 6, v. 818 : Μεμαότες ἐγχείῃσι.

118. Edd. cum A. βοτρυδόν, sine sensu : L. βοτριδόν : B. βοτρυσί : nos correximus. In Pr. vero et in A. B. adduntur post σεμνὴ duo verba καὶ ἐπώνυμος, e versu 122 casu aliquo huc retracta.

Λέσβος ὅλη δύσει βαθὺν εἰς βυθὸν, ὥστ' ἀπολέσθαι.
Σμύρνα κατὰ κρημνῶν εἰλισσομένη κατακλαύσει,
Ἡ τὸ πάλαι σεμνὴ καὶ ἐπώνυμος ἐξαπολεῖται.
Βιθυνοὶ κλαύσουσιν ἑὴν χθόνα τεφρωθεῖσαν,
Καὶ Συρίην μεγάλην, καὶ Φοινίκην πολύφυτον.
Αἲ αἴ σοι, Λυκίη, ὅσα σοι κακὰ μηχανάατα.
Πόντος ἀπ' αὐτομάτου ἐπιβὰς χώρης ἀλεγεινῆς,
Ὡς κλαῦσαι σεισμῷ τε κακῷ, καὶ νάμασι πικροῖς,
Τὴν Λυκίης ἄμυρον καὶ τὴν μυρίπνουν ποτὲ χέρσον.
Ἔσται καὶ Φρυγίῃ δεινὸς χόλος, εἵνεκα λύπης,
Ἧς χάριν ἡ Διὸς ἦλθε Ῥέη, κἀκεῖ προσέμεινε.
Πόντος ὀλεῖ Ταύρων γενεὴν, καὶ βάρβαρον ἔθνος,
Καὶ Λαπίθας . . . . κατὰ γῆν ἐναρίξει.
Θεσσαλίην χώρην ἀπολεῖ ποταμὸς βαθυδίνης,
Πηνειὸς βαθύρους, [μέροπας σύρων] ἀπὸ γαίης.
Ἠριδανὸς . . . .
Ἑλλάδα τὴν τριτάλαιναν ἀναιάξουσι ποιηταὶ,
Ἡνίκ' ἀπ' Ἰταλίης ἰσθμοῦ πλήξειε τένοντα
Τῆς μεγάλης Ῥώμης βασιλεὺς μέγας, ἰσόθεος φὼς,
Ὅν, φασιν, ὁ Ζεὺς ἔτεκεν καὶ πότνια Ἥρη·
Ὅστις παμμούσῳ φθόγγῳ μελιηδέας ὕμνους
Θεατροκοπῶν, ἀπολεῖ πολλοὺς σὺν μητρὶ ταλαίνῃ.
Φεύξεται ἐκ Βαβυλῶνος ἄναξ φοβερὸς καὶ ἀναιδὴς,

120. L. βυθὸν εἰς βαθύν.

121. Pr. κατακαύσει. Correxit Cast. In L. legitur ἑλισσομένη ποτὲ κατακλ. unde conjicias ποτὲ κλαύσει.

123. Edd. et codd. Βιθύνιοι, præter A. qui diserte Βιθυνοί. Deinde L. κλαύσουσι κατὰ χθόνα.

124. In fine peccat πολύφυτον contra metrum, nisi Sibyllina est licentia : sed legendum videtur πολύφυλον, quod in Orphicis versum non semel claudit.

125. Edd. et codd. μηχανᾶται.

126. Pr. et Cast. πάντας ἐπ' αὐτὸ μίτους, ubi Ops. mendo typographico πάντες. B. πάντας ἐπ' αὐτομίτους. L. πάντας ἐπ' αὐτομάτους, quod Castalio conjecerat. Sed unice vera est Guill. Canteri conjectura ab Ops. laudata, quam admisimus.

127. L. ὥστε κλαῦσαι.

128. Respexit auctor ad urbem Lyciæ notissimam, Μύρα, de qua lib. IV, v. 109.

129. L. ἔσται γὰρ καὶ φρ.

130. In B. deest vox Ῥέη, pro qua recentior manus superscripsit Ἥρη, male. Confer similis mendi exemplum, lib. III, v. 122. Rheam vero in Phrygiam secessisse, desumpta videtur fabula e lib. III, v. 139, ubi tamen in Phrygiam non ipsa transiisse narratur, sed Jovem educandum misisse. Confer quæ sunt illic annotata, et ad lib. VII, v. 13.

131. Edd. et codd. πόντον : nos ob sensum correximus. Ταύρων γενεὴν vocat Tauridis incolas.

132. Edd. et codd. sine lacunæ nota, καὶ Λαπίθας δάπεδον κατὰ γῆν ἐναρήξει (sic). Sed in illo sic trunco versu suspecta est insuper, sensus et metri causa, vox δάπεδον, tanquam e priore orta;

Præceps ad fundum Lesbos demersa feretur;
Smyrnaque terribili flebit revoluta ruina,
Urbs præclara diu, nomenque illustre peribit.
Bithyni patriam lugebunt igne flagrantem,
Et Syriam magnam, et Phœnices læta vireta.
  Heu, Lycia infelix, fatum tibi quale paratur,
Pontus ubi tristes irrumpet sponte per agros,
Et commotarum rabie vastabit aquarum
Spirantem unguentis Lyciam, unguentisque carentem!
  Et Phrygiam gravis ira manet: quippe hanc sibi sedem
Elegit fugiens mater Jovis, atque ibi mansit.
  Taurorum genus et late gens barbara ponto
Mergetur, Lapithasque affliget terra.....
  Thessalicos fines Peneus proluet amnis,
Undarumque fluenta, hominum raptantia turbam.
Eridanus........
  Græcia, te miseram flebunt uno ore poetæ,
Ortus ab Italia juga quum perruperit Isthmi
Magnæ rex magnus Romæ, similisque Deo vir,
Quem genitum dicent Jovis et Junonis amore;
Mellea qui dulci fundens modulamina cantu,
Plena theatra colet; multosque, ipsamque parentem
Occidet; dein effugiet, Babylone relicta,

et fortasse scripserat Poeta Λαπίθας ἰδὲ Κενταύρους, quarum vocum ultimæ duæ casu aliquo aut pia manu suppressæ interciderint.

133. L. χώραν.

134. Edd. et codd. μορφὰς θηρῶν, sine sensu, ubi nos μέροπας σύρων, partim e nostra, partim e Castalionis conj.

135. Ἠριδανὸς φάσκων θηρῶν μορφὰς τότε γεννᾶν, et sic A. B. L. nisi quod omnes πότε habent; L. insuper θηρός pro θηρῶν. Sed hic versus manifesto repetitus est e corrupta prioris lectione; ac vix servanda vox Ἠριδανός, quam ideo tantum retinuimus, ut versus omissi vestigium exstaret.

136. Edd. cum B. ἀνηΐξουσι: nam Gallæi lectio ἀννήξουσι typographo debetur. L. ἀναΐξουσι, quod aliquatenus defendi potest. Sed unice verum est ἀναιάξουσι, quod verbum alias quoque in Sibyllinis corruptum invenitur.

137. B. πλήξεις, male.

138. Pro βασιλεύς, L. τελέως habet. Deinde Pr. cum B. ἰσσόθεος. Hæc omnia rursus de Nerone.

139. Pr. ὃν αὐτὸς ζεὺς τέκεν ἡ δὲ πότνια ἥρη. Cast. et Ops. favente B. ὅν φασιν αὐτὸς ζεὺς τέκεν ἠδὲ π. ἥ. A. item, sed αὐτὸς ὁ ζεύς. Conjecerat Ops. in notis, legendum ἠδ' ἡ pro ἠδὲ. Nos codicem L. sequimur, ubi tamen initio male præfigitur vox βασιλέα, et in fine ἥρα pro ἥρη legitur minus recte.

141. L. θεατροσκοπῶν. Deinde post πολλούς habet A. καὶ γαστέρι χεῖρας ἔθηκεν, e versu nempe 144, omissis intermediis.

142. Βαβυλὼν Roma est, ut in Apocalypsi ac sæpe in Sibyllinis.

Ὃν πάντες στυγέουσι βροτοὶ, καὶ πάντες ἄριστοι·
Ὤλεσε γὰρ πολλοὺς, καὶ γαστέρι χεῖρας ἔθηκεν,
Εἰς ἀλόχους ἥμαρτε, καὶ ἐκ μιαρῶν ἐτέτυκτο.
Ἥξει δ' εἰς Μήδους καὶ Περσῶν πρὸς βασιλῆας,
Πρώτους οὓς ἐπόθησε, καὶ οἷς κλέος ἐγκατέθηκε,
Φωλεύων μετὰ τῶνδε κακῶν εἰς ἔθνος ἀηδές·
Ὃς ναὸν θεότευκτον ἕλεν, καὶ ἔφλεξε πολίτας
[Ναὸνδ'] εἰσανιόντας, ὅσους [ὕμνησα] δικαίως·
Τούτου γὰρ φανέντος, [ὅλη] κτίσις ἐξετινάχθη,
Καὶ βασιλεῖς ὤλοντο, καὶ ἐν τοῖσι μένεν ἀρχὴ,
Ἐξόλεσαν μεγάλην τε πόλιν, λαόν τε δίκαιον.
Ἀλλ' ὅταν ἐκ τετράτου ἔτεος λάμψῃ μέγας ἀστὴρ,
Ὃς πᾶσαν γαῖαν καθελεῖ μόνος, εἵνεκα τιμῆς
Ἥν τοι πρῶτον ἔθηκάν τ' εἰναλίῳ Ποσιδῶνι·
Ἥξει δ' οὐρανόθεν τ' ἀστὴρ μέγας εἰς ἅλα δεινὴν,
Καὶ φλέξει πόντον βαθὺν, αὐτήν τε Βαβυλῶνα,
Ἰταλίης γαῖάν θ', ἧς εἵνεκα πολλοὶ ὄλοντο
Ἑβραίων ἅγιοι πιστοὶ, καὶ ναὸς ἀληθής.
Ἔσσεαι ἐν θνητοῖσι κακοῖς κακὰ μοχθήσασα,
Ἀλλὰ μενεῖς πανέρημος ὅλους αἰῶνας ἐπ' αὐτῆς,
[Ἔσσεαι, ἀλλὰ μενεῖς εἰς αἰῶνας πανέρημος,]
Σὸν στυγέουσ' ἔδαφος, ὅτι φαρμακίην ἐπόθησας,

143. L. βροτοὶ ἄλλοι καὶ π. ἄρ.

145. Edd. et codd. ἐκ μικρῶν : nos Castalionis conj. admisimus.

146. Edd. et codd. εἰς Μήδων.

148. Pro κακῶν melius κακῶς legeretur. Deinde εἰς ἔθνος ἀηδές, verte *adversus gentem sibi invisam*, nempe adversus Romanos.

149. Edd. cum B. εἰς ναὸν θ. ἕλεν. L. ut nos. Lactantius, de Mort. persec. cap. 2, ναὸν θεότευκτον, satis fide interpretatus est, quum de Nerone ait : « Prosilivit ad excidendum cæleste templum.» In Sibyllinis Judæorum clades et templi ruina nunc Neroni, cujus auspiciis bellum inceptum est, nunc Vespasiano, nunc Tito tribuitur.

150. Edd. et codd. λαοὺς ubi nos e conj. ναόνδ'. In L. deinde legitur ἐς ἀνιόντας, male : confer simile mendum, lib. III, v. 95. Pro ὕμνησε, quod habent edd. et codd., vix dubium est, quod edidimus, ὕμνησα : respicit enim ad locos Sibyllinorum carminum antiquissimos et notissimos, lib. III, v. 218, sqq. 573, sqq.

151. Postutat metrum τούτου γὰρ προφανέντος vel γάρ τε φανέντος : sed in φανέντος prima fortasse producitur, licentia Sibyllina. Deinde ὅλη scripsimus e conj.; nam edd. et codd. ἡ φύσις.

152. Edd. cum B. ἐν τοῖσιν. L. ἐν τοῖσι, ut nos. Ceteris regibus superstites Vespasianus et Titus indicantur.

153. Pr. cum B. et L. ἐς δ' ὤλεσαν. Cast. et Ops. ἐς δ' ὄλεσαν. Sed εἰσόλλυμι barbarum est. Legendum omnino nobiscum ἐξόλεσαν, ut in versu priore τοῖσι relativum sit.

154. Pr. et Cast. cum L. τετάρτου. Ops. et A. B. τετράτου. Cast. vel τετράτου vel τακτοῦ conjecerat, quod parum interest, quum is annus non a captis

Invisus cunctis : nam multos sustulit unus,
Maternoque manus ventri intulit, inque gementes
Sæviit uxores, et se de sanguine cretum
Arguit impuro. Tum Persas exsul adibit,
Medorumque duces, miro quos fovit amore,
Cum quibus inviso populo mala multa paravit.
Hic templum incendit divinum, et dona ferentes
In templum cives, merita quos laude sacravi.
Namque illo veniente omnis natura revulsa est;
Et reges periere; et quorum salva potestas,
Urbem præclaram eruerunt gentemque piorum.
  Sed quum stella ingens post quartum effulserit annum,
Omnibus exitium terris latura, quod olim
Primum Neptuno cultum instituisse feruntur;
De cælo in fluctus cadet ingens stella, profundumque,
Exuret pontum, atque ipsam Babylona cremabit,
Et terram Italiæ, cujus cecidere sub armis
Sancti Hebræorum populi divinaque templa.
  Mortales inter tu pessima fata subibis,
Proque malis mala multa feres, longasque dolebis
Sola per ætates, deserta, colentibus orba,
Aversata solum proprium, quod læta venenis,

Hierosolymis, sed a Neronis Antichristi reditu numerandus sit. Stella illa de cælo casura pertinet forsitan ad Apocalypsim, cap. 8, v. 8, sqq. : Καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ὡς ὄρος μέγα πυρὶ καιόμενον ἐβλήθη εἰς τὴν θάλασσαν... καὶ ὁ τρίτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀστὴρ μέγας καιόμενος ὡς λαμπάς, κ. τ. λ.

156. Edd. et codd. αὐτοί, pro quo jam conjecerat Ops. ἥν τοι. Deinde an ἐθήκαντ' una voce scribendum? In fine nos Ποσιδῶνι pro Ποσειδῶνι, metri causa. Quos Neptuni honores innuat Sibyllista, non liquet, nisi forte Consualia sub ipsis Romæ incunabulis celebrata.

157. Post οὐρανόθεν, L. τ' omittit. In fine omnes nobiscum, εἰς ἅλα δεινήν; sed δῖαν olim scriptum fuisse ne dubites. Confer lib. III, 160, 404, etc. et infra, v. 293.

158. L. καὶ αὐτὴν βαβ. Romam intellige, sicut supra; ac vide an huc pertineat Lactantii locus, lib. VII, cap. 15: « Sibyllæ aperte interituram esse Romam loquuntur, et quidem judicio Dei, quod nomen ejus habuerit invisum, et, inimica justitiæ, alumnum veritatis populum trucidarit. »

159. L. θ' omittit. Pr. et Cast. γαῖαν τῆς εἵνεκα habent; sed A. B. τ' ἧς, divise. Correxit Ops.

161. Ops. et L. ἔσσεται. Pr. et Cast. cum B. ἔσσεαι, ut nos. Compellat Poeta Romam, sicut e sequentibus elucebit.

162. Edd. cum A. B μένεις. Sed L. diserte μενεῖς. In fine Sibyllinum est ἐπ' αὐτῆς pro ἐφ' ἑαυτῆς vel ἐπὶ σαύτης, *sola tecum*. Confer tamen not. seq.

163. Edd. et codd. ἔσσεται, ἀλλὰ μενεῖ : nos correximus. Sed aut hic aut prior versus eradendus, quum alter sit ex alterius diversa lectione ortus.

Μοιχεῖαι παρὰ σοὶ, καὶ παίδων μίξις ἄθεσμος,
Θηλυγενὴς, ἄδικός τε, κακὴ πόλι, δύσμορε πασῶν.
Αἲ αἲ, πάντ' ἀκάθαρτε πόλι Λατινίδος αἴης,
Μαινὰς ἐχιδνοχαρὴς, χήρη καθέδοιο παρ' ὄχθας,
Καὶ ποταμὸς Τίβερίς σε κλαύσεται, ἣν παράκοιτιν,
Ἥτε μιαιφόνον ἦτορ ἔχεις, ἀσεβῆ δέ τε θυμόν.
Οὐκ ἔγνως, τί Θεὸς δύναται, τί δὲ μηχανάαται·
Ἀλλ' ἔλεγες, Μόνη εἰμὶ, καὶ οὐδείς μ' ἐξαλαπάξει.
Νῦν δέ σε καὶ σοὺς πάντας ὀλεῖ Θεὸς αἰὲν ὑπάρχων,
Κοὐκέτι σου σημεῖον ἔτ' ἔσσεται ἐν χθονὶ κείνῃ,
Ὡς τὸ πάλαι, ὅτε σὰς ὁ μέγας Θεὸς εὕρατο τιμάς.
Μεῖνον, ἄθεσμε, μόνη, πυρὶ δὲ φλεγέθοντι μιγεῖσα,
Ταρτάρεον οἴκησον ἐς ᾅδου χῶρον ἄθεσμον.
Νῦν δὲ πάλιν, Αἴγυπτε, τέην ὀλοφύρομαι ἄτην.
Μέμφι, πόνων ἀρχηγὸς ἔσῃ, πλησθεῖσα [θανόντων].
Ἐν σοὶ πυραμίδες φωνὴν φθέγξονται ἀναιδῆ·
Πυθὼν, ἡ τὸ πάλαι δίπολις κληθεῖσα δικαίως,
Αἰῶσι σίγησον, ὅπως παύσῃ κακότητος.
Ὕβρι κακῶν, θήσαυρε πόνων, μαινὰς πολύθρηνε,
Αἰνοπαθὴς, πολύδακρυ, μενεῖς χήρα διὰ παντός.
Πουλυετὴς ἐγένου σὺ μόνη κόσμοιο κρατοῦσα.
Ἀλλ' ὅταν ἡ Βάρκη τὸ κυπάσσιον ἀμφιβάληται
Λευκὸν ἐπὶ ῥυπαρῷ, μήτ' εἴην, μήτε γενοίμαν.
Ὦ Θήβη, ποῦ σου τὸ μέγα σθένος; ἄγριος ἀνὴρ
Ἐξολέσει λαόν. Σὺ δὲ εἵματα φαιὰ βαλοῦσα,

165. L. μοιχεία.

168. Edd. cum B. καθεδεῖο. L. καθεδεῖς, utrumque barbare. Nos e conj. καθέδοιο, pro futuro καθεδῇ, sicut alias, πλήξειε pro πλήξει, et similia.

169. Edd. et codd. σε κλαύσει καὶ σὴν παράκ. Nos correximus.

170. Pr. et Cast. cum codd. οὔτε, ubi Ops. e conj. ἥτε, optime sane. Videtur autem negatio e versu sequente male huc ascendisse.

171. Edd. et L. μηχανᾶται. B. ut nos.

176. Edd. cum A. B. μοῦνον. L. μόνη. Correximus nos e Cast. conj.

177. Edd. et A. B. ταρτάρεον τ' οἴκησον. L. ταρτάρεον οἴκησιν, sine τ'.

178. Pr. αἴγυπτε τ' ἐήν τ' ὀλοφ. iterato statim hoc versu. B. αἴγυπτ' ἐήν τ' ὀλοφ. versu non iterato. L. αἴγυπτε τεήν τ' ὀλοφ'. Correxit Cast.

179. Edd. Μέμφι πόνων ἀρχηγὲ, σέ τε πλησθεῖσα τένοντος, et sic B. nisi quod σύ τε rescripsit aliena manus. L. pro σέ τε habet σύ sine copula, cetera ut edd. Nos correximus.

181. Πυθὼν, quod proprium Delphis nomen fuit, improprie hic Memphi tribuitur, propter Apidis oraculum in ea urbe clarum. Deinde Pr. et Cast. κτησθεῖσα. Ops. cum B. κτισθεῖσα. A. κτηθεῖσα. L. κληθεῖσα, ut nos. Memphin tamen δίπολιν, id est duplicem urbem, olim dictam fuisse, nusquam alias reperimus. In fine B. δικαίαις.

Lætaque adulteriis, puerorum læta fuisti
Concubitu, prægnans vitiis, vafra, mollis, iniqua.
Væ tibi, væ semper, terræ urbs impura Latinæ,
Ante alias omnes miserabilis! heu tibi, mænas
Viperea! ad ripas olim viduata procumbes,
Et Tiberi fluvio conjux defleta, jacebis,
Sanguineum quia pectus et impia corda tulisti.
Nescis quid possit Deus, et quid cogitet, atque:
Sola, inquis, ego sum, non sum superabilis ulli.
Sed Deus æternus disperdet teque tuosque;
Nec terris monumenta tui super ulla manebunt,
Qualia tum, magnos tibi quum Deus auxit honores.
Sola, scelesta, mane, rapidisque exercita flammis,
Tartareas habita sedes inamabilis Orci.
  Nunc, Ægypte, tuos iterum lugebo dolores.
Memphi, querelarum princeps eris, uda cruore.
In te Pyramides vocem et convicia tollent:
Python, urbs quondam duplex cognomine dicta,
Tempus in omne sile, et scelerum sit jam tibi finis.
Feta malis atque opprobriis, thesaure dolorum,
Mænas acerba, scatens lacrimis, vidua usque sedebis
Et senio marcens, orbem quæ sola regebas.
  Squalenti sed quum vesti superinduet albam
Barca ferox armis, nolim tunc esse superstes.
  Thebe, quo tua nunc metuenda potentia? Perdet
Dirus homo populum. Tu pulla in veste caducam

182. Edd. cum B. αἰῶσιν. L. αἰῶσι.

184. Edd. cum B. πολυδακρυμανής, indivise. L. ut nos. Sed idem L. χώρα, ubi edd. cum B. χήρα, pro quo magis placeret χήρη.

186. Edd. cum B. κυπάστιον. A. καπάστιον. L. κυπάθιον. Legendum vel κυπάσσιον, ut nos e conj., vel κυπάττιον. Innuitur amictus ille candidus quo nomades Africæ populi membra sole torrida et squalida obvolvere etiam nunc solent, præsertim ad bellum equitantes. Minatur ergo vates Afrorum incursionem. B. inter lineas scholion habet: Βάρκη πόλις λιβύης, et ad marginem: ἡ καλουμένη νῦν πτολεμαΐς. Inter lineas quoque: κύπασσις εἶδος ἱματίου γυναικείου.

187. Sic edd. et codd. γενοίμαν, Dorismo alias Sibyllæ inusitato.

188. Edd. cum B. ὦ Θῆ καὶ. L. ὦ θῆβαι. Nos Castalionis conj. prætulimus, propter σοῦ quod sequitur. Ille autem ἄγριος ἀνήρ non alius esse videtur quam qui supra v. 93, ἄνθρωπος κακότεχνος, infra autem v. 193, μέγας φώς, et v. 195, μεγαλόσθενος ἀνήρ dicitur, Nero nempe Antichristus.

189. Pr. et Cast. cum B. ἐξολέσῃ. Ops. cum L. ἐξολέσει. Post hunc desunt in A. versus XXXVII, statimque transilit librarii manus ad versum 227: Ἄστατε καὶ κ. τ. λ.

Θρηνήσεις, δύστηνε, μόνη, καὶ πάντ' ἀποτίσεις,
Ὅσσα τὸ πρόσθεν ἔρεξας, ἀθέσμων εἵνεκα ἔργων,
Καὶ κοπετὸν ὄψονται, ἀναιδέα θυμὸν ἔχουσαν.
Συήνην δ' ὀλέσειε μέγας φὼς, Αἰθίοπων τε
[Τέντυριν] οἰκήσουσι βίᾳ μελανόχροες Ἰνδοί.
Πεντάπολι, κλαῦσαί [σε ποιεῖ] μεγαλόσθενος ἀνήρ.
Ὦ Λιβύη πάγκλαυστε, τίς ἐξηγήσεται ἄτας;
Τίς δέ σε, Κυρήνη, μερόπων ἐλεεινὰ δακρύσει;
Οὐ παύσῃ θρήνου στυγεροῦ πρὸς καιρὸν ὄλεθρον.
Ἔσσεται ἐν Βρύττεσσι καὶ ἐν Γάλλοις πολυχρύσοις
Ὠκεανὸς κελαδῶν πληρούμενος αἵματι πολλῷ·
Καὐτοὶ γὰρ κακότητα Θεοῦ τέκνοις ἐποίησαν,
Ἡνίκα Σιδονίοις βασιλεὺς Φοίνιξ Γαλικανὸν
Ἤγαγεν ἐκ Συρίης πλῆθος πολύ· καί σε φονεύσει,
Αὐτὴ Ῥαβέννη τε, καὶ εἰς φόνον ἡγεμονεύσει.
Ἰνδοὶ, μὴ ταρβεῖτε, καὶ Αἰθίοπες μεγάθυμοι.
Ἡνίκα γὰρ τούτους τροχὸς ἄξονος αἰγοκερίτης,
Ταῦρός τ' ἐν διδύμοις μέσον οὐρανὸν ἀμφιελίξῃ,
Παρθένος ἐξαναβᾶσα, καὶ ἥλιος ἀμφὶ μετώπῳ
Πηξάμενος ζώνην, περιπάμπολον ἡγεμονεύσῃ·
Ἔσσεται ἐμπρησμὸς μέγας αἰθέριος κατὰ γαῖαν,
Ἄστρων δ' ἐν μαχίμοις καινὴ φύσις, ὥστ' ἀπολέσθαι
Ἐν πυρὶ καὶ στοναχαῖς Ἰνδῶν γῆν Αἰθιόπων τε.

192. In fine legendum ἐχούσης, nisi auctor nimium properavit.

193. L. αἰθιοπήων, sine τε, ut scilicet construatur μέγας φὼς Αἰθιοπήων, sed male. Αἰθιόπων μελανόχροες Ἰνδοί, ipsi sunt Æthiopes, quos in vulgari antiquorum geographia sæpe Indis annumeratos esse constat.

194. Edd. et codd. Τεύχαριν Lege Τέντυριν, quæ fuit urbs Ægypti superioris, hodie *Denderah*, vel ipso situ parata Æthiopibus præda. Fuit quidem olim in Libya urbs Τεύχειρα vel Ταύχειρα, postea Arsinoe dicta; sed nihil ad rem.

195. Edd. et codd. Πενταπόλει κλαύσει δὲ σόης (L. κλαύσει γὰρ σόη) μεγαλόσθενος ἀνήρ. Sed ποιεῖ non est dubium, quod in codd. vulgo scribitur ποεῖ, unde falsa lectio σόη vel σόης. Cetera plana sunt.

198. Edd. et codd. οὐ παύσει. L. in fine, πρὸς ὄλεθρον καιρόν. Nec κοινὸν legendum, nec καινὸν ὄλεθρον: sed ὄλεθρον adjective sumendum pro ὀλέθριον, sinente id usu etiam apud bonos auctores.

199. L. Βρύτεσσι et Γάλοις. Notanda in Βρύτεσσι vel Βρύττεσσι forma nominis inusitata: nam de Britannis agi satis patet.

201. Θεοῦ τέκνοις, id est, Judæis.

202. Edd. et codd. Σιδονίοις: sed legendum Σιδόνιος, ut sit ille Σιδόνιος φοίνιξ βασιλεὺς Vespasianus e Phœnice, Syriæ parte (nempe ex urbe Ptolemaïde, teste Josepho, III, cap. 5) ad expugnandam Judæam profectus; qui quum primo tres legiones, V, X et XV, ad id bellum duxisset, accessit ex Italia in Syriam a Muciano rursus translata legio III

Lugebis sortem infelix : quippe omnia solves
Crimina, quæ tibi sunt nullo commissa pudore,
Aspicientque tuos populi spernentque dolores.
  Syenen perdet magnus vir, captaque bello
Tentyris Æthiopum nigris habitabitur Indis.
Pentapoli, flebis, dominum perpessa potentem.
O Libye lacrimosa, tuos narrare dolores
Quis possit, vel te, Cyrene, flere jacentem?
Nunquam, heu! lugubri desistes, perdita, planctu.
  Sed Gallis auro locupletibus atque Britannis
Oceanus fuso resonabit sanguine plenus :
Quippe Dei natis ipsi quoque damna tulere
Tum, quum Sidonius rex Phœnix Gallica venit
Agmina de Syria deducens, teque, Ravenna,
Oppressit, cædisque fuit dux ipse cruentæ.
  Vos, Indi, vos, Æthiopum generosa pavete
Pectora. Namque ubi vos Capricorni ambiverit axis,
Taurus et in Geminis medio vertetur olympo,
Et Virgo ascendens, et Sol fronti undique zonam
Prætendens, vasto spatiabitur æthere victor;
Maxima de cælo ferient incendia terram,
Astrorumque novum surget certamen, ut omnis
India et Æthiopum tellus considat in ignes.

Gallica : Tacit. Hist. IV, § 39, et V, § 1. Videtur eo pertinere apud Sibyllam τὸ Γαλικανὸν πλῆθος. Lactantius tamen nisi, fallimur, totum hunc locum aliter intellexit, qui lib. VII, cap. 17, Antichristum adducit e Syria, forsan huc respiciens.

203. Καί σε φονεύσει, hoc vero, nobis judicibus, non jam de Vespasiano accipiendum, sed de crudeli illo rege qui Galliæ et Britanniæ maria sanguine infecturus canebatur supra, v. 199, sqq. nempe de Nerone Antichristo, ut sint tres fere intermedii versus tanquam in parenthesi ponendi.

204. Edd. ἡγεμόνευσε. B. et L. ἡγεμόνευσεν. Sed legendum fuit ἡγεμονεύσει, propter φονεύσει quod præcessit.

205. Legendum, sensu jubente, vel Ἰνδοὶ μὲν ταρβεῖτε, vel, quod magis placet, Ἰνδοὶ, μὴ θαρσεῖτε.

206 Cast. et Ops. αἰγοκέρωτος sine auctoritate. Nam Pr. αἰγοκαιρίτης, B. L. αἰγοκερίτης habent. Sensus autem est : quum, astris sede sua emotis, Indi et Æthiopes, qui nunc sub Cancri, jam sub Capricorni circulo esse cœperint, ita ut simul Taurus et Gemini medium cæli verticem occupent, simul Sol cum Virgine conjunctus obambulet, tum magnum de cælo fiet incendium, quod propinquas torridæ zonæ gentes exuret. Tale incendium ex astrorum dimicatione orituram pluribus canetur infra, v. 510, sqq.

209. L. περιπάμπιλον.

211. Intellige astrorum et cæli naturam illo quasi bello perturbatam atque confusam.

212. Sic Cast. et Ops. e Cast. conj. optime sane. Pr. tamen et B. ἐν πυρὶ καὶ

Μύρου καὶ σὺ, Κόρινθε, τὸν ἐν σοὶ λυγρὸν ὄλεθρον.
Ἡνίκα γὰρ στρεπτοῖσι μίτοις μοῖραι τριάδελφοι
Κλωσάμεναι, φεύγοντα δόλῳ ἰσθμοῖο παρ' ὀμφὴν
Ἄξουσι μετέωρον, ἕως ἐσίδωσί τε πάντες
Τὸν πάλαι ἐκκόψαντα πέτρην πολυήλατι χαλκῷ,
Καὶ σὴν γαῖαν ὀλεῖ, καὶ κόψει, ὡς προτέθειται.
Τούτῳ γάρ τοι δῶκε Θεὸς μόνος, ἐς τὸ ποιῆσαι
Οἷά τις οὐ πρότερος τῶν συμπάντων βασιλήων.
Πρῶτα μὲν ἐκ τρισσῶν κεφαλῶν σὺν πληγάδι ῥίζης
Στησάμενος μεγάλως, ἑτέροις δώσειε πάσασθαι,
Ὥστε φαγεῖν σάρκας γονέων βασιλῆος ἀνάγνου.
Πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισι φόνος καὶ δείματα κεῖται,
Εἵνεκα τῆς μεγάλης πόλεως, λαοῦ τε δικαίου,
Σωζομένου διὰ παντὸς, ὃν ἔξοχος εἶχε πρόνοια.
Ἄστατε καὶ κακόβουλε, κακαῖς περικείμενε [κηρσὶν],
Ἀρχὴ καὶ καμάτοιο καὶ ἀνθρώποις μέγα τέρμα,
Βλαπτομένης κτίσεως καὶ σωζομένης πάλι μοίρης,
Ὕβρι κακῶν, καὶ πῆμα, καὶ ἀνθρώποις μέγα τέρμα,
Τίς σε βροτῶν ἐπόθησε; τίς ἔνδοθεν οὐ χαλεπαίνει;
Ἐν σοὶ τίς βασιλεὺς σεμνὸν βίον ὤλεσε ῥιφείς;
Πάντα κακῶς διέθηκας, ὅλον τε κακὸν κατέκλυσας,
Καὶ διὰ σοῦ κόσμοιο καλαὶ πτύχες ἠλλάχθησαν.

στοναχαῖσιν ὅλην γῆν Αἰθιόπων τε, nec aliter L. nisi quod ὀλοὴν habet. Est igitur paulo incertior lectio, nec male staret ὅλην, si in fine legeretur Αἰθιοπήων. Defendi etiam potest Sibyllinis exemplis τε in fine supervacuum.

215. L. ἰστίω. Ceteri ἰσθμοῖο, ut nos. Suspicamur ἰσθμοῖο παρ' ὄχθην. Sed valet etiam παρ' ὀμφήν, id est, *contrà oraculum de isthmo non perforando datum.*

216. Pr. et Cast. cum edd. ἄρξουσι. Correxit Ops. e Cast. conj. Deinde omnes edd. et codd. ἐσίδωσί σε: nos correximus: vacat enim τε apud Sibyllam sæpe; et patet de Nerone, non de Corintho scriptum esse hunc versum.

219. Lege, μόνῳ, ὥστε ποιῆσαι, et forsitan ἔδωκε pro δῶκε.

221. L. πλαγάδι: sed recte apud Hesychium: Πληγάς, δρέπανον. Versus est in fine corruptus, et totius loci incerta lectio, sensus incertus. Vix tamen aliud somniasse videtur Noster, quam de tribus Romanis principibus a Nerone reduce exstirpandis, ideoque ad Antoninos respexit, de quibus supra, v. 51: Τρεῖς ἄρξουσιν. Succurrit igitur textum ita constituere: Πρῶτα μὲν ἐκ τρισσῶν κεφ. σὺν πληγάδι ῥίζαν Σπασσάμενος μεγάλως, ἑτέροις δώσειε πάσασθαι, Ὥστε φαγεῖν σάρκας γονέων βασιλῆας ἀνάγνους. Ut ῥίζα sit Antoninus Pius, qui primus ab Antichristo evulsus relinquetur filiis devorandus; id quod solo Judæorum odio sperari aut excogitari potuit.

222. Edd. cum B. ἑτέροις δώσει σπάσασθαι. L. ἑτέρης δώσεις πάσασθαι, unde nostra lectio.

223. L. βασιλῆος ἀγνοῦ, sic leni spiritu. Ceteri, ut nos. Sed legendum βασιλῆας ἀνάγνους: confer not. ad v. 221.

225. B. et L. εἵνεκα τῆς πόλεως τῆς μεγάλης. Sed B. post μεγάλης addit τε. En

Tu quoque plange tuam sortem, miseranda Corinthe.
Nam, quum tergeminæ fatorum stamina Parcæ
Ducentes, Isthmi fugitivum ad litora regem
Abstulerint; mox hunc omnes in regna reversum
Aspicient, ferro rupem qui ruperit olim,
Vastabitque tuas armis fatalibus oras.
Olli namque dedit vires Deus, omnia victor
Ut faciat, nulli regum concessa priorum.
Ac primum triplex caput a radicibus una
Falce metens, aliis deinceps hanc porriget escam,
Ut carnes infanda vorent alimenta paternas
Impuri reges! Nam cunctis visque metusque
Impendet populis, ob magnæ scilicet urbis
Excidium, gentisque piæ, quam Numen amabat.
Instabilis, perversa, malis obnoxia fatis,
Causa simul generi humano finisque laborum,
Dum per te natura perit, rursusque resurgit,
Fons o principiumque dolorum et terminus ingens,
Quis tibi favit homo? quis non irascitur intus?
In te quis vitam, solio dejectus, honeste
Finiit? omne malum tu congeris, et bona perdis
Omnia; per te omnis turbatur machina mundi.

tibi rursus de Hierosolymorum ruina, generis humani cladibus ulciscenda, Judæi certe hominis prædictio, quibuscumque demum sacris initiati: nec aliter sentire sinunt quæ in hoc ipso libro canuntur jam hinc ad v. 285.

227. L. καί omittit. Deinde Pr. cum B. κακαῖσιν habebat, a Castalione correctum. In fine edd. et codd. κήραις, sed κηρσίν aut μοίραις manifesto legendum; κηρσίν potius, quoniam μοίρης paulo infra occurret. Compellat poeta Romam ipsam, non Romanum aliquem principem; nam confer infra, v. 232. Itaque περικείμενε, masculino genere, vel licenter, vel nimium properans effudit auctor, a talibus mendis non alienus. Fuit quum nobis legendum videretur κακαῖς περικειμένη αὔραις.

228. Post. ἀρχή, L. καί omittit, quod videtur in τε mutandum. Pro καμάτοιο edd. et codd. καμάτοισι dabant; sed confer eumdem versum infra, v. 243.

229. Pro κτίσεως, habet A. κρίσεως. In fine, pro μοίρης legendum videtur μοίραις. Hic versus in L. desideratur, deceptis fortasse librarii oculis consimili fine versuum 228 et 230. Sed multo gravior in A. defectus est, ubi omissis XIV versibus transitur statim post hunc versum ad consimilem omnino v. 244.

231. Edd. et codd. βροτός; sed infra repetetur in L. idem versus cum lectione βροτῶν: confer not. ad v. 243. Deinde Pr. οἱ χαλεπήνει. B. οἱ χαλεπύνει. Ops. et Cast. cum L. οὐ χαλεπήνει. Nos correximus, etsi fortasse erunt quibus magis placeat οὐ χαλέπηνεν.

232. B. ῥιφθείς.

233. Pr. et Cast. cum A. B. κατακλύσας. L. ὅλον βροτὸν κατακλύσας, hiulco versu. Ops. ut nos, quanquam υ male producto.

234. Pr. et Cast. πτύχαις. Ops. πτύχαι, quod πτυχαί scriptum oportuit. L. bis

Εἰς ἔριν ἡμετέρην τυχὸν ἄστατα ταῦτα προβάλλου.
Πῶς δὲ λέγεις, Πείσω σε, καὶ, Εἴ τί σε μέμφομαι, αὐδῶ;
Ἦν ποτ' ἐν ἀνθρώποις λαμπρὸν σέλας ἠελίοιο,
Σπειρομένης ἀκτῖνος ὁμοσπόνδοιο προφητῶν·
Γλῶσσα μὲν ἀνστάζουσα καλὸν πόμα πᾶσι βροτοῖσι
Φαίνετο, καὶ προὔβαινε, καὶ ἡμέρα πᾶσιν ἔτελλε.
Τοῦδ' ἕνεκα, στενόβουλε, κακῶν ἀρχηγὲ μεγίστων,
Καὶ ῥαμφὴ καὶ πένθος ἐλεύσεται ἤματι κείνῳ.
Ἀρχὴ καὶ καμάτοιο καὶ ἀνθρώποις μέγα τέρμα,
Βλαπτομένης κτίσεως καὶ σωζομένης πάλι μοίρης.
Κλῦθι πικρᾶς φήμης δυσσηχέος, ἀνδράσι πῆμα.
Ἀλλ' ὁπόταν Περσὶς γῆ ἀπόσχοιτο πτολέμοιο,
Λοιμοῦ τε, στοναχῆς τε, τότ' ἔσσεται ἤματι κείνῳ
Ἰουδαίων μακάρων θεῖον γένος οὐρανιώνων,
Οἳ περιναιετάουσι Θεοῦ πόλιν ἐν μεσογαίοις.
Ἄχρι δὲ καὶ Ἰόπης τεῖχος μέγα κυκλώσαντες,
Ὕψοσ' ἀείρονται ἄχρι καὶ νεφέων ἐρεβεννῶν.
Οὐκέτι συρίξει σάλπιγξ πολεμοκτόνον ἦχον,
Οὐδ' ἐπιμαινομέναις παλάμαις ἐχθροῦ διολοῦνται·
Ἀλλὰ ἐπιστήσει τε κακῶν αἰῶνι τρόπαια.
Εἷς δέ τις ἔσσεται αὖθις ἀπ' αἰθέρος ἔξοχος ἀνὴρ,
Οὗ παλάμας ἥπλωσεν ἐπὶ ξύλου πολυκάρπου

hunc locum exhibens semel πτύχαις dedit, semel πτύχες ut nos. B. quoque πτύχες. Sunt autem πτύχες *intimi recessus*, ut intelligatur orbis terrarum a Romanis penitus immutatus atque conversus. Pro καλαί, melius foret πάλαι.

235. L. ὕστατα, non male. Si ἄστατα retineas, intellige *crebras rerum vices* quibus imperium Romanum laboravit, præsertim inter Neronis et Trajani tempora, quo referendum et quod supra lectum est, v. 227: Ἄστατε καὶ κακόβουλε, et quod legetur libr. VIII, v. 185: Ἀστασίῃσι τύραννοι. Ironice autem versus hic totus accipiendus est, monente adverbio τυχόν, *forte, scilicet.*

236. Πείσω σε, et Εἴ τί σε μ. αὐδ. voces sunt Romanorum adversus Judæos contendentium. Sed præstaret, Εἴ τί με μέμφεαι, αὔδα.

237. Respondet Judæus, gentis suæ laudes Romanis opponens.

239. Pr. cum B. σταγέουσα, L. στυγέουσα, ubi Cast. e conj. ἀνστάζουσα. In fine, Pr. καλὸν βρῶμα βροτοῖσι, omisso πᾶσι. Ceteri edd. et codd. πόμα πᾶσι, ut nos. Laudantur prophetæ veram religionem humano generi propinantes.

240. L. πρόβαινε.

242. L. ῥομφή. Edd. cum A. B. ῥαμφή, ut nos, quod Hesychio est κοπίς, μάχαιρα, idem scilicet ac ῥομφαία. Confer lib. III, v. 316.

243. Repetuntur hic et seq. versus ex supra allatis, v. 228, sq. sive incuria librarii, sive anadiplasmo quodam poetico. L. non hos modo, sed post 244 rursum versus affert 227-236, uno excepto 229; inde statim ad 245 relabitur.

244. Edd. et codd. pro σωζομένης iterum βλαπτομένης habent; correximus nos, e versu nempe 229.

245. B. κλῆθι. L. κλῦε et δυσηχέος.

246. Edd. Περσίς γαῖ'. L. περσίης,

Forsan et hæc vitio nobis immania vertes.
Nam quid ais : Volo te justis convincere verbis?
Olim homines inter solis lux vera refulsit,
Quando prophetarum fax est accensa piorum,
Unanimes quorum linguæ dulcissima cunctis
Pocula fundebant : tunc omnibus orta dies est.
Quare, o mentis inops, tantorum causa dolorum,
Illo te gladius, te perdet tempore luctus,
Fons o principiumque malorum et terminus ingens,
Dum per te natura perit, rursusque resurgit :
Audi luctificam, pestis teterrima, vocem.
Verum ubi jam bello Persarum terra carebit,
Et peste, et lacrimis; hoc demum tempore crescet
Stirps Judæorum felix et cælitus orta,
Quæ divinam habitans mediis in tractibus urbem
Usque ad litoream muros protendet Ioppen,
Atque ipsas tanget sublimi vertice nubes.
Non jam terribili tuba murmure bella ciebit;
Non hostis rabidi manibus telisve peribunt;
Deque suis tollent æterna tropæa ruinis.
Rursus at exsistet vir magnus, ab æthere missus,
Cujus frugifera distendit in arbore palmas

omissa altera voce. Nos correximus.

247. In A. deest alterum τε.

248. L. cum A. B. μένος. Edd. γένος, sicut et Lactantius hunc versum citans, Div. Inst. IV, cap. 20. Credidit autem Lactantius Ἰουδαίων γένος ipsos dici Christianos, quum aperte sermo sit de regno Judæorum instaurando : utrosque fortasse confundit poeta.

250. B. ἰόππης.

251. Præsens ἀείρονται pro futuro, ut apud Sibyllam sæpe.

252. Alii συρίζει, πολεμόκτονον. L. ut nos.

253. Edd. et codd. ἐχθρούς : nos correximus.

254. L. κακῶ, id est κακῷ. Edd. cum B. κακῶν, ut nos. Sunt vero κακῶν τρόπαια, *tropæa e malis reportata*. Pro ἐπιστήσει τε scribendum erat ἐπιστήσουσι vel, si metrum ferret, ἐπιστήσονται. (confer infra v. 266); sed apud Sibyllam numeros confundi jam annotavimus.

255. Hic et tres seqq. versus, Christianorum potius quam Judæorum Messiam innuere videntur. Quis enim ille Moses simul et Josue, nisi Jesus Christus, cujus ad crucem simul et nomen alluditur? confer notas infra sequentes. Atqui priora judaïcum potius sonabant; neque hæc interpolata cur credamus, satis causæ est, siquidem totum hunc librum a Judæo semi-christiano scriptum esse statuimus : confer Exc. V.

256. L. et A. ἐπὶ ξύλον πολύκαρπον. Ceteri melius ἐπὶ ξύλου. Sed omnes πολύκαρπον, quod cum genitivo ξύλου stare nequibat : correxit Ops. Legendum initio ὅς παλάμας ἥπλωσεν, de Mose; nam Aaron et Hur Mosis in monte precantis manus sustinebant; Exod. cap. 17, v. 12; non vero Josue, qui tum aberat, armatus contra Amalecitas pugnans; ibid. v. 10, 13. Dicitur autem Moses, Christiana quadam allegoria, manus in ligno

Ἑβραίων ὁ ἄριστος, ὅς ἠέλιόν ποτε στῆσε,
Φωνήσας ῥήσει τε καλῇ καὶ χείλεσιν ἁγνοῖς.
Μηκέτι τείρεο θυμὸν, μὴ στήθεσσι μέγαιρε,
Θειογενὴς, πάμπλουτε, μόνον πεποθημένον ἄνθος,
Φῶς ἀγαθὸν, σεμνόν τε [θάλος], πεποθημένον [ἔρνος],
Ἰουδαία χαρίεσσα, καλὴ πόλις, ἔνθεος ὕμνων.
Οὐκέτι βακχεύσει [περὶ σὴν] χθόνα ποὺς ἀκάθαρτος
Ἑλλήνων, ὁμόθεσμον ἐνὶ στήθεσσιν ἔχων νοῦν.
Ἀλλά σε κυδάλιμοι παῖδες περιτιμήσουσι,
Καὶ μούσαις ἁγίαισιν ἐπιστήσουσι τράπεζαν,
Παντοίαις θυσίαισι, καὶ εὐχαῖς ἐνθεοτίμοις.
Ἐκ μικρᾶς στενότητος ὅσοι καμάτους ὑπέμειναν,
Πλείονα καὶ χαρίεντα καλὰ πράξουσι δίκαιοι.
Οἱ δὲ κακὴν στείλαντες ἐπ' αἰθέρα γλῶσσαν ἀθέσμως,
Παύσονται λαλέοντες ἐναντίον ἀλλήλοισιν·
Αὐτοὺς δὲ κρύψουσιν, ἕως κόσμος ἀλλαγῇ.
Ἔσται δ' ἐκ νεφέων ὄμβρος πυρὸς αἰθομένοιο.
Κοὐκέτι καρπεύσουσι βροτοὶ στάχυν ἀγλαὸν ἐκ γῆς·
Πάντα μὲν ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα, ἄχρι νοῆσαι
Τὸν πρύτανιν πάντων Θεὸν ἄμβροτον αἰὲν ἐόντα
Ἀνθρώπους θνητοὺς, καὶ μηκέτι θνητὰ γεραίρειν,
Μηδὲ κύνας καὶ γῦπας, ἃ Αἴγυπτος κατέδειξε

tendisse, quod scilicet in collem ascenderit *habens virgam Dei in manu sua*, ibid. cap. 9. vel ut Julius Firmicus interpretatur, p. 458, ed. Gronov. *circa virgam expansis manibus*. Cujus virgæ lignum cur πολύκαρπον dicatur, si quis quæret, adeat ipsum Mosem, Num. cap. 17, v. 8, unde intelliget Aaronis virgam amygdalinam fuisse; quidni pariter et Mosis? Sed Christiani eam quoque allegoriam libenter amplexi sunt, quorum in hymnis sancta illa Redemptoris crux hodieque canitur « flore, fruge fertilis. » Confer lib. VIII, v. 251, sq.

257. Lege imo vero, Ἑβραίων θ' ὁ ἄριστος, id est, Josue, Christo redemptori cognominis, qui et ejusdem figura fuit. In fine edd. cum A. B. στῆσεν, L. στῆσε, ut nos.

258. A. καλῇ καὶ χείλεσσι μάχαιρα, retracto nempe huc sequentis versus fine et omissis intermediis.

259. B. τεῖρε, ubi omnes τείρεο. In fine Pr. et Cast. cum B. μάχαιρα, favente etiam codice A. Cast. in margine μερίμνα proposuerat : Ops. e conj. μέγαιρε, recte. Notanda vero codicis L. lectio : μηκέτι τείρεο θυμὸν ἢ στήθεσσι μάχαιραν, unde conjicias ἢ ἐν στήθεσσι μέγαιρε. Quæ abhinc sequuntur, manifesto judaïca sunt.

260. L. θειογενές, ac deinde μόνον, ut nos, ubi edd. cum B. μόνῳ. Frustra Bleekius μόνῳ defendit, *uni Deo* interpretans.

261. Edd. et codd. σεμνόν τε τέλος, quod sensu caret : conjecerat Cast. σεμνὸν τέμενος : nos cum Opsopœo σεμνόν τε θάλος. Offendit deinde participium e priori versu repetitum, pro quo magis placeret πε-

Optimus Hebrææ sobolis, cui sistere solem
Fas fuerit puris labiis et voce potenti.
Desine jam longis cruciari pectora curis,
Diva genus, multum locuples, optate Deo flos,
Lux bona, planta decora, piis venerabile germen,
Urbs Judæa, sonans semper cælestibus hymnis.
Non jam Persarum tua pes impurus in arva,
Non Græcus furor invadet, concordibus iris.
Sed te natorum venerabitur inclita proles,
Et sanctum modulata Deo melos, exstruet aram,
Omnigenisque sacris, precibus votisque litabit.
Rebus in angustis duros quicumque labores
Pertulerint, tunc plura ferent melioraque justi.
Qui vero audacem petulanter in æthera linguam
Jactarint, non jam convicia mutua fundent,
Sed, dum sit facies mundi conversa, latebunt.
Depluet incensis de nubibus igneus imber;
Tum neque decerpent homines telluris aristas,
Nec satio fiet, nec aratio, dum genus omne
Cognoscat mortale Deum, qui cuncta gubernat;
Solus ut ille viris, nec jam peritura colantur,
Aut canis, aut vultur, quorum dictavit honores

φιλημένον. In fine edd. et codd. ἅγνος, sine sensu; nos ἔρνος e conj.

263. Edd. et codd. Περσῶν χθόνα : nos correximus. Deinde post ἀκάθαρτος in versus fine distinguunt codd.; melius edd. versu sequenti post Ἑλλήνων. In ποὺς accentum mutavimus, quem edd. et codd. male circumflectebant.

264. Ὁμόθεσμον concordiam ostendit gentium adversus Judæam conspirantium : confer Psalm. 2, v. 1, sqq.

266. Edd. et codd. καὶ μούσαις γλώσσαις ἁγίαισιν ἐπιστήσονται : addit L. in fine vocem τράπεζαν, unde nostra corrupti versus medela. Nam primum γλώσσαις delevimus, ut e margine intrusam vel interpretationem vel conjecturam pii lectoris qui voce μούσαις offenderetur : deinde ἐπιστήσονται facile correctu fuit, de qua tamen lectione vide supra not. ad v. 254. De sensu, cfr. lib. IV, v. 25, sq.

267. Mireris a Christiano mentionem fieri sacrificiorum : sed confer Exc. V. In fine L. καὶ εὐχαῖς ταῖς θεοτίμοις : ceteri, ut nos, ἐνθεοτίμοις, quod recte habet, sicut supra v. 262, ἔνθεος ὕμνων.

269. Edd. et codd. καλὸν ἄρξουσι, ubi Cast. καλὰ ἕξουσι vel κάλ' ἀνέξουσι conjiciebat : nos literarum ductus pressius sequimur.

270. Edd. cum B. οἱ δὲ κακοί, et in fine ἄθεσμον. L. prorsus ut nos.

272. Ops. e conj. αὐτούς. Sed αὑτούς Sibyllinum est pro ἑαυτούς. In ἀλλαγῇ media male producitur.

275. Pr. et Cast. cum B. νοήσῃ. L. νοήσει. Ops. e conj. νοήσειν. Nos vero νοῆσαι, ut supra v. 65 et alias.

276. B. πάντα pro πάντων.

278. A. γύπας ἃς αἴγυπτος.

Σεμνύνειν στομάτεσσι νέοις καὶ χείλεσι μωροῖς.
Ἑβραίων δὲ μόνων ἁγία χθὼν, πάντα τάδ' οἴσει,
Νᾶμα μελισταγέος ἀπὸ πέτρης [ἠδ' ἀπὸ πηγῆς],
Καὶ γάλα δ' ἀμβρόσιον ῥεύσει πάντεσσι δικαίοις.
Εἰς ἕνα γὰρ γενετῆρα Θεὸν μόνον ἔξοχον ὄντα
Ἤλπισαν, εὐσεβίην μεγάλην καὶ πίστιν ἔχοντες.
Ἀλλὰ τί δή μοι ταῦτα νόος σοφὸς ἐγγυαλίζει;
Ἄρτι δέ σε, τλήμων Ἀσίη, κατοδύρομαι οἰκτρῶς,
Καὶ γένος Ἰώνων, Καρῶν, Λυδῶν πολυχρύσων.
Αἶ αἶ, Σάρδεις· αἶ αἶ, καὶ πολυήρατε Τράλλις·
Αἶ αἶ, Λαοδίκεια, καλὴ πόλι· ὡς ἀπολεῖσθε
Σεισμοῖς ὀλλύμεναί τε, καὶ εἰς κόνιν ἀλλαχθεῖσαι.
Ἀσσίδι τῇ δνοφερῇ. . . . .
Ἀρτέμιδος σηκὸς Ἐφέσου πηγνύμενος. . . . .
Χάσματι καὶ σεισμοῖσί ποθ' ἵξεται εἰς ἅλα δεινὴν
Πρηνὴς, ἠδ' ὅτε νῆας ἐπικλύζουσιν ἄελλαι.
Ὕπτια δ' οἰμώξει Ἔφεσος, κλαίουσα παρ' ὄχθαις,
Καὶ νηὸν ζητοῦσα τὸν οὐκέτι ναιετάοντα.
Καὶ τότε θυμωθεὶς Θεὸς ἄφθιτος, αἰθέρι ναίων,
Οὐρανόθεν πρηστῆρα βαλεῖ κατὰ κρατὸς ἀνάγνου.
Ἀντὶ δὲ χειμῶνος θέρος ἔσσεται ἤματι τῷδε.
Καὶ τότε δὴ μετέπειτ' ἔσται ἄνδρεσσι βροτοῖσιν·
Ἐξολέσει γὰρ πάντας ἀναιδέας ὑψικέραυνος
Βροντῇ τε, στεροπαῖς τε, κεραυνοῖς τε φλεγέθουσιν,
Ἀνδράσι δυσμενέεσσι, καὶ ὡς ἀσεβεῖς ὀλοθρεύσει,
Ὥστε μένειν νέκυας κατὰ γῆς πλέονας ψαμάθοιο.

279. L. στομάτεσσι νόοις. Legendum vel στομάτεσσ' vel στόμασί τ' ἐνεοῖς.

280. Pr. et Cast. cum B. Ἑβραίων δὲ χθὼν ἁγία ἐστί (Cast. ἔσται), πάντα δ' οἴσει. Ops. Ἑβραίων δὲ χθὼν ἁγί' ἔσται, πάντα τάδ' οἴσει, nec aliter A. nisi quod ἁγία non elidit. Nos correximus, partim e codice L. sic habente: Ἑβραίων δὲ μόνων ἡ χθὼν ἁγία ἐστί· πάντα δ' οἴσει, partim e Lactantio, lib. VII, cap. 24, hunc versum cum duobus sequentibus citante, hoc initio: Εὐσεβέων δὲ μόνων ἁγία χθὼν πάντα τάδ' οἴσει.

281. B. post πέτρης copula caret. Lact. νᾶμα μέλιτος ἀπὸ πέτρης ἠδ' ἀπὸ πηγῆς, cujus lectionis ultima pars vera videtur; mutavit imprudens librarius, dum respicit ad illud Homeri: Τοῦ μὲν ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

282. Lact. καὶ γάλα τ' ἀμβροσίης.

285. Codex L. ἐγγυαλίξει.

288. L. αἶ αἶ πολυήρατοι τράλλεις, omisso καί, quod fortasse in σοι mutandum est. Tralles, Laodicea, compluresque Asiæ minoris urbes terræ motibus afflictæ jam superioribus libris deploratæ sunt. Confer de Trallibus, lib. III, v. 459, sqq.; de Laodicea, lib. IV, v. 105, sq.

291. Edd. et codd. Ἀσσία τῇ δνοφερῇ Λυδῶν τε πολυχρύσων, nullo sensu et lacuna manifesta. Ultima verba male repetita sunt e versu 287.

Ægyptus vanis labiis atque ore profano.
Hebræis vero solis hæc omnia tellus
Sancta feret, mellis latices e rupibus atque
Fontibus; et vobis manabunt lactea, justi,
Pocula, queis semper posita est in numine solo
Spes vivax, pietasque animis immota, fidesque.
Sed quid me sapiens jubet hæc profundere pectus?
Te, te, Asia infelix, tristi deploro querela,
Ionumque genus, Caresque, auroque potentes
Lydos. Heu, Sardes! eheu tibi, Trallis amœna!
Eheu, Laodicea placens! Vos quippe cadetis
Eversæ nutante solo, in cineremque redactæ.
Et tenebrosæ Asiæ.......
Ast Ephesi clarum Dianæ nomine fanum
Motibus et vasto subter mare sidet hiatu
Præceps, ut naves quondam superante procella.
Ipsa jacens Ephesus deserta ad litora flebit,
Templaque, non ulli posthac adeunda, requiret.
Tunc indignatus Deus immortalis, ab alto
Æthere, flagranti feriet capita improba telo,
Proque hieme exsistet subitus tunc temporis æstus.
Et simul humanæ fient hæc omnia genti:
Scilicet altipotens perjuros opprimet omnes
Fulguribus, tonitruque, et crebro fulminis igne;
Hostiles perdet populos atque impia corda,
Ut tellus jam plura cadavera portet arenis.

292. Sic edd. et codd. versu mutilo.

293. Edd. ἥξεται. L. ἥξετε. Pro εἰς ἅλα δεινήν videtur olim fuisse εἰς ἅλα δῖαν. Confer supra, v. 157.

294. L. πρηνεῖς, male. Deinde L. ἤτοι ὅτε, edd. cum A. B. ἠδ' ὅτε, ubi conjecit Cast. ὡς ὅτε, recte. Quod sequitur, ἐπικλύζουσιν, habet Ops. cum codd.; male Pr. et Cast. ἐπικλήζουσιν, medelam tamen indicante Cast. Pessime A. ἐπικλύζουσιν ἀέλλαις.

295. Edd. et codd. ὕπτια, ut nos, retracto accentu, ultima ut corripi possit. Hunc versum et sequentem laudat Clemens Alex. cohort. cap. 4.

296. A. ναιετάονται.

297. Pr. post ἄφθιτος addit καί, male.

298. Edd. βαλεῖ κατὰ κράτος ἀνάγνους. B. κατὰ κράτους ἀνάγνου. L. quoque ἀνάγνου, unde nos, jubente metro, κρατὸς ἀνάγνου rescripsimus, *impium caput* ipsius Ephesi interpretantes.

299. Quod scilicet media hieme arsurum sit illud de cælo incendium.

300. Pr. cum B. ἔσσεται. Cast. et Ops. ἔσεται. L. ἔσται, ut nos. In fine A. βροτοῖσιν, ut nos, ubi vulgo βροτοῖσι.

303. Ops. e conj. ἄνδρας δυσμενέας τε, ubi τε omitti sine incommodo poterat. Sed Pr. et Cast cum codd. ἀνδράσι δυσμενέεσσι, quod etsi ægre ferat syntaxis, mutare tamen piget in auctore prope

Ἥξει γὰρ καὶ Σμύρνα, ἑὸν κλαίουσα [Σάμορνον],
Εἰς Ἐφέσοιο πύλας, καὶ αὐτὴ μᾶλλον ὀλεῖται.
  Κύμη δ' ἡ μωρὰ, σὺν νάμασι τοῖς θεοπνεύστοις,
Ἐν παλάμῃσι θεῶν, ἀνδρῶν ἀδίκων καὶ ἀθέσμων,
Ῥιφεῖσ', οὐκέτι τόσσον ἐς αἰθέρα χάρμα προδώσει·
Ἀλλὰ μενεῖ νεκρὰ ἐν νάμασι Κυμαίοισι.
Καὶ τότ' ἀναιάξουσιν ὁμοῦ κακότητα μένοντες.
Εἰδήσει σημεῖον ἔχων, ἀνθ' ὧν ἐμόγησε,
Κυμαίων δῆμος χαλεπὸς, καὶ φῦλον ἀηδές.
  Εἶθ' ὅταν αἰάξωσι κακὴν χθόνα τεφρωθεῖσαν,
Λέσβος ἐπ' Ἠριδανὸν αἰώνιον ἐξαπολεῖται.
  Αἲ αἴ σοι, Κέρκυρα, καλὴ πόλι, παύεο κώμου.
Καὶ, Ἱεράπολι, γαῖα μόνη πλούτῳ μιγεῖσα,
Ἕξεις, ὃν πεπόθηκας ἔχειν, χῶρον πολύδακρυν,
Εἰς γῆν χωσαμένη παρὰ χεύμασι Θερμώδοντος.

rantius scribente : decipi enim potuit dativo qui præcesserat.

305. A. ἥξει καὶ, sine γάρ. Deinde Gallæi codex σπάρτα. Ceteri omnes, σμύρνα, recte. Deinde habent Pr. et Cast. cum L. κλέουσα, ubi Ops. cum B. κλαίουσα. Omnes denique Λυκοῦργον, ubi nos e conj. audaciori, sed certa, Σάμορνον. Artissima enim inter Smyrnæos et Ephesios cognatio, teste Strabone, lib. XIV, p. 633, sq., cujus præcipuum argumentum fuit portus Ephesi Σάμορνος vel Σάμορνα vel etiam Σμύρνα nuncupatus : confer Strab. p. 633; Stephan. de Urb. sub voce Σάμορνα; Hesychii interpp. ad Σαμονία. Concordiam inter eas urbes aliquando labefactam resarcire conatus est Aristides oratione XLII, περὶ ὁμονοίας : exstatque numus ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΕΡΓ. ΕΦΕΣΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Itaque per illos continuos terræ tremores qui anno post Chr. 178 eam Asiæ oram commoverunt, crebri inter illas urbes discursus fuerant, Ἐφέσιοι δὲ καὶ Σμυρναῖοι παρ' ἀλλήλους ἔθεον θορυβούμενοι, Aristid. Serm Sacr. III (t. I, p. 497, ed. Dindorf) : nec dubium est, Smyrnæ legatos quum Ephesiorum opem implorarent, antiquæ cognationis et Samorni portus meminisse; nec frustra, ut videtur : siquidem ad resarciendas Smyrnæ clades unanimem totius Asiæ concursum laudat Aristides, orat. XXI (t. I, p. 434).

307. Edd. μώρα, ubi codd. nobiscum μωρά. Utrum vero de Cyme Æolidis, an de Cumis Italiæ nunc agatur, ambigi potest, ob factam fontium mentionem : sed ad urbem potius Asiaticam respicere jubent quæ præcesserunt et quæ sequentur, favetque ipsum illud epitheton μωρά, quoniam, teste Strabone lib., XIII, p. 622, σκώπτεται εἰς ἀναισθησίαν ἡ Κύμη. An igitur suos fontes habuit utraque Κύμη? An a poeta confusæ sunt?

308. Edd. cum B. παλάμαισι. L. παλάμῃσι, ut nos. Deinde legendum esset ἀνδρῶν τ' ἀδίκων.

309. Edd. et codd. τὸ σόν, ac deinde ἅρμα, ubi Cast. ἅλμα conjecerat : correximus nos, sensu jubente, et monente vocalium hiatu.

310. Pr. κυμήοισι. L. κυμείοισι.

311. Pr. et Cast. cum codd. καὶ τοτ' ἂν ἕξουσιν, absque sensu; nec melius Ops. καὶ τοτ' ἀνέξουσιν : nos correximus. Confer supra, v. 136, et infra, v. 314.

312. Edd. cum B. εἰδήσῃ. L, εἰδήσει, ut nos. Copula δέ vel γάρ desideratur, non sine exemplo apud Sibyllam. Est autem σημεῖον *signum iræ divinæ*, sicut lib. III, v. 457. Ἀνθ' ὧν ἐμόγησε idem

Quippe et Smyrna suum veniet conquesta Samornum
Ad portas Ephesi, nec secius ipsa peribit.
Cuma autem demens, cùm plenis numine lymphis,
Divorum manibus sceleratorumque virorum
Dejecta, et lætis jam nescia cantibus auras
Rumpere, Cumæis innabit mortua lymphis.
Omnes tunc immane gement, terrore malorum.
Nam genus invisum Cumarum, et iniqua propago,
Pœnarum agnoscet, meruit quas improba, signum.
Qua semel in cineres versa, dein ipsa peribit
Lesbus in Eridanum æterna demersa ruina.
Heu, Corcyra, tibi, pulcerrima! desine fastus.
Tuque, Hierapoli, terra auro compacta, tenebis
Quam nimis optasti sedem, miseranda, tuoque
Defodiere solo, prope flumina Thermodontis.

est quod ὅσα πρόσθεν ἔρεξας, supra, v. 90, et passim. Mirum vero, cur in Cumanos invehatur Noster, civitatem natura quietam et pacificam, de qua nihil amplius narrari in historiis potuit quam quod Κυμαῖοι τὰς ἡσυχίας ἦγον, Ephor. apud Strab. loco supra cit. Aliqua fortasse adversus Judæos aut Christianos persecutio ibi oborta erat.

313. Pr. et Cast. cum B. κύμων γάρ. Melius Ops. Κυμῶν γάρ. Sed L. κυμαίων, ut nos, sine γάρ. Et nota Κύμην supra, non Κύμας dici.

314. Edd. et L. εἶθ' ὅταν ἕξουσι. Nos correximus. Confer supra, v. 311.

315. Ἠριδανόν, sanam lectionem putamus, si de *mari* accipiatur. Fuit enim commune olim aquarum decurrentium nomen, ductum fortasse a torrentibus vernis, παρὰ τὸ ἔαρ. Strabo certe, lib. V, p. 215, nulli fluvio proprium esse ait: Ἠριδανὸν τὸν μηδαμοῦ γῆς ὄντα. Conferendus et Herodotus, lib. III, cap. 117. Nec tamen dissimulandum supra, v. 135, positum videri Ἠριδανόν pro fluvio, sed loco, ut diximus, valde suspecto, et fortasse delendo versu.

316. Pr. et Cast. κόρχηρα. Ops. Κόρκυρα, barbare, an typorum vitio? B. κόρχυρα. A. κόρχυρα, cum κ suprascripto. L. κέρκυρα, recte. Deinde omnes κώμην, sine sensu, ubi nos e conj. κώμου: confer infra, v. 393.

317. L. καὶ σὺ ἱερὰ πολιγαῖα. Hæc est Hierapolis Phrygiæ, cum Laodicea et Colassis, vicinis urbibus, terræ motu subversa, Neronis tempore: Euseb. in Chron. Utrum ibi metalla auri vere aliqua fuerint, an de his opinio tantum apud incolas percrebuerit, certo affirmare non possumus. E Strabone hoc unum discimus, fuisse terram illam vulcaniis ignibus fetam, sicut magnam partem Phrygiæ, κατακεκαυμένην ideo dictam: inde frequentes terræ motus.

318. Pr. et L. πεποίηκα. Cast. cum B. πεποίηκας, unde Ops. e conj. πεπόθηκας, quod recepimus. Alludit poeta ad eam, quam supra diximus, incolarum opinionem de latentibus metallis.

319. Χωσαμένη pro χωσθεῖσα positum est. Thermodon improprie pro Lyco, Phrygiæ amne, Hierapoli vicino. Et Lycum quidem eumdem esse cum Thermodonte poetarum, falso crediderat Eratosthenes, taxatus ob id a Strabone, lib. XI, p. 629, sed Lycum Ponti amnem, non illum Phrygiæ. Confusa hæc sunt a Poeta, nisi forte vulgarem aliquam traditionem secutus est.

Πετροφυὴς Τρίπολίς τε, παρ' ὕδασι Μαιάνδροιο,
Κύμασι νυκτερινοῖσιν ὑπ' ἠόνι κληρωθεῖσα,
Ἄρδην ἐξολέσει σε Θεοῦ [χόλος, ἥ τε] πρόνοια.
Μή μ' ἐθέλουσαν ἑλεῖν Φοίβου τὴν γείτονα χώραν.
Μίλητον τρυφερὴν ἀπολεῖ πρηστήρ ποτ' ἄνωθεν,
Ἀνθ' ὧν εἵλετο τὴν Φοίβου δολόεσσαν ἀοιδὴν,
Τήν τε σοφὴν ἀνδρῶν μελέτην καὶ σώφρονα βουλήν.
Ἵλαθι, παγγενέτωρ, τρυφερῇ χθονὶ τῇ πολυκάρπῳ
Ἰουδαίᾳ μεγάλῃ, ἵνα σὰς γνώμας ἐπίδωμεν.
Ταύτην γὰρ πρώτην ἔγνως, Θεὸς, ἐν χαρίτεσσιν,
Εἰς τὸ δοκεῖν προχάρισμα τεὸν πάντεσσι βροτοῖσιν
Εἶναι, καὶ προσέχειν, οἷον Θεὸς ἐγγυάλιξεν.
Ἱμείρω τριτάλαινα τὰ Θρηκῶν ἔργα ἰδέσθαι,
Καὶ τεῖχος διθάλασσον ὑπ' ἀέρος ἐν κονίῃσι
Συρόμενον ποταμηδὸν ἐπ' ἰχθυόεντι κολύμβῳ.
Ἑλλήσποντε τάλαν, ζεύξει ποτέ σ' Ἀσσυρίων παῖς.
Εἰς σὲ μάχη Θρηκῶν, καί σου σθένος ἐξαλαπάξει.
Τήν τε Μακηδονίην βασιλεὺς Αἰγύπτιος αἱρεῖ.
Καὶ κλίμα βαρβαρικὸν ῥίψει σθένος ἡγεμονήων.
Λυδοὶ καὶ Γαλάται, Παμφύλιοι ἐν Πισίδῃσι
Πανδημεὶ κρατέουσι κακὴν ἔριν ὁπλισθέντες.
Ἰταλίη τριτάλαινα, μενεῖς πανέρημος, ἄκλαυστος,
Ἐν γαίῃ θαλερῇ, ὀλοὸν δάκος ἐξαπολέσθαι.

320. Tripolitani ad Mæandrum a Plinio memorantur, lib. V, § 30, qui eos Lydiæ accenset; Ptolemæus et Stephanus, Cariæ.

321. L. ὑπ' ἠϊόνα. Edd. cum B. ut nos. Deinde Ops. e conj. πληρωθεῖσα, solœce cum dativo: an vere tamen?

322. Edd. et codd. Θεοῖο ποθήιτε πρόνοια, ubi B. προνοία, accentu malo. Nos correximus. Legendum tamen videtur ἠδὲ πρόνοια.

323. Φοίβου τὴν γείτονα χώραν. Miletum intellige, ob vicinum Apollinis Didymæi templum, quod in Branchidis vulgo dicebatur, Milesiorum munificentia port Persica bella instauratum. Fuit urbs non religionibus modo, sed artium ac præsertim philosophiæ studiis clara, eaque summos philosophos peperit Thaletem, Anaximandrum, Anaximenem, alios, quo respiciunt versus seqq.

325. Pr. et Cast. αὐδήν. Ops. et codd. αὐδήν. Nos correximus.

327. B. χθονί non habet.

328. Edd. et codd. ἐπιδῶμεν: nos correximus. Hic sane minime se dissimulat auctor Judæus.

329. Edd. et codd. ἔγνω θεός: sed confer not. seq.

330. Pr. et Cast. θεόν, ubi Ops. e conj. τεόν, quod firmant codd. Scribendum ergo fuit, ut scripsimus, priore versu ἔγνως, non ἔγνω.

331. Post προσέχειν supple αὐτούς vel ἀνθρώπους, *ut homines scilicet attendant quantum Deus Judææ tribuerit.* Malebat Ops. προέχειν, sine causa.

333. Murus ille est quo Miltiades, Cypseli filius, Chersonesi Thraciæ aditum intercepit, teste in primis Herodoto, lib.

Nec minus, ô Tripolis, Mæandri ad fluminis undas,
Obruta petrosam nocturnis fluctibus oram,
Occumbes penitus, vi consilioque Tonantis.
Ne mihi sit Phœbo vicinæ insidere terræ!
Uret enim mollem Miletum ex æthere turbo,
Nequicquam Phœbi fallacia dicta secutam,
Prudentumque artes hominum, curasque sagaces.
Parce, ô omnipotens, telluri parce feraci,
Judææ magnæ, nobis ut sancta patescant
Consilii decreta tui. Quippe hanc tibi primam
Legisti sedem, mortales ut tua noscant
Regna, tuo semper florentem numine terram.
Infelix aveo spectare negotia Thracum,
Et murum bimarem cum turbine pulverulento
Piscosas per aquas abreptum, fluminis instar.
Te puer Assyrius devinciet, Hellesponte:
Te viresque tuas perdet pugna aspera Thracum.
Rexque Macedonios Ægyptius opprimet olim,
Vimque ducum valido incursu gens barbara franget.
Pamphyli et Pisidæ, Lydi Galatæque cruentis
Dissidiis totas mittent in prælia gentes.
Italia infelix, vacua atque infleta manebis,
Terra diu florens, nunc tristi perdita fato.

VI, § 36. Ad eumdem referri debent e versu priore ἔργα Θρακῶν: structum enim fuisse, ut Atheniensium jussu, ita Thracum manibus, probabile est.

334. Pr. σύρῳ μέν. A. B. σύρω μέν. Ceteri edd. atque L. ut nos.

335. Pr. ἐλλ. τάλαινα ζεύξεις ἀσσ. παῖς. Cast. et Ops. cum B. item, nisi quod ζεύξει σ' habent. Codex Antimachi, ξάσει σ'. L. ἑλλ. τάλαιναν ζεύξει ποτὲ ασσ. π. unde lectio nostra. De Xerxe agi manifestum est, qui non male post Miltiadem adducitur.

336. Pergit auctor de Hellesponto loqui, cujus urbes validissimas a Thracibus occupandas canit: an a Lysimacho, Thraciæ rege, paulo post Alexandri Magni tempora?

337. L. μακεδονίην. Edd. cum B. Μακηδονίην, et in fine αἱρεῖ, ubi nos αἵρει cum L. prætulimus. Videtur autem significari Ptolemæus Ceraunus, Soteris filius, qui, occiso Seleuco, Macedoniæ regno potitus est, anno ante Chr. 280.

338. Κλίμα βαρβαρικόν regiones vocat a Barbaris habitatas, Scythiam præsertim, quam cœli solique sui natura multos præstantes exercitus attrivisse constat: quo tamen potissimum respiciat Noster, incertum est.

339. Edd. et codd. Πισίδεσσι: nos correximus. Diu tamen legendum credideramus Πάμφυλοι σὺν Πισίδῃσι: sed Pamphyli dicuntur a Nostro plerumque Παμφύλιοι, etsi correpta sæpius secunda syllaba. Quis hic minoris Asiæ tumultus innuatur, ne quære: gratis enim hæc prædici videntur, sicut non absimilia, lib. III, v. 509, sq.

342. Edd. et A. B. δάπος, tanquam pro

Ἔσται δ' αἰθέριον ἀνὰ οὐρανὸν εὐρὺν ὕπερθεν
Βροντηδὸν κελάδημα, Θεοῦ φωνὴν ἐπακοῦσαι.
Ἠελίου δ' αὐτοῦ φλόγες ἄφθιτοι οὐκέτ' ἔσονται,
Οὐδὲ σεληναίης λαμπρὸν φάος ἔσσεται αὖθις,
Ὑστατίῳ καιρῷ, ὁπόταν Θεὸς ἡγεμονεύσῃ.
Πάντα μελανθείη· σκοτίη δ' ἔσται κατὰ γαῖαν,
Καὶ τυφλοὶ μέροπες, θῆρές τε κακοὶ, καὶ ὀϊζύς.
Ἔσσεται ἦμαρ ἐκεῖνο χρόνον πολὺν, ὥστε νοῆσαι
Αὐτὸν ἄνακτα Θεὸν πανεπίσκοπον οὐρανόθι πρό.
Αὐτὸς δυσμενέας δ' ἄνδρας τότε οὐκ ἐλεήσει,
Ἀρνῶν, ἠδ' οἴων, μόσχων τ' ἀγέλας ἐριμύκων
Ἐκθυσιάζοντας, μόσχων μεγάλων κεροχρύσων,
Ἀψύχοις θ' Ἑρμαῖς καὶ τοῖς λιθίνοισι θεοῖσιν.
Ἡγείσθω δὲ θέμις σοφίης καὶ δόξα δικαίων,
Μήποτε θυμωθεὶς Θεὸς ἄφθιτος ἐξαπολέσσῃ.
Δεῖ στέργειν γενετῆρα Θεὸν, σοφὸν, αἰὲν ἐόντα,
Μὴ γένος ἀνθρώπων βιότου καὶ πάντας ὀλέσσῃ.
Ἔσσεται ὑστατίῳ καιρῷ περὶ τέρμα σελήνης
Κοσμομανὴς πόλεμος καὶ ἐπίκλοπος ἐν δολότητι.
Ἥξει δ' ἐκ περάτων γαίης μητροκτόνος ἀνὴρ,
Φεύγων, ἠδὲ νόῳ ὀξύστομα μερμηρίζων,
Ὃς πᾶσαν γαῖαν καθελεῖ, καὶ πάντα κρατήσει,
Πάντων τ' ἀνθρώπων φρονιμώτερα πάντα νοήσει,
Ἧς χάριν ὤλετό τ' αὐτὸς, ἑλεῖ ταύτην παραχρῆμα,

δάπεδον, barbare : sed L. diserte δάκος, ut nos, scilicet *monstrum, feram immanem*. In hoc hemistichio supplendum ὥστε, vel infinitivus cum μενεῖς construendus est.

343. Edd cum A.B. ἔσται δ' αἰθέρος οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν, versu claudo. L. ἔσται δ' αἰθέριον οὐρανοῦ εὐρὺ ὕπερθεν, unde nos versum refecimus. Simile est apud Hesiodum Theog. v. 839, sq. : Σκληρὸν δ' ἐβρόντησε καὶ ὄβριμον, ἀμφὶ δὲ γαῖα Σμερδαλέον κονάβησε καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν. Quæ sequuntur, ad extremas mundi calamitates spectantia, partim e prophetis, partim ex Evangeliis desumpta sunt : confer et libros priores.

345. Edd. cum A. B. ἄθικτ'. L. ἄφθιτοι, ut nos.

346. A. in fine, αὖτις.

348. Edd. et L. μελαιναίη. B. μελαναίη. Nos correximus. Deinde edd. cum A. B. σκοτιή, ubi nos cum L. σκοτίη.

349. L. τε non habet.

350. Confer supra, v. 65, sq.

352. L. αὐτόν· δυσμενέας ἄνδρας τότε δ' οὐκ ἐλεήσει.

353. Pr. ἐριμήκων.

354. L. ἐκθυσιάζοντες. B. ἐκθυσιάζοντα. Edd. ut nos.

355. Pr. et Cast. cum codd. ὁρμαῖς : correxit Ops.

356. Pr. et Cast. ἡγείστω δέ. L. ἡγεί δέ. Correxit Ops. annuente B.

357. Pr. et Cast. cum B. ἐξαπολέσῃς. A. ἐξαπολέσει, cui superscriptum ἐξαπολέσσῃ. Ops. et L. ut nos. Lactantius de

Ast ingens supra cæli convexa sonabit
Vox tonitrus, vocem ut credas audire Tonantis.
Ac neque jam solis flamma incorrupta micabit,
Nec face nocturna lucebit amabile sidus,
Quum Deus extremo regnabit tempore; sed tum
Omnia per terras caligo spissa tenebit,
Atque hominum cæci gemitus, plangorque ferarum.
Longa quidem, longa illa dies, ut sentiat ipse
Rex Deus, ex alto qui prospicit omnia cælo.
Nec vero tunc ille suos miserabitur hostes,
Frustra ovium agnorumque greges vitulosque cruentis
Dum mactant aris, vitulos aurata gerentes
Cornua, diis animæ vacuis et inanibus Hermis.
At vobis, justi, fas et sapientia præsint,
Ne Deus æternus merita vos opprimat ira,
Neve genus, quantum est, hominum miserabile perdat.
Hunc colite æternum, sanctum, rerumque parentem.
Tempus ad extremum et lunæ jam fine sub ipso,
Bellum ingens, totoque dolus grassabitur orbe.
Terrarum veniet longinquo e cardine matris
Occisor, fugiens sese curasque sequaces:
Omnes qui terras vastabit, et omnia subdet,
Mortales inter cautissimus unus; et ipsam,
Qua cecidit quondam, victor quum ceperit urbem,

Ira Dei, cap. 23, hunc et duos seqq. citat, sed inverso ordine, sic: Μήποτε θυμ. Θ. ἄφθ. ἐξαπολέσσῃ Πᾶν γένος ἀνθρ. βίοτον καὶ φῦλον ἀναιδές, Δεῖ στέργειν γ. Θ. Lactantium Opsopœus; nos cum Pr. et Cast. Sibyllinos sequimur codices.

359. Edd. et codd. βίοτον.

360. Περὶ τέρμα σελήνης de fine mundi, sicut infra ἠελίου τέρμα, v. 475, sq. Duo tamen quasi gradus immensæ illius calamitatis designari videntur, ut primo luna, post aliquanto tempore sol ipse defecturus sit.

361. Prior pars versus recurret infra, v. 461.

362. En tibi rursus Neronis e Parthia reditus, toties prædictus in Sibyllinis: confer supra, v. 34, not. Sed hunc locum manifesto legerat Lactantius, quum ait de Mort. Persec. cap. 2: « Unde illum « quidam deliri credunt esse translatum « ac vivum reservatum, Sibylla dicente « Matricidam profugum a finibus esse « venturum. »

363. Edd. et codd. φεύγων ἠδὲ νόον, ὀξὺ στόμα μ. ubi tamen in B. pro νόον legitur νόων. Nos correximus.

365. L. πάντων ἀνθρ. sine copula. Mirum hoc sane Neronis elogium; sed vel hinc discas quam fuerit popularis ejus fama, confirmantibus historicis. Simile quiddam supra, v. 219, sq.

366. L. cum A. ὤλετ' αὐτός, ubi B. editis favet. Deinde Cast. et Ops. divise τ' αὐτήν, ubi Pr. et codd. stant a nobis. De urbe Roma versum hunc accipe

Ἄνδρας τ' ἐξολέσει πολλοὺς, μεγάλους τε τυράννους,
Πάντας τ' ἐμπρήσει, ὡς δήποτε ἄλλος ἐποίει,
Τοὺς δ' αὖ πεπτηῶτας ἀνορθώσει διὰ ζῆλον.
Ἔσται δ' ἐκ δυσμῶν πόλεμος πολὺς ἀνθρώποισι·
Ῥεύσει δ' αἵματος ὄχθος ἕως ποταμῶν βαθυδίνων·
Τοῖς τε Μακηδονίης στάξει χόλος ἐν πεδίοισι
Συμμαχίην [τῷ γ'] ἐκ δυσμῶν, [βασιλεῦσι] δ' ὄλεθρον.
Καὶ τότε χειμερίη πνοιὴ πνεύσει κατὰ γαῖαν,
Καὶ πεδίον πολέμοιο κακοῦ πλησθήσεται αὖθις.
Πῦρ γὰρ ἀπ' οὐρανίων δαπέδων βρέξει μερόπεσσι,
Πῦρ καὶ αἷμα, ὕδωρ, πρηστὴρ, γνόφος, οὐρανίη νὺξ,
Καὶ φθίσις ἐν πολέμῳ, καὶ ἐπὶ σφαγῇσιν ὁμίχλη·
Πάντας ὁμοῦ τ' ὀλέσει βασιλεῖς, καὶ τοὺς τότ' ἀρίστους.
Εἶθ' οὕτως πολέμοιο πεπαύσεται οἰκτρὸς ὄλεθρος.
Κουκέτι τις ξίφεσι πτολεμίξεται, οὐδὲ σιδήρῳ,
Οὐδ' αὐτοῖς βελέεσσιν, ἃ μὴ θέμις ἔσσεται αὖθις.
Εἰρήνην δ' ἕξει λαὸς σοφὸς, ὅσπερ ἐλείφθη,
Πειραθεὶς κακότητος, ἵν' ὕστερον εὐφρανθείη.
Μητρολέται, παύσασθε θράσους τόλμης τε κακούργου,
Οἳ τὸ πάλαι παίδων κοίτην ἐπορίζετ' ἀνάγνως,
Καὶ τέγεσι πόρνας ἐστήσατε, τὰς πάλαι ἁγνὰς,
Ὕβρεσι, καὶ κολάσει, κἀσχημοσύνῃ πολυμόχθῳ.

367. A. ἄνδρας τ' ἐξολέσει, ὡς δήποτε ἄλλος ἐποίει, omissis intermediis.

368. L. πάντας ἐμπρ. sine copula, et δήποτ' ἄλλος. Edd. et A. B. δήποτε ἄλλος, ubi nos μήποτε suspicamur legendum.

370. Nero, Roma domita, rursus ab Occidente (confer supra v. 103) proficiscetur, in Macedonia totoque orbe terrarum cum æmulis regibus bella gesturus. Inde tumultus horrendi stragesque immanes, labante simul rerum natura, perturbatisque elementis, donec cum ipso Nerone conciderit bellorum furor, justique, id est, Judæi seu Christiani, sera tandem pace conquiescant. Horum pleraque e libris sacris collecta Noster ad suum sensum adaptavit.

371. Edd. et A. B. αἷμα τά τ' ὄχθου, ubi Cast. in margine κατά suspicatus est. Nos codicem L. sequimur. Αἵματος ὄχθος poetice dicitur, ut apud Virgilium « aquæ mons. » Pro βαθυδίνων habet L. βαθυδινῶν a recto βαθυδίνης.

372. Hic et sequens versus in edd. et codd. plane corrupti sunt: nam prioris initio Pr. et Cast. cum A. B. τήν τε præferunt, ubi Ops. e Cast. conj. τῆς τε, nos cum L. τοῖς τε. Deinde A. L. μακεδονίης, B. cum edd. μακηδονίης. Omnes στάξει, quod videndum an stare possit. In sequente versu, ubi nos τῷ γ' e conjectura scripsimus, habent δῶδ' omnes, sed L. δώσουσιν, et in fine omnes βασιλεῖ δέ, præter L. in quo δ' eliditur. Vulgatum ergo erat: Τῆς τε Μακηδονίης στάξει χόλος ἐν πεδίοισι Συμμαχίην δῶδ' ἐκ δυσμῶν, βασιλεῖ δὲ ὄλεθρον. Ex his vero sanum sensum elicere nemo poterat. Nos locum desperatum utcumque refecimus. Neronem enim regibus ceteris superiorem futurum, conjicere est, quum e versu 367, tum ex iis quæ prædicta sunt v. 103, sqq. Ibi enim non in Macedonia, sed in Judæa periturus canitur, dum sanctam urbem

Interimet multosque viros, magnosque tyrannos,
Atque illos flammis, atrox, ut nemo, cremabit;
Ast alios rursum delapsos eriget ultor.
Tunc et ab occasu belli desæviet æstus,
Inque amnes rapidos cadet ingens sanguinis agger,
Quando Macedoniæ furor exsudabit in agris
Auxilium que duci Hesperio clademque tyrannis.
Terra sed hiberno perflabitur arida flatu,
Rursus et undabit belli cruor omnibus arvis.
Ignis enim pluet in terras ex æthere summo,
Ignis, aqua et sanguis, fulmen, noctisque tenebræ,
Et belli furor, et tetra in caligine cædes.
Tum reges omnes, et clarus quisque, peribunt,
Donec atrox belli capiat discordia finem;
Nec quisquam gladiis aut ferro bella movebit
Præterea, telis nec fas erit amplius uti;
Sed populus sapiens, fuerit quicumque superstes,
Pacem lætus aget, mala passus, ut et bona norit.
   Carnifices matrum, fastus cohibete superbos,
Audacesque manus: pueros qui turpibus olim
Fœdastis gremiis, castasque in lustra puellas
Egistis, vili prædam et ludibria vulgo.

obsidebit, idque non regum fœderatorum viribus, sed Messiæ adventu immissisque divinitus auxiliis. Quare hoc loco βασιλεῦσι, non βασιλεῖ sinistrum portendi fatum credidimus: cetera conjiciendo ægre sumus assecuti, nec tamen displicet quod attulimus. Sane χόλος de ira Dei accipiendum videtur, per quam victor evasurus sit Antichristus.

374. L. πνοή.

375. Pr. et Cast. cum codd. αὐτῆς. Ops. e conj. αὖτις. Nos αὖθις potius. Confer infra, v. 382.

376. Fient hæc adveniente Messia, cujus nullam hoc loco mentionem inveniri jure miretur aliquis: sed quæ hic desunt, suppleri possunt e loco simili supra, v. 105, sqq.

378. Melius, metri causa, σφαγίησι, quod Sibyllæ non inusitatum. In fine Pr. et Cast. ὁμίχλης, ubi Ops. et L. ὁμίχλη.

379. Idem versus de eadem re, supra, v. 108.

381. A. ξίφεσιν. Deinde Pr. πολεμίζεται, ubi ceteri edd. cum B. πτολεμίζεται. L. πολεμίξεται, fere ut nos.

382. Ops. et A. αὖτις. L. αὐτοῖς. Pr. et Cast. cum B. αὖθις, ut nos. Permiscentur sæpissime in codd. αὖτις et αὖθις, quorum prius in A. fere solum est.

383. Λαὸς σοφός, id est, qui alibi sæpe εὐσεβεῖς vocantur, Judæi seu Christiani: confer nos supra, ad v. 370.

384. Edd. cum B. κακότητα. L. ut nos, κακότητος: sed ibi ἥν legitur pro ἵν', absurde.

386. Edd. cum B. ἐμπορίζετε. A. L. ut nos. Sed videndum an satius sit ἐνυβρίζετ'.

387. Edd. cum B. τέγεσιν. L. τέγεσι, ut nos.

388. L. καὶ ἀσχημοσύνη.

Ἐν σοὶ γὰρ μήτηρ τέκνῳ ἀθέμιστος ἐμίγη,
Καὶ θυγάτηρ γενετῆρι ἑῷ συζεύξατο νύμφη.
Ἐν σοὶ καὶ βασιλεῖς στόμα δύσμορον ἐξεμίηναν.
Ἐν σοὶ καὶ κτηνῶν εὗρον κοίτην κακοὶ ἄνδρες.
Σίγησον, πανόδυρτε κακὴ πόλι, κῶμον ἔχουσα.
Οὐκέτι γὰρ παρὰ σεῖο τὸ τῆς φιλοθρέμμονος ὕλης
Παρθενικαὶ κοῦραι πῦρ ἔνθεον εὑρήσουσιν.
Ἔσβεσται παρὰ σεῖο πάλαι πεποθημένος οἶκος,
Ἡνίκα δεύτερον εἶδον ἐγὼ ῥιπτούμενον οἶκον
Πρηνηδὸν, πυρὶ τεγγόμενον διὰ χειρὸς ἀνάγνου,
Οἶκον ἀεὶ θάλλοντα, Θεοῦ τηρήμονα ναὸν,
Ἐξ ἁγίων γεγαῶτα, καὶ ἄφθιτον αἰὲν ἐόντα,
Ἐκ ψυχῆς ἐλπιζόμενον καὶ σώματος αὐτοῦ.
Οὐ γὰρ ἀκηδέστως αἰνεῖ Θεὸν ἐξ ἀφανοῦς γῆς,
Οὐδὲ πέτρην ποίησε σοφὸς τέκτων παρὰ τούτοις,
Οὐ χρυσὸν κόσμου ἀπάτην ψυχῶν τ' ἐσεβάσθη·
Ἀλλὰ μέγαν γενετῆρα Θεὸν πάντων θεοπνεύστων
Ἐν θυσίαις ἐγέραιρον καὶ ἁγίαις ἑκατόμβαις.
Νῦν δέ τις ἐξαναβὰς ἀφανὴς βασιλεὺς καὶ ἄναγνος
Ταύτην ἔῤῥιψεν καὶ ἀνοικοδόμητον ἀφῆκε,
Σὺν πλήθει μεγάλῳ καὶ ἀνδράσι κυδαλίμοισιν.
Αὐτὸς δ' ὤλετο χέρσον ἐπ' ἀθανάτην ἐπιβὰς γῆν·
Κοὐκέτι σῆμα τοιοῦτον ἐπ' ἀνθρώποισι τέτυκτο,
Ὥστε δοκεῖν ἑτέρους μεγάλην πόλιν ἐξαλαπάξαι.
Ἦλθε γὰρ οὐρανίων νώτων ἀνὴρ μακαρίτης,
Σκῆπτρον ἔχων ἐν χερσὶν, ὅ οἱ Θεὸς ἐγγυάλιξε,

389. Pr. et Cast. cum codd. τέκνῳ ἀθεμίστως μίγη. Ops. e conj. τέκνῳ μίγη ἀθεμίστως. Nos minus a codicum lectione distamus. In ἐμίγη autem, ut in μίγη, literam ancipitem produci patitur Sibyllæ usus.

391. Pr. et Cast. ἐξαίμηναν. B. ἐξαίμιναν. L. ἐξέμηναν. Correxit Ops. e Cast. conj.

394. Pr. et Cast. cum B. παρὰ σοῖο τὴν τῆς φ. ὕ. A. item, sed παρὰ σοῦ. Ops. item, sed παρὰ σεῖο. L. παρασείο τῆς φ. ὕ. Nos Castalionis conjecturam secuti sumus, etsi offendit παρὰ σεῖο pro παρὰ σοί positum, non, ut v. 396, pro παρὰ σοῦ. Mallemus profecto παρὰ σοὶ ἐκ τῆς vel ἀπὸ τῆς, si liceret.

395. Fuerunt qui hunc versum de Vestæ templo acciperent, quod exarsit Commodi temporibus, anno fere post Christ. 191, teste Herodn. I, § 45, sicut ante arserat sub Nerone, ann. 64, Tacit. Annal. XV, § 41. Sed hæc ab auctoris mente procul abfuisse, testantur sequentia. Cladis quippe Romano imperio imminentis causam affert, quæ sæpe jam in Sibyllinis allata est, factam a Romanis templi Hierosolymitani eversionem, secundam illam et ultimam. Templum vero πεποθημένος οἶκος dicitur, sicut Judæa ipsa

In te quippe parens nato commixta, suoque
Filia nupta patri. Reges os turpe nefanda
Polluerunt venere, et pecudum placuere scelesti
Concubitus. Heu! flebilis urbs, heu! cantibus olim
Plena, sile, nullas posthac habitura choreas.
Non tibi jam sacrum lignis felicibus ignem
Virgineæ pascent intra penetralia curæ.
Exstinctæ tibi sunt aræ, quas rite fovebas,
Tum, quum præcipitem flammis superantibus ædem
Impuris iterum manibus procumbere vidi,
Ædem perpetuo florentem numine, templum
A sanctis positum, quin et sine fine futurum
Ex animo quondam speratum et corpore toto.
Quippe nec illa sacris figlinum numen adorat
Gens pia, nec lapidem sculptoris ab arte recentem,
Aut aurum, aut quidquid mortalia pectora fallit.
Sed qui cælestis vitam pater omnibus afflat,
Hunc unum coluere sacris purisque hecatombis.
At nunc exsurgens illam rex impius ædem
Vi subita prostravit, inexstructamque reliquit,
Agmine stipatus multo ducibusque superbis:
Qui tamen æternam vix terram ingressus obivit;
Nec tale exstiterat signum mortalibus unquam,
Ne quis divinam vellet popularier urbem.
Venit enim cæli vir quidam ex arce beatus,
Sceptra gerens tradente Deo, et victricibus armis

μόνον πεποθημένον ἄνθος, supra, v. 290.

397. L. ἡνίκα δὲ δεύτ.

402. Male L. αἵ νεί pro αἰνεῖ.

403. Pr. et Cast. ποιῆσαι. Ops. et L. ποίησε, recte; sed L. pro σοφός habet θεός, ubi legendum fortasse θεόν.

404. Pr. cum A. B. κόσμον. Cast. emendavit. Deinde Ops. ἀπάτη, typorum vitio. L. οὐ χρ. καὶ κόσμον ἀπάτην.

405. Edd. cum B. θεῶν, ubi nos cum L. θεόν.

407. Neronem intellige, cujus auspiciis bellum adversus Judæos cœptum. Quanquam non ipse, sed Vespasianus terram fatalem ingressus est; sed de Nerone agi constat e sequentibus: confer infra, not. ad v. 410.

408. L. ἐξέρριψε.

410. Edd. cum B. ἀπ' ἀθανάτην. L. ἐπαθανάτην, una voce. Nos correximus. De Nerone autem hæc dici constat, cujus mors inceptum bellum brevi subsecuta est; nam Vespasianus et Titus victoriæ diu superfuerunt.

411. L. οὐκέτι.

413. L. νώτων γε ἀνήρ. De Messia venturo hæc accipe; nec obsint præterita verborum tempora, sicut apud prophetas sæpe, pro futuris posita.

414. Edd. et A. B. ἐγγυάλιξεν, ubi L

Καὶ πάντων ἐκράτησε καλῶς, πᾶσί τ' ἀπέδωκε
Τοῖς ἀγαθοῖς τὸν πλοῦτον, ὃν οἱ πρότεροι λάβον ἄνδρες.
Πάσας δ' ἐκ βάθρων εἷλεν πόλεις ἐν πυρὶ πολλῷ,
Καὶ δήμους ἔφλεξε βροτῶν τῶν πρόσθε κακούργων,
Καὶ πόλιν, ἣν ἐπόθησε Θεὸς, ταύτην ἐποίησε
Φαιδροτέραν ἄστρων τε καὶ ἡλίου ἠδὲ σελήνης,
Καὶ κόσμον κατέθηχ', ἅγιόν τε [νεών] ἐποίησεν
Ἔνσαρκον, καλὸν, περικαλλέα, ἠδ' ἔπλασε
Πολλοῖς ἐν σταδίοισι μέγαν καὶ ἀπείρονα πύργον
Αὐτῶν ἁπτόμενον νεφέων, καὶ πᾶσιν ὁρατὸν,
Ὥστε βλέπειν πάντας πιστοὺς πάντας τε δικαίους
Δόξαν ἀϊδίοιο Θεοῦ, πεποθημένον εἶδος.
Ἀντολίαι δύσιές τε Θεοῦ κλέος ἐξύμνησαν.
Οὐκέτι γὰρ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι τὰ δεινὰ,
Οὐδὲ γαμοκλοπίαι, καὶ παίδων κύπρις ἄθεσμος,
Οὐ φόνος, οὐδὲ κυδοιμὸς, ἔρις δ' ἐν πᾶσι δικαία.
Ὕστατος ἔσθ' ἁγίων καιρὸς, ὅτε ταῦτα περαίνει
Θεὸς ὑψιβρεμέτης, κτίστης ναοῖο μεγίστου.
   Αἲ αἴ σοι, Βαβυλὼν χρυσόθρονε, χρυσοπέδιλε,
Πουλυετὴς βασίλεια, μόνη κόσμοιο κρατοῦσα,
Ἡ τὸ πάλαι μεγάλη καὶ πάμπολις, οὐκέτι κείσῃ
Οὔρεσιν ἐν χρυσέοις καὶ νάμασιν Εὐφρήταο·
Στρωθήσῃ σεισμοῖο χρόνῳ. Πάρθοι δέ σε δεινοὶ
Πάντα κρατεῖν ἐποίησαν. Ἔχε στόμ' ἄφιμον, ἀνάγνη

nobiscum ἐγγύαλιξε: sed idem L. πατήρ pro θεός habet.

415. Edd. cum B. πᾶσίν τ'. L. πᾶσί τ' A. πᾶσιν ἀπέδωκε, sine τ'.

416. L. λαβόντες, ubi omnes λάβον.

417. L. εἷλε, ubi cæteri εἷλεν. Deinde omnes πόλεις, nisi sit, metri causa, πόλις, vel ionice, vel licenter scribendum.

418. L. τῶν omisit.

419. L. in fine ἐπόησε. Citat hunc et seq. versum Lactantius lib. VII, cap. 24, qui in medio versu, sicut in fine, legit ἐπόθησε, ac deinde αὐτήν pro ταύτην.

420. Lact. λαμπροτέραν ἄστρων καὶ ἡλίου, omisso τε.

421. Codex L. ἅγιον ποτ' ἐπόησεν. Pr. cum B. ἅγιόν τε ἐποίησεν. A. ἅγίον τ' ἐποίησεν. Addidit Cast. ναόν, e conj. ut videtur. Certe præstabat νεών, quod edidimus, uncis tamen inclusum. In fine volebat Ops. ποίησε, sine augmento.

422. Ἔνσαρκον intellige σωματικόν, *corporeum*, *verum*, non figurate et allegorice sumendum; ne dubites hæc ab auctore scripta, qui non modo millenarias sequeretur traditiones, sed eas crassiore et judaico sensu acciperet. In fine, Pr. et Cast. cum B. ἠδὲ πλάσε. Ops. ἠδὲ ἔπλασε. L. ἠδε πλασε, sine accentu, videlicet pro ἠδ' ἔπλασε, quæ nostra est lectio, media tamen syllaba male producta.

423. De stadiis illis, et omnino de urbis novæ mensuris, confer Apocal. cap. 16, v. 21. Ibi tamen nullum in urbe templum agnoscitur; sed Deus ipse pro templo esse dicitur, cap. 22: in quo Noster ab auctore sacro discedit.

Obvia quæque ruens. Hic protinus omnia justis
Restituit, quæcumque prius sibi rapta dolebant.
Ipse omnes rapidis addictas ignibus urbes
Et perversorum genus obruit omne virorum,
Dilectamque Deo sublimem condidit urbem,
Quæ sole et luna melius stellisque micaret.
Hanc miris ornare modis, ibi condere templum
Corporeum voluit, quo non præstantius ullum,
Et turrim stadiis immensam, fronte petentem
Nubila, conspicuam cunctis, ut nempe viderent
Arrectis omnes oculis justi atque fideles
Numinis æterni decus optatumque triumphum.
Ergo Dei laudes celebrant occasus et ortus.
Nam neque jam species mortalibus ulla malorum,
Nec vaga adulteria, aut pueris infesta libido,
Nec cædes rixæve graves; certare placebit
Justitiæ tantum studio. Tunc ultima sanctis
Tempora, quum dabit hæc magnæ rex conditor ædis.
Væ tibi, væ, Babylon ingens, soliumque pedesque
Aurea! Væ, regina diu dominata per orbem,
Urbs vetus et quondam sola urbs! non montibus aureis
Amplius, Euphratis molles residebis ad undas.
Quippe cades motu subito. Te fecerat atrox
Reginam Parthus. Sed nunc os comprime, fœda

426. Edd. ἀϊδίου. L. ut nos, ἀϊδίοιο. In δόξαν ultima licenter producitur.

428. Pr. et L. τά ante δεινά non habent. A. B. βροτοῖσιν δεινά, sine τά. Cast. et Ops. ut nos, e conj.

429. Sic apud Phocyl. v. 1: Μήτε γαμοκλοπέειν, μήτ' ἄρσενα κύπριν ὀρίνειν Plura Phocylidea lib. II, v. 56, sqq.

430. L. οὐ φθόνος. Bene monet Ops. ἔριν in bonam quoque partem accipi, ut ab Hesiodo, Opp. v. 24: Ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.

431. Pr. et Cast. cum codd. ὅτι αὐτὰ παραινεῖ: correxit Ops. e Cast. conj. Placebit alicui magis περανεῖ, etsi contra metrum: sed Sibylla aliter sentit.

432. Βαβυλών hic accipienda est non, ut supra, v. 156 et alibi, figurate pro Roma; sed ut lib. III, v. 303, sqq. quem locum adi, vero suo nomine pro Assyriæ quondam, postea Parthiæ metropoli; nam etsi regiæ urbis decus ad vicinam urbem Ctesiphonta translatum erat, Babylonis tamen fama nomenque supererant. Quæ autem portenduntur illi calamitates, partim e prophetis, partim ex ipsius poetæ ingenio desumptæ sunt.

436. Edd. Εὐφρήτοιο. B. εὐφήτοιο. L. εὐφράτοιο. Nos hic, ut alias apud Sibyllam, Εὐφρήταο. Aurei autem montes, οὔρεσιν ἐν χρυσοῖς, alludunt ad antiquæ Babylonis pensiles hortos et æquata cælo palatia.

437. Edd. et B. L. στρωθείση. A. τρωθείση. Nos correximus. Cladis hujus nulla exstat memoria.

438. Pr. et A. B. ἔχε στόμα φιμὸν ἀνάγκης, et sic L. nisi quod φημόν ibi scri-

Χαλδαίων γενεή· μήτ' εἴρεο, μηδὲ μερίμνα,
Πῶς Περσῶν ἄρξεις, ἢ πῶς Μήδων τε κρατήσεις.
Εἵνεκα γὰρ τῆς σῆς ἀρχῆς, ἧς ἔσχες, ὅμηρα
Εἰς Ῥώμην πέμψασα, καὶ Ἀσσίδι θητεύουσα,
Τοιγάρτοι καὐτὴ βασιλὶς φρονέουσ', ἐπὶ κρίσιν
Ἀδικιῶν ἥξεις, ὧν εἵνεκα λυγρὰ πέπονθας.
Δώσεις δ' ἀντὶ λόγων σκολιῶν πικρὸν λόγον ἐχθροῖς.
Ἔσται δ' ὑστατίῳ καιρῷ ξηρός ποτε πόντος,
Κοὐκέτι πλωτεύσουσιν ἐς Ἰταλίην ποτὲ νῆες,
Ἀσσὶς δ' ἡ μεγάλη τότε πάμφορος ἔσσεται ὕδωρ,
Καὶ Κρήτη πεδίον. Κύπρος δ' ἕξει μέγα πῆμα,
Καὶ Πάφος αἰάξει δεινὸν μόρον, ὥστε νοῆσαι
Καὶ Σαλαμῖνα πόλιν μεγάλην μέγα πῆμα παθοῦσαν·
Νῦν μὲν χέρσος, ἄκαρπος ἐπ' ἠόνος ἔσσεται αὖθις.
Ἀκρὶς δ' οὐκ ὀλίγη χθόνα Κύπριον ἐξολοθρεύσει.
Εἰς Τύρον, αἰνόμοροι μέροπες, κλαύσεσθε βλέποντες.
Φοινίκη, δεινός σε μένει χόλος, ἄχρι πεσεῖν σε
Πτῶμα κακὸν, σειρῆνες ὅπως κλαύσωνται ἀληθῶς.
Ἔσται δ' ἐν πέμπτῃ γενεῇ, ὅτ' ἐπαύσατ' ὄλεθρος
Αἰγύπτου, βασιλῆες ὅταν μιχθῶσιν ἀηδεῖς,
Παμφύλων γενεαὶ κεἰς Αἴγυπτον καθεδοῦνται,
Ἔν τε Μακηδονίῃ καὶ ἐν Ἀσσίδι καὶ [Λιβύεσσι]
Κοσμομανὴς πόλεμος, πολυαίματος ἐν κονίῃσιν,

ptum est. Cast. φιμὸν ἀνάγκη, fortasse pro ἀνάγκῃ. Ops. e conj. φιμὸν ἀνάγνη. Omnia sensu vacua. Nos e conj. locum restituimus.

439. L. μὴ τείρεο.

441. Edd. et codd. ἧς ἔσχεν, sine sensu: nos correximus. Ὅμηρα vero, non ὁμήρους poeta dixit, alexandrina dicendi forma, quæ apud Isaiam occurrit, et sæpe Machab. lib. I.

442. Edd. et codd. θητεύοντας, solemni in manuscriptis mendo, quod correximus. Asiæ autem, id est, Romanis Asiæ præsidibus, servitura canitur Parthorum superbia.

443. Edd. et codd. εἰς κρίσιν: legimus nos metri causa ἐπὶ κρίσιν, producta in κρίσιν prima syllaba, perinde ac si κρῖσιν scripsisset auctor.

444. Edd. et codd. omnes ἀττικῶν initio, et in fine λύτρα πέπονθας, præter A. qui πέπομφας habet. Nos e conj. versum restituimus. Nam in ἀδικιῶν priorem produci, Sibyllino mori non repugnat; confer lib. III, v. 61, et Exc. nostrum de Metrica Sibyll. Vulgare autem est λυγρὰ πέπονθας, sicut lib. XI, v. 281, λυγρὰ παθοῦσα.

445. Edd. cum B. et L. πικρὸν χόλον. A. ut nos, πικρὸν λόγον, quod jam olim conjeceramus.

446. Confer supra, v. 157, sq. Illic tamen de maris incendio ob stellæ cujusdam casum; hic de immani terræ motu agitur, quo totius Ægei maris undas in continentem Asiam refundendas canit poeta.

447. L. πλωτεύουσιν.

449. Edd. cum A. B. καὶ Κρήτης πεδίον. Sed L. κρήτη, bono sensu, ut insula,

Chaldææ soboles. Ne cura, neve require
Quo possis pacto Persas Medosve domare.
Nam regni causa, missis, quos mittere jussa es,
Obsidibus Romam, atque Asiæ famulata superbæ,
Judicium, sapiens olim regina, subibis
Criminibus dignum, et pœnas cum fenore solves,
Hostiles experta malis pro vocibus iras.
Arescent vero extremis maria ipsa diebus,
Itala nec velis tendent jam ad litora naves.
At pingues Asiæ campi vertentur in undas,
Et Creta in campum. Feret et fata aspera Cyprus,
Et Paphus infaustam sortem gemet, et Salamina
Ingentem videas urbem mala multa dolentem,
Cultus ager quoniam sterilis tunc fiet arena.
Cypria non paucæ vastabunt arva locustæ;
Conspectaque Tyro, mortales, flebitis, ægri.
Phœnice, gravis ecce tibi parat ira ruinam,
Exitium vere ut plorent sirenes acerbum.
At genere in quinto, clades Ægyptia postquam
Desierit, reges conflabunt fœdus iniqui,
Omnigenæque ruent Ægypti in viscera gentes,
Atque Macedoniæ, Libyæque Asiæque tremenda
Vis belli incumbet, terram sparsura cruore,

illa, quamvis montosa, superfusis aquis planities fiat.]

450. Edd. et L. ἀΐξει. Confer supra, v. 311 et 314. De Paphi quoque et Salaminis et totius Cypri insulæ cladibus alia sunt prædicta lib. IV, v. 125, sq.

453. Friget sane hic versus post reliquos: nam quid locustæ, si prius terra frugibus destituta fuerit? Sed videtur ex antiquo desumptus oraculo.

454. Minarum adversus Tyrum et Phœnicen pleni sunt prophetæ, præsertim Isaias, cap. 23; Ezechiel, cap. 26, sq.

455. B. δεινὸς μένει, omisso σε.

456. Non rara apud prophetas Sirenum mentio, unde huc adductæ sunt. Intellige non marina poetarum monstra, sed avium nocturnarum genus inruderibus ac sepulcris feralem quamdam næniam canentium. In sacris libris alii *struthiones* interpretati sunt, male; alii rectius *ululas*, etsi species ipsa incerta est. Confer Isaiam, cap. 13, v. 22, et cetera prophetarum loca.

457. A. ὅτε παύσετ'. At reliqui omnes ὅτ' ἐπαύσατ'. Scriptum videtur ὅτε pro ἐπειδή, *postquam*, ut intelligatur generatio regum quinta post Ptolemæum Philometorem, sub quo Ægyptus ab externis bellis requieverit, sicut prædictum est lib. III, v. 318. Sic devenimus ad Cleopatræ tempora, quibus et Ægyptus ab alienis gentibus occupata fuit, et civili Romanorum discordia tellus prope omnis conflagravit.

460. A. καὶ ἀσσίδι. In fine edd. et codd. Λυκίοισι, ubi nos e conj. Λιβύεσσι. Allusum enim videtur ad belli civilis reliquias in Africa compressas.

461. Edd. cum A. B. κοσμοχαρής. L.

Ὃν παύσει Ῥώμης βασιλεὺς δυσμῶν τε δυνάσται.
Χειμερίη ὁπόταν ῥιπὴ στάξῃ χιονώδης,
Πηγνυμένου μεγάλου ποταμοῦ λιμνῶν τε μεγίστων,
Εὐθὺς βάρβαρος ὄχλος ἐς Ἀσσίδα γαῖαν ὁδεύσει,
Καὶ Θρακῶν ὀλέσει δεινὸν γένος, ὡς ἀλαπαδνόν.
Καὶ τότε θυμοβόροι μέροπες κατέδουσι γονῆας,
Λιμῷ τειρόμενοι, καὶ ἐδέσματα λαιφάσσονται.
Πάντων δ' ἐκ μελάθρων θῆρες κατέδουσι τράπεζαν,
Αὐτοί τ', οἰωνοί τε βροτοὺς κατέδουσιν ἅπαντας.
Ὠκεανός τε κακῶν πλησθήσεται ἐκ ποταμοῖο
Αἱματόεις, σάρκας τε καὶ αἵματα τῶν ἀνοήτων·
Εἶθ' οὕτως ὀλιγηπελίη ἔσεται κατὰ γαῖαν,
Ὥστε νοεῖν ἀνδρῶν τ' ἀριθμὸν, μέτρον τε γυναικῶν.
Μυρία δ' οἰμώξει δεινὴ γενεὴ κατὰ τέρμα
Ἠελίου δύνοντος, ἵν' ἔμπαλι μηκέτ' ἀνέλθῃ,
Ὠκεανοῦ μείνας ἵν' ἐφ' ὕδασι βαπτισθείη·
Πολλῶν γὰρ μερόπων εἶδεν κακότητας ἀνάγνους.
Ἔσται δὲ σκοτόμαινα περὶ μέγαν οὐρανὸν αὐτὸν,
Ἀχλὺς δ' οὐκ ὀλίγη κόσμου πτύχας ἀμφικαλύψει.
Δεύτερον αὐτὰρ ἔπειτα Θεοῦ φάος ἡγεμονεύσει
Ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖσιν, ὅσοι Θεὸν ἐξύμνησαν.
Ἶσι, θεὰ τριτάλαινα, μενεῖς δ' ἐπὶ χεύμασι Νείλου
Μούνη, μαινὰς ἄτακτος, ἐπὶ ψαμάθοις Ἀχέροντος,
Κοὐκέτι σου μνεία γε μενεῖ κατὰ γαῖαν ἅπασαν.
Καὶ σὺ, Σέραπι, λίθοις ἐπικείμενε, πολλὰ μογήσεις·
Κείσῃ πτῶμα μέγιστον ἐν Αἰγύπτῳ τριταλαίνῃ.
Ὅσσοι δ' Αἰγύπτου πόθον ἤγαγον εἰς σὲ, ἅπαντες

κοσμοβαρής. Gallæi codex, κοσμομανής, ut nos; nec aliter supra, v. 361.

462. L. βασιλεῖς.

463. Nilum et Ægypti lacus glacie aliquando constrictum iri, mirum sane prodigium, quod sola fortasse mens poetæ excogitavit: sequentia quoque ex illius ingenio profecta sunt.

467. L. γονέας.

468. L. λαιφάσονται. B. φάσσονται, ubi recentiore manu superscriptum est λαιμάσσονται (sic) ἀντὶ τοῦ ἐσθίουσι.

469. L. θῆρες κατέδουσιν ἅπαντας, omisso sequenti versu.

473. Edd. ὀλίγη ποελιή. B. ὀλίγη πολιή. L. ὀλίγη πολιῆ. Sed A. ὀλιγη πελίη, nullo in ὀλιγη accentu, quod proxime ad verum accedit. Docet Cast. in margine aliter legi παριή, at quo sensu? Idem conjecerat ὀλίγη παυλή, quum παύλη vel potius παῦλα esset scribendum. Nos correximus: confer lib. VII, v. 63.

476. Pr. cum ἔμπαλιν. L. ἵν' ἔμπαλι μηκέτ' ἂν ἔλθη. Succurrit versus Virgilianus: « Impiaque æternam, etc. » Sed hic de ultimo solis die agitur, sicut lunæ finis prædictus erat supra, v. 360.

Quam repriment Romæ rex Hesperiique tyranni.
Post hæc, hibernis nivibus quum defluet aer,
Quum fluviusque ingens et maxima stagna rigescent,
Invadet trepidantem Asiam gens barbara, et ipsos
Opprimet immanes, ceu sint sine robore, Thracas.
Tunc homines miseri vescentur carne parentum,
Infandasque, premente fame, cogentur in escas;
Præbebitque feris mensam domus omnis, et uncæ
Discerpent volucres mortalia corpora passim;
Plenus et oceanus, fluvio affundente, malorum
Relliquias, carnes deglutiet atque cruorem.
Hinc defectu hominum tellus deserta jacebit,
Matronas ut jam possis numerare virosque.
Multa autem sub fine gemet deterrima proles,
Quum sol occiderit nunquam rediturus, et altum
Mersus in oceanum, radios exstinxerit undis,
Quippe malos hominum mores spectare perosus.
At cælum immensum nox circumfusa tenebit,
Obducetque cavos mundi gravis umbra recessus.
Hinc iterum præerit cælesti lumine sanctis
Fax divina viris, magnum qui numen adorant.
Isi, dea infelix, Nili remanebis ad amnem
Sola, furens mænas, siccis Acherontis arenis;
Fama nec ulla tui toto retinebitur orbe.
Tuque, Serapi, sedens in saxis multa dolebis,
Ægypto in misera, magna prostrate ruina;
Quique per Ægyptum tibi se addixere volentes,

478. L. οἶδε.

480. Edd. non in hujus versus fine, sed sequentis initio, post δεύτερον sensum dividunt: codex L. post utrumque distinxit: nos correximus.

481. Rursus hæc de Messia, lucem post tenebras reddituro: δεύτερον igitur idem est quod πάλιν, nec cum versu priore conjungendum.

482. De Judæis seu Christianis hunc versum accipe, et confer supra v. 266, sqq.

483. L. ἴση θεά. A. B. ἴσση θεά. Clemens Alexandrinus, Cohort ad Gr. p. 44, hunc locum citans, post μενεῖς copulam δ' omisit. Notanda autem sunt quæ hic memorantur de Isidis templo ad Nilum, nec procul ab Acheronte, sito, Memphi igitur vel prope Memphim, Pyramides versus. Cf. tamen supra, v. 54, sqq.

484. Clem. ἄναυδος, bene.

486. Clem. καὶ σὺ, Σάραπι, λίθους ἀργοὺς ἐπικείμενε πολλούς. Serapeum Alexandriæ dirutum postremo fuit anno Christi 391, Theodosii undecimo; cujus tamen ruina multo ante prædici potuit ab eo vate qui finem ethnici cultus et optaret et speraret.

Κλαύσονταί σε κακῶς· νοῦν [δ'] ἄφθιτον ἐν φρεσὶ θέντες,
Γνώσονταί σε τὸ μηδὲν, ὅσοι Θεὸν ἐξύμνησαν.
 Καί τις ἐρεῖ τῶν ἱερέων [λινόστολος] ἀνὴρ,
Δεῦτε Θεοῦ τέμενος καλὸν στήσωμεν ἀληθές·
Δεῦτε, τὸν ἐκ προγόνων δεινὸν νόμον ἀλλάξωμεν,
Τοῦ χάριν ἢ λιθίνοις ἢ ὀστρακίνοισι θεοῖσι
Πομπὰς καὶ τελετὰς ποιούμενοι οὐκ ἐνόησαν.
Στρέψωμεν ψυχὰς, Θεὸν ἄφθιτον ἐξυμνοῦντες,
Αὐτὸν τὸν γενετῆρα, τὸν ἀΐδιον γεγαῶτα,
Τὸν πρύτανιν πάντων, τὸν ἀληθέα, τὸν βασιλῆα,
Ψυχοτρόφον γενετῆρα, Θεὸν μέγαν, αἰὲν ἐόντα.
Καὶ τότ' ἐν Αἰγύπτῳ ναὸς μέγας ἔσσεται ἁγνὸς,
Κεὶς αὐτὸν θυσίας οἴσει λαὸς θεότευκτος.
Κείνοισι δώσει Θεὸς ἀφθίτως βιοτεύειν.
 Ἀλλ' ὅταν ἐκπρολιπόντες ἀναιδέα φῦλα Τριβαλλῶν
Αἰθίοπες [μέλλωσ' Αἰγύπτου γαῖαν] ἀροῦσθαι,
Ἄρξονται κακότητος, ἵν' ὕστερα πάντα γένηται.
Νηὸν γὰρ καθελοῦσι μέγαν Αἰγυπτιάδος γῆς.
Ἐν δὲ Θεὸς βρέξει κατὰ γῆς δεινὸν χόλον αὐτοῖς,
Ὥστ' ὀλέσαι πάντας τε κακοὺς πάντας τ' ἀνόμους τε.
Κοὐκέτι δὴ φειδώ τίς γ' ἔσσεται ἐν χθονὶ κείνῃ,
Ἀνθ' ὧν οὐκ ἐφύλαξαν ὅ μιν Θεὸς ἐγγυάλιξεν.
 Ἠελίου φαέθοντος ἐν ἀστράσιν εἶδον ἀπειλὴν,
Ἠδὲ σεληναίης δεινὸν χόλον ἐν στεροπῇσιν·

489. Edd. et codd. κλαύσονταί σε κακῶς, νοῦν ἄφθιτον ἐν φρεσὶ θέντες, ut sensus cum versu claudatur, contra auctoris mentem : correximus nos, addito δ' post νοῦν, e conj.

491. Edd. cum A. B. λινσόσσιος, absque sensu. L. λινσύσσιος, ac præterea ἱερῶν pro ἱερέων, male. Nos λινόστολος reposuimus, ductibus literarum fere iisdem, præeunte non sensu modo, sed et Castalione qui *amictus lino* vertit, et Struve, suppl. ad Schneid. lex. Agitur enim de sacerdote aliquo ex Ægyptiorum linigera turba, Ovid. Metam. I, 747 ; grege linigero, Juv. Sat. VI, 532 ; populares suos a falsorum numinum sacris ad veri Dei cultum traducente. Frustra plerique de Onia, Judæi pontificis filio, interpretati sunt : confer Exc. V.

494. Pr. et Cast. cum codd. χάρις : Ops. emendavit. Deinde A. οἱ λιθίνοις pro ἢ λιθ. Denique omnes καὶ ὄστρ. quod a nobis correctum est.

496. A. στέψωμεν.

499. Pr. cum A. B. τὸν ψυχοτρόφον. L. ψυχοτρ. τὸν γενετῆρα. Articulum delevit Cast. recte.

501. Pr. κεὶς αὖ τὰς θυσίας : ceteri ut nos. In fine, Pr. et Cast. cum A. B. θεότακτος, proponente tamen Castalione θεότευκτος, quod in textum recepit Ops. faventibus A. L.

502. Edd. et B. κείνοισιν. A. L. κείνοισι.

Flebunt te stolidi : contra nihil esse videbunt,
Qui sana sunt mente, Deum qui rite precantur.
   Atque aliquis tunc pontificum, cui linea vestis :
Huc agite, et veram supremi numinis ædem
Ponamus, dicet, majorum more relicto,
Saxea qui quondam aut testacea signa colebant,
Fictilibusque deis pompas et sacra ferebant.
Conversis animis nunc immortale precemur
Cælipotens numen, rerumque hominumque parentem,
Omnia qui nutu regit et super omnia regnat,
Omnia fecit alitque, unus pater et Deus unus.
Tunc ingens mediis Ægypti tractibus ædes
Surget : eo populus vero de numine cretus
Sacra feret : vitam dabit his Deus incorruptam.
   Sed quum, desertis, impura gente, Triballis,
Æthiopes venient Ægypto impingere aratrum,
Hi cladem incipient; mala dein extrema sequentur,
Ægypti magnam eruerint quum funditus ædem.
Nam Deus in terras immanem depluet iram,
Ut cuncti pereantque mali, pereantque nefandi :
Nec cuiquam deinceps terra parcetur in illa,
Dona quod æterni male servavere parentis.
   Solis in astra minas vidi flagrantis, et iram
Ardentis Lunæ rutili per fulgura cæli.

503. Pr. Cast. A. τρυβαλλῶν. B. τριβάλλων. L. τριβαλλῶν, rectius. Sed mireris sane Æthiopas e Triballorum regione, quæ Thraciæ continens fuit, adduci, nisi obscuram aliquam Æthiopum gentem isto nomine Ægyptiis innotuisse credas. Potuit tamen errare poeta, sicut ille qui lib. III, v. 320, Gog et Magog, septentrionales populos, in Æthiopia collocavit.

504. Edd. cum A. B. Αἰθίοπες μείνωσ' Αἴγυπτον ἐὴν τε ἀροῦσθαι. L. μείνωσιν et ἐὴν ἀροῦσθαι, sine τε. Nos locum sanavimus.

505. A. ἄρξοντα. Deindè L. ἵν' ὕστερον ἅπαντα γέν.

508. L. πάντας γε κακούς. In fine, Cast et Ops. ultimum τε omiserunt, quod in Pr. et L. legitur.

510. Pr. ἐφύλαξον. Cast. et Ops. cum A. B. ἐφύλαξαν. L. ἐφύλαξας.

511. Sequitur de astrorum conflictu sub extrema mundi tempora futuro fragmentum non minus poetica quam astrologica ambitione scriptum. Convenit hoc, forma et colore dicendi, cum iis quæ supra lecta sunt, v. 206, sqq. Sententiæ summa e prophetis sacrisque libris desumi potuit (confer Isai cap. 13, v. 10, 13; Ezech. cap. 32, v. 7, sq.; Joel, cap. 2, v. 10, et cap. 3, v. 15, sq.); sed indulsit sibi poetæ Alexandrini facundia, habentis Aratum ob oculos.

512. L. σεληναίας δ. χ. ἀστεροπῆσιν.

Ἄστρα μάχην ὤδινε· Θεὸς δ' ἐπέτρεψε μάχεσθαι.
Ἀντὶ γὰρ ἡελίου μακραὶ φλόγες ἐστασίαζον·
Φωσφόρος ἔσχε μάχην ἐπιβὰς ἐς νῶτα λέοντος·
Ἡ δὲ σεληναίης δίκερως [ἠλλάξατο ἴτυς]·
Αἰγόκερως ἔπληξε νέου ταύροιο τένοντα·
Ταῦρος δ' αἰγοκέρωτος ἀφήρπασε νόστιμον ἦμαρ·
Καὶ ζυγὸν ὠρίων ἀπενόσφισε μηκέτι μεῖναι·
Παρθένος ἐν κριῷ διδύμων ἠλλάξατο μοῖραν·
Πλειὰς δ' οὐκέτ' ἔφαινε· δράκων δ' ἠρνήσατο ζώνην·
Ἰχθύες εἰσεδύοντο κατὰ ζωστῆρα λέοντος·
Καρκίνος οὐκ ἐνέμεινεν, ἔδεισε γὰρ ὠρίωνα·
Σκορπίος οὐρὰν ἐπῆλθε διὰ δεινοῖο λέοντος·
Ἡ δὲ κύων ὤλισθεν ἀπὸ φλογὸς ἡελίοιο·
Ὑδροχόος δ' ἐπύρωσε μένος κρατεροῖο φαεινοῦ.
Ὦρτο μὲν οὐρανὸς αὐτὸς, ἕως ἐτίναξε μαχητάς·
Θυμωθεὶς δ' ἔῤῥιψε καταπρηνεῖς ἐπὶ γαῖαν.
Ῥίμφα μὲν οὖν πληγέντες ἐπ' ὠκεανοῖο λοετρὰ,
Ἧψαν γαῖαν ἅπασαν· ἔμεινε δ' ἀνάστερος αἰθήρ.

513. Edd. cum L. ἄστρα μάλ' ἦν, ubi B. μαλλήν. Correxit Ops. et jam μάχην conjecerat Cast.

515. Edd. cum B. ἔσχε μάχης. A. ut nos, ἔσχε μάχην. L. ἴσχε μάχην.

516. Edd. cum B. δίκερος. L. δίκαιρος. Nos correximus. Deinde omnes, ἠλλάξατ' δϊζύς, absurde, ubi tu fidenter nobiscum legas ἠλλάξατο ἴτυς, sive malis ἶτυς, metri causa, etsi prior syllaba in hac voce corripi solet. Quod si quem hiatus offendit, meminerit se in Sibyllinis versari. Confer Excursum de Metr. Sibyll.

517. Edd. cum A. B. αἰγόκερος, cui additur in A. particula δ': sed L. αἰγόκερως, ut nos, sine copula.

Sidera parturiunt pugnam; fit magna volente
Pugna Deo. Ardentes flammæ pro lumine Solis
Prælia discordes agitant. In terga Leonis
Lucifer insiliit. Mutavit Luna bicornis
Effigiem disci. Capricornus fortia Tauri
Colla furens ictu petiit, cui Taurus ademit
Spem reditus. Libram Orion statione removit;
Cum Geminis partes mutavit in Ariete Virgo;
Delituit Pleias; Zonam ferus abnuit Anguis;
Et trepidi Pisces cinctum subiere Leonis.
Nec mansit Cancer, quippe Oriona timebat;
Scorpius at caudam voluit subiisse Leonis;
Effugitque Canis flammato Solis ab æstu;
Luciferi rapidos accendit Aquarius ignes.
Ipsum surrexit Cælum, pugnantia donec
Agmina discutiens, stellas dejecit ab alto
Præcipites. Illæ Oceanum totamque cadentes
Terram incenderunt; mansit sine sidere cælum.

518. Edd. cum B. αἰγοκέρατος. A. L. ut nos.

523. Contra Σκορπίος, apud Aratum, v. 636, φοβέει μέγαν Ὠρίωνα: sed vel ex hoc versu intelligas fuisse nostro Aratea ob oculos.

525. L. ὠλίσθησε.

527. L. αὐτούς.

530. A. L. ῥίψαν pro ἧψαν, quod in edd. et B. legitur. Deinde ἀνάστερος αἰθήρ fortasse Lactantio in mente fuit scribenti, lib. VII, cap. 16, fore ut « cælum omne cæcum sine ullis luminibus appareat. » Sed de astris in fine rerum collapsuris, confer Evangelia, et ipsam Sibyllam lib. VIII, v. 190 et 204.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΕΚΤΟΣ.

Ἀθανάτου μέγαν υἱὸν ἀοίδιμον ἐκ φρενὸς αὐδῶ,
Ὧ θρόνον ὕψιστος γενέτης παρέδωκε λαβέσθαι,
Οὔπω γεννηθέντι· ἐπεὶ κατὰ σάρκα τὸ δισσὸν
Ἠγέρθη, προχοαῖς ἀπολουσάμενος ποταμοῖο
Ἰορδάνου, ὃς φέρεται γλαυκῷ ποδὶ κύματα σύρων·
Ὃς, πυρὸς ἐκφεύξας, πρῶτος [Θεοῦ ὄψεται ἡδὺ
Πνεῦμ' ἐπιγινόμενον] λευκαῖς πτερύγεσσι πελείης.
Ἀνθήσει δ' ἄνθος καθαρὸν, βρύσουσι δὲ πάντα.
Δείξει δ' ἀνθρώποισιν ὁδοὺς, δείξει δὲ κελεύθους

Tit. Titulus non variat. Edd. et A. in margine habent : Ἑτέρας εἶναι ταῦτα δοκεῖ. Lactantius quoque, Div. Inst. IV, cap. 15, post versus quosdam octavi libri a se citatos, alios ex hoc sexto proferens, ab « alia Sibylla » scriptos fatetur. Ac ne Sibyllæ quidem nomen assumpsit, quicumque demum auctor est hujus hymni potius quam vaticinii; sed ideo Sibyllinus habendus est liber, quod et Lactantii tempore ita jam fuerit habitus, et cum septimo libro, qui palam Sibyllinus est, arctissime cohæreat. Scriptum esse christiana manu non est dubium : an ab hæretico aliquo, Cerinthiano forsitan aut Ebionita, in notis et in Excursu V disquiremus. Totum pæne hunc instauravit Maius nova et insigni lectionis varietate in appendice ad librum XIV a se primum editum anno 1817, e codice Mediolanensi Ambrosiano, cujus nos lectionès, litera M. designandas, partim sequemur, partim indicabimus.

2. Confer lib. VII, v. 32.

3. Edd. et A. B. L. μήπου γεννηθέντος· ἐπεὶ διὰ σάρκα τὸ δισσόν, nisi quod L. ἐπὶ σάρκα sine διά contra metrum habet, fortasse librarii vitio. Sed M. longe aliter οὔπω γεννηθέντι, ἐπεὶ κατὰ σάρκα δοθεῖσαν, quam lectionem, excepta ultima voce, retinuimus. Et jam olim senserat Castalio μήπω vel οὔπω legendum esse, qui *nondum* vertit. Verbum γεννᾷν de Christi in terris incarnatione sumitur, ut γέννησις in præf. Anonym. quam vide supra, p. 4. not. 11.

4. Edd. cum A. L. προχόαῖς δ' ἀπολ. B item, sed τροχοαῖς, mendose. M. ut nos, nec sine causa : nam falsam hic doctrinam agnoscas hæreticorum bene multorum qui cum Cerintho et Ebione (apud Epiphan. hær. 28 et 30) Christum hominem natum, baptismi demum tempo-

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER SEXTUS.

Æterni magnum celebrant mea pectora natum,
Cui pater omnipotens solium concessit habendum,
Nondum progenito; natales carne secundos
Qui cepit, sacro postquam sese abluit amne
Jordani, cujus glauco pede labitur unda;
Qui, flamma effugiens, primus sibi dulce videbit
Flamen adesse Dei, candentis more columbæ.
Florebit flos purus; agent simul omnia germen.
Cælestes hominum generi callesque viasque

re, affuso Dei spiritu, divinam induisse naturam existimabant : confer infra, lib. VII, v. 70, sq.

5. L. κῦμα, non κύματα.

6, 7. Edd. et A. B. ἐκ πυρὸς ἐκ πρώτου πρῶτος θεὸς, ὅστε καὶ ἡδὺν Πνεύματι γινόμενον : nam quod Pr. ἐν πρώτου habet, typographo imputandum videtur. L. in versus fine, ὅτε ἡδύν sine καί, ceterum ab edd. non differens. Omnes sine sensu. Itaque nos olim conjeceramus : Ἐκ πατρὸς πρώτου πρῶτος θεὸς, ὡς καὶ ἀείδει Πνεῦμ' ἐπιγινόμενον, respicientes ad illam divinitus auditam vocem in Christi baptismo. Sed M. postea nos ad suam lectionem convertit, quæ sic habetur : Ὃς πυρὸς ἐκφεύξας πρῶτος Θεὸν ὄψεται ἡδὺν Πνεύματι γινόμενον, unde facile nostra lectio expeditur. Neque ulla jam de sensu controversia. Nam πῦρ illud respicit ad vulgatam antiquitus traditionem de fluvio ardere viso, quum Jesus baptizaretur; confer lib. VII, v. 85, ibique notam, et quæ ad hanc rem in Excursu V disseremus. Cetera, ut a nobis restituta sunt, plane conveniunt cum Matthæi verbis, cap. 3, v. 16, ubi videtur Jesus ipse Spiritum descendentem aspicere : Καὶ εἶδε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν. Est autem ἡδὺ πνεῦμα Sibyllistæ hoc loco prorsus idem quod Prooem. v. 5, γλυκὺ πνεῦμα. Columbæ colorem notat Fabricius e Sibylla fortasse desumptum esse a Lactantio, lib. IV, cap. 15 : « Et descendit super ipsum « Spiritus Dei formatus in speciem co- « lumbæ candidæ. »

8. Edd. cum A. B. L. βρύουσι δὲ πάντα ubi M. βρύσουσι δὲ πηγαί. Nos elegimus. Prius autem hemistichium citatur a Lactantio, lib. IV, cap. 13, quo monente

Οὐρανίους· πάντας δὲ σοφοῖς μύθοισι διδάξει.
Ἄξει δ' εἴς τε δίκην καὶ πείσει λαὸν ἀπεχθῆ,
Αἰνετὸν αὐχήσας πατρὸς γένος οὐρανίδαο.
Κύματα πεζεύσει, νούσους δ' ἀνδρῶν ἀπολύσει,
Στήσει τεθνηῶτας, ἀπώσεται ἄλγεα λυγρά·
Ἐκ δὲ μιῆς ῥίζης ἄρτου κόρος ἔσσεται ἀνδρῶν,
Οἶκος ὅταν Δαβὶδ φύῃ φυτόν· ἐν χερὶ δ' αὐτοῦ
Κόσμος ὅλος, καὶ γαῖα, καὶ οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα.
Ἀστράψει δ' ἐπὶ γῆς, οἷόν ποτε πρῶτα φανέντα
Εἶδον ἀπ' ἀλλήλων πλευρῶν δύο γεννηθέντες.
Ἔσσεται, ἡνίκα γαῖα χαρήσεται ἐλπίδι παιδός.
Σοὶ δὲ μόνῃ, Σοδομῖτι γαίη, κακὰ πήματα κεῖται.
Αὐτὴ γὰρ δύσφρων τὸν σὸν Θεὸν οὐκ ἐνόησας,
[Παίζοντα θνητοῖσι νοήμασιν]· ἀλλ' ἀπ' ἀκάνθης
Ἔστεψας στεφάνῳ, φοβερὴν δὲ χολὴν ἐκέρασσας

ἄνθος καθαρόν est ipse Christus, secundum illud Isaiæ, cap. 11, v. 1 : Καὶ ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης αὐτοῦ ἀναβήσεται.

11. Pro ἄξει, A. ὤξει, barbare. Pro πείσει, M. πιάσει, male. Pro ἀπεχθῆ, placeret magis ἀπειθῆ.

13. Pr. πεζεύσειε, νόσους. B. πεζεύσειε, νόσον. Cast. et Ops. ut nos, πεζεύσει, νούσους. Eligat lector. Male A. πεζεύσειε, νούσους. L. πεζεύσει, νόμους. M. πεζεύσειε νόμους. Lactantius autem, lib. IV, cap. 15, hunc et duo seqq. versus citans, ita scribit : Κύματα πεζεύσει, νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσει.

14. Edd. τεθνεότας, κἀπώσεται. B. et L. τεθνεῶτας, κἀπ. A. τεθνεῶτας cum ο superscripto. M. τεθνηῶτας, ἀποίσεται. Lactantius, ut nos : sed idem in fine versus πολλά vel πολλοῖς habet, ubi nos cum edd. et codd. λυγρά.

15. Edd. et codd. ἐκ δὲ μιῆς ῥίζης, nisi quod L. μιᾶς habet pro μιῆς. Et nos eam lectionem retinuimus. Suadet enim sequens versus fieri ejusdem ῥίζης mentionem, cujus apud Isaiam, loco supra cit. et vocis ἄρτου sensum esse allegorice sumendum de ipso Christo : confer lib. VII, v. 39, sq. Sed jam antiquissimis temporibus graviter affectus fuerat hic versus. Legit enim Lactantius ἐκ δὲ μιῆς πήρης (mendosius in codd. quibusdam πηγῆς), nec dubia lectio, quum vetus interpres ita vertat : « De unius perionis pane », et eodem referendum sit quod legitur apud ipsum Lact. eodem capite : « At illi quinque panes et duo pisces in « pera se habere dixerunt. » M. quoque scripturam eam confirmat, mendose quamvis ἐκ δὲ μιῆς σπείρης exhibens, manifesto pro πήρης. Atqui peræ istius nulla fit in sacris libris mentio : sed hausisse eam videtur Lactantius e corrupto Sibyllini carminis textu. An forte simile quid legebatur in Evangelio secundum Hebræos aut Ægyptios?

16. Confer lib. VII, v. 32 et 39.

18. M. ἐπὶ γῆν οἷόν ποτε πρῶτα φανέντος, et versu sequenti εἶδος pro εἶδον : sed A. B. L. cum edd. conspirant. Deum quoties patriarchis apparuisse in sanctis libris traditur, fuisse illam non Patris, sed Filii personam constans est apud antiquos theologos opinio : confer præcipue Justinum, Dial. cum Tryph. § 56, sqq. (p 150, sqq. ed. Paris. 1742). Filium igitur, id est Christum, Adamo et Evæ videndum se præbuisse credidit auctor, ut qui eos cum Deo collocutos non semel legisset in Genesi, cap. 2, v. 16; cap. 3, v. 8, etc.

19 M. εἶδος, ut jam diximus. Deinde

Monstrabit : simul hos sapienti voce docebit
Justitiam colere, et populum convertet iniquum,
Cælesti de patre genus sublime professus.
Per fluctus pedes ibit; et omnes sive dolores,
Seu morbos pellet; functos quoque funere solvet.
Ex una radice cibo satiabit opimo
Mortales, quum stirps crescet Davidica, cujus
In manibus cælum, tellus, mare, totus et orbis.
Terræ affulgebit, qualem videre priores,
Mutua qui junctis cepere exordia costis.
Tempus erit, quum spe tellus gaudebit alumni.
Te vero mala dura manent, Sodomitica tellus;
Numen quippe tuum cognoscere, vana, negasti,
Sensibus humanis ludentem. Quin et acutis
Cinxisti spinis caput, et lita felle dedisti

edd. et codd. omnes γεννηθέντα, quum sensus γεννηθέντες posceret : cf. not. pr.

20. Edd. A. B. L. ἔσται. M. ἔσσεται, ut nos. Ex hoc versu apparet eos, qui intimam Jesu cum Deo conjunctionem a baptismi temporibus inciperent, non tamen ab ejus nativitate et infantia omnem miraculosæ prædestinationis apparatum removisse. Confer lib. VIII, v. 475, sq.

21. Ops. γαίῃ, male, sed typorum fortasse vitio. M. σοὶ δὲ σοδομῆτι γαίη, omissa voce μόνη, sicut deinde L. κακὰ omisit. Notandum autem, quod terra Sodomitis vocetur Judæa erga Deum ingrata; referendumque forsan ad Matth. cap. 10, v. 15, et cap. 11, v. 23, sq.

22. Citat hunc et duo seqq. versus Lactantius lib. IV, cap. 18, in hoc a nostra lectione minime discedens, nisi quod apud eum codices quidam ἄφρων habent pro δύσφρων. Apud Sibyllam, L. δύσφρον, non male, ac deinde τὸν νόμον οὐκ ἐνόησας, hiante versu, ubi Pr. et Cast. cum A. B. τὸν σὸν νόμον, Ops. autem cum Lactantio, τὸν σὸν θεόν, favente codicis M. lectione, mendosa licet, τόσσον θεόν. Ac ne quis de vera apud Lactantium lectione dubitet, facit vetus apud eumdem interpretatio latina, etiam apud Augustinum obvia, qui eosdem versus e Lactantio latine attulit, de Civ. Dei, lib. XVIII, cap. 23.

23. Pr. et Cast. cum A. B. L. πταίοντα θνητοῖσι νοήμασιν. Ops. παίζοντ' ἐν θνητοῖσι νοήμασιν, e Lactantio, cujus tamen codices quidam παίζοντα legunt, omisso ἐν, ut apud nos. Nec dubia Lactantii lectio, quum vetus interpres ita vertat : « ludentem mortalibus cogitationibus, » sive ut alii codices ferunt : « illudentem « humanis mentibus », sive ut alii : « ludentem mortalium mentibus », quod postremum Augustino placuit. Sensus vix sane orthodoxus et a Docetarum falsa opinione parum remotus, tamen nec Lactantium nec Augustinum offendit. Longe alia codicis M. lectio, ἐλθόντα θνητοῖσιν ἐν ὄμμασιν, quæ quidem non displiceret, nisi ἐλθόντα nimis a πταίοντα vel παίζοντα discederet, et sensus ipse ab auctoris mente aliquantum distare videretur. Fuit quum cogitaremus : πταίοντα θνητοῖσιν ἐν ὄμμασιν; sed Lactantio interim adhærere certius est : qui tamen male in versus fine legit ἀλλὰ κ' ἀκάνθαις. Edd. et B. ἀλλ' ἐπ' ἀκάνθης. L. et A. diserte ut nos, ἀλλ' ἀπ' ἀκάνθης, idque verius.

24. Lactantius τε pro δέ habet, contra codicum fidem, et in fine cum edd et codd. ἐκέρασας : nos correximus.

Εἰς ὕϐριν καὶ [πῶμα]· τό σοι κακὰ πήματα τεύξει.
Ὦ ξύλον ὦ μακαριστὸν, ἐφ' ᾧ Θεὸς ἐξετανύσθη,
Οὐχ ἕξει σε χθὼν, ἀλλ' οὐρανὸν οἶκον ἐσόψει,
Ἡνίκα ἀστράψῃ τὸ νέον Θεοῦ ἔμπυρον ὄμμα.

25. Edd. cum A. B. et M. εἰς ὕϐριν καὶ πνεῦμα· τί σοι. L. aliter καὶ πνεύματός σοι. Nos e conj. locum restituimus, ut ὕϐριν καὶ πῶμα perinde dixerit poeta ac si ὑϐριστικὸν πῶμα legeretur. Confer lib. VIII, v. 303, et lib. I, v. 367.

26. L. ὦ μακαριστόν γ' ὦ ξύλον ᾧ θ. ἐξετανύσθη. Edd. cum B. prorsus ut nos, neque aliter codex M. In A. vox θεός omissa est, librarii incuria. Citat hunc versum Sozomenus bis, et semel quidem Hist. Tripart. § 18, nostris omnino verbis; iterum vero Hist. Eccl. lib. II, § 1, in hunc modum, ὦ ξύλον μακαριστὸν ἐφ' οὗ θ. ἐξ. sive alio codice usus, sive memoriæ nimium fidens; utroque loco Sibyllam auctorem citans. Nec dubium eo respicere versum Nazianzeni ad Nemesium, t. II, p. 144 : Σταυρὸν δὲ σέϐοι μέτροισι Σίϐυλλα. Habet hunc anonymus quoque recentior inter Anecdota Parisiensa jam a nobis citata ad lib. III, v. 137. De sensu duo sunt notanda : primum forma illa dicendi θεὸς ἐξετανύσθη, unde colligas auctori nostro, etsi minus orthodoxo, Christum vere Deum fuisse, saltem a baptismi ad mortis usque tempora; deinde illa crucis invocatio, unde discas quanta fuerit vel primis sæculis sacrosancti ligni veneratio, de qua etiam confer lib. VIII, v. 245, sqq. Meminerat jam Celsus apud Origen. VI, cap. 31 : Πανταχοῦ δ' ἐκεῖ τὸ τῆς ζωῆς ξύλον καὶ ἀνάστασις σαρκὸς ἀπὸ ξύλου, κ. τ. λ.

27. Pr. et Cast. οὐχ ἕξεις οὐ χθών, proponente Cast. ad marginem οὐχ ἕξει σε, quod nos cum Opsopœo recepimus.

Pocula, ludibrii pœnam passura nefandi.
O lignum felix, in quo Deus ipse pependit,
Non te terra feret, cæli sed templa videbis,
Quum renovata Dei facies ignita micabit.

B. οὐχ ἕξει σ' οὐ χθών. L. οὐχ ἕξεις οὐκέτι χθών. M. οὐχ ἕξεις ἐχθρόν.

28. Edd. prorsus ut nos. Sed A. ἀστράψει, cum η superscripto. B. τὸν νέον. L. ἡνίκα ἀστράψεις τὸ νέον θεοῦ ἔμπειρον ὄμμα. M. ἡνίκα δ' ἀστράψει τόσσον θεοῦ ἔμπυρον ὄμμα. Textus subobscurus, sententia tamen haud dubia est, *quum fulgebit nova et ardens Dei facies*, Christi nempe descendentis ad judicium. Ergo jam tum sibi fingebant, in supremi illius judicii die, Christum in nubibus sedentem cum cruce sua, quam imaginem poetæ pictoresque retinuerunt. Explicit post hunc versum liber sextus, non in edd. modo, sed in codd. præter unum M. qui sex integros versus addit hoc tenore:

Ὦ Ῥόδε, δειλαίη σε (lege σύ), σὲ γὰρ πρώτην, σὲ δακρύσω.
Ἥξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν ὁ μέλλων,
Σάρκα παρὼν πᾶσαν κρίνειν καὶ κόσμον ἅπαντα.
Ὕψιστον δὲ Θεὸν μέροπες πιστοὶ καὶ ἄπιστοι
Ὄψονται μετὰ τῶν ἁγίων ἐπὶ τέρμα χρόνοιο.
Σαρκοφόρων ἀνδρῶν ψυχὰς ἐπὶ βήματι κρίνει.

Hi vero omnes, primo excepto, ad acrostichidem pertinent libri VIII, v. 218, sqq. Primus ante Maium erat ineditus, videturque ad initium libri septimi referri posse, quo a nobis translatus est; confer quæ ibi annotabuntur.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ.

[Ὦ Ῥόδε, δειλαίη σύ· σὲ γὰρ πρώτην, σὲ δακρύσω.]
Ἔσσῃ δὲ πρώτη πόλεων, πρώτη δ' ἀπολέσσῃ,
Ἀνδρῶν μὲν χήρη, βιότου δέ γε πάμπαν ἀδευκής.
Δῆλε, σὺ μὲν πλεύσεις, καὶ ἐφ' ὕδατος ἄστατος ἔσσῃ.
Κύπρε, σὲ δ' ἐξολέσει γαμικῆς ποτὲ κῦμα θαλάσσης.
Σικελίη, φλέξει σε τὸ καιόμενον κατὰ σοῦ πῦρ.
. . . .
Οὐδ' ἀλέγειν τὸ Θεοῦ φοβερὸν καὶ ἐπήρατον ὕδωρ.
. . . .
Νῶέ τις ἐκ πάντων μοῦνος φυγὰς ἤλυθεν ἀνδρῶν.
. . . .
Πλεύσει γῆ, πλεύσει δὲ ὄρη, πλεύσει δὲ καὶ αἰθήρ.
Ὕδωρ ἔσται πάντα, καὶ ὕδασι πάντ' ἀπολεῖται.
Στήσονται δ' ἄνεμοι, καὶ δεύτερος ἔσσεται αἰών.
Ὦ Φρυγίη, πρώτη δ' ἀναλάμψεις ὕδατος ἄκρου.

Tit. Edd. et codd. ἐκ τοῦ ἑβδόμου λόγου.

1. Versus hic in edd. et codd. desiderabatur. Suppletus est a nobis ex appendice Maiana libri sexti : confer versum ultimum. Uncis tamen a nobis includitur, non tanquam dubius, sed tanquam novus. Codex δειλαίη σε, uti diximus, habet, quod facile correctu fuit. Alia autem de Rhodi excidio vaticinia in Sibyllinis reperiuntur, lib. IV, v. 101, lib. VIII, v. 160, etc. ubi notas confer.

2. Pro ἀπολέσσῃ, edd. et codd. ἀπολεῖ σε : nos correximus. In hoc versu epitheton πρώτη bis accipi diverso sensu, jam ab aliis observatum est.

3. Edd. βιότου δέ, sine γε, quod ex L. addidimus. B. δέ et γε omittit, hiante versu. A. cum edd. consentit.

4. Respicit ad antiquam fabulam de Delo fluctuante : confer Callim. Hymn. in Del. v. 36, sqq. ibique intpp.

5. Poeticum est γαμικῆς de mari insulam Veneri sacram alluente. De Cypri excidio confer lib. IV, v. 126 et 139, sq.

6. Confer lib. IV, v. 80, sqq.

7. Hic et quinque seqq. versus lacunis maximis hiant, quæ ab omnibus animadversæ, a nobis primis in ipso textu designatæ sunt. Jam vero iidem versus, si secundum excipias, iisdem

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER SEPTIMUS.

O Rhode, te miseram, te primo carmine flebo.
Prima urbes inter fueris, ac prima peribis,
Orba viris, nec jam mortali habitabilis ulli.
Dele, natabis, et instabili jactaberis unda.
Cypre, maris te quondam uxorius opprimet æstus.
Sicilia, internis ardesces ignea venis.

. . . .

Nec tremere irati metuendam numinis iram.

. . . .

Noe, hominum solus, fugit communia fata.

. . . .

Nabit humus, nabunt montes, cælum quoque nabit :
Omnia pontus erunt, perdentur et omnia ponto.
At venti sistentur : ibi ætas altera surget.
O Phrygia, emerges summo de gurgite prima :

prope verbis lecti sunt lib. I, v. 183 et 193-196, ubi de diluvio universo agebatur. Uter locus ex altero desumptus sit, alias erit amplius investigandum. Hoc certe loco nullum sanum sensum exhibent, tanquam e notis temere disjectis fortuito collecti; delendique prorsus viderentur, nisi versus 12 tam apte cum seqq. cohæreret, ac nisi etiam credi posset venisse auctori in mentem ut sparsa Sibyllæ folia imitaretur. Certe, quoties diversam a libro primo lectionem, toties fere deteriorem habent. Hoc ipso in versu pro οὐδ' ἀλέγειν, sive, ut in B. legitur, οὐδ' ἀλέγει, scriptum erat libro I, τοῦτο λέγω, melius, et ἐπήλυτον recte omnino pro ἐπήρατον, quod sensu caret, nisi pro ἐπάρατον accipiatur, lingua et metro reclamantibus.

8. Deerat hic versus libro I.

9. L. γῆν pro γῆ, male. Libro I, πλεύσουσιν ὄρη.

10. Lib. I, ἔσται ἅπαντα, melius. In fine, A. ἀπολεῖται αἰών, sequenti versu omisso.

11. Prorsus hic ut lib. I, v 195.

12. Lib. I, ἀναδύσῃ ἀφ' ὕδατος; ubi confer annotata.

Πρώτη δ' εἰς ἀσέβειαν ἀπαρνήσῃ Θεὸν αὐτὴ,
Ἄλλοις εἰδώλοις κεχαρισμένη, ὅσσα σε, δειλὴ,
Ἐξολέσει, πολλῶν περιτελλομένων ἐνιαυτῶν.
  Αἰθίοπες δύστηνοι, ὑπ' ἄλγεος οἰκτρὰ παθόντες,
Ῥομφαίαις πλήξονται ὑπὸ χρόα πεπτηῶτες.
  Τὴν λιπαρὴν Αἴγυπτον ἀεὶ σταχύεσσι μέλουσαν,
Ἣν Νεῖλος νηκτοῖς ὑπὸ κύμασιν ἑπτὰ μεθύσκει,
Ἀλλήλων ἔμφυλος ἑλεῖ στάσις· ἔνθεν ἀέλπτως
Ἀνέρες ἐξελάσουσι τὸν οὐ θεὸν ἀνδράσιν Ἆπιν.
  Αἶ αἶ, Λαοδίκεια, σὺ δ' οὐ Θεὸν οὔποτ' ἰδοῦσα
Ψεύσῃ, τολμηρή· [κλύσει] δέ σε κῦμα Λύκοιο.
. . . .
Αὐτὸς ὁ γεννηθεὶς ὁ μέγας Θεὸς, ὃς [τέρα] πολλὰ
Ποιήσει, κρεμάσει δὲ δι' αἰθέρος ἄξονα μέσσον·
Στήσει δ' ἀνθρώποισι μέγαν φόβον ὑψόσ' ἰδέσθαι,
Κίονα μετρήσας μεγάλῳ πυρὶ, οὗ ῥαθάμιγγες
Ἀνθρώπων ὀλέσουσι γένη, κακὰ δηλησάντων.
Ἔσται γάρ ποτε [κεῖνος ἅπαξ] χρόνος, ἔνθαδε φῶτες
Ἐξιλάσουσι Θεόν γ', ἀλλ' οὐ παύσουσιν ἀνίας
Ἀχράντους. Δαβὶδ δὲ δι' οἴκου πάντα τελεῖται.
Τῷ γάρ τ' αὐτὸς ἔδωκε Θεὸς [θρόνον] ἐγγυαλίξας·
Οἱ δὲ διαγγελτῆρες ὑπαὶ ποσὶ κοιμήσονται,
Οἵ τε [πυροῖς] φαίνουσι, καὶ οἳ ποταμοῖς φαίνουσιν,

13. De Idolorum cultu e Phrygia oriundo, constans est Sibyllistarum opinio: confer lib. III, v. 140, sqq. lib. V, v. 130, et quæ annotata sunt ad lib. I, v. 196.

14. Pr. et Cast. cum A. B. ὅσσα σε δήλη. L. ὅσσα γε δήλη. Correxit Ops.

16. Edd. et codd. ὑπ' ἄλγεα οἰκτρά: nos correximus.

18. A. λιπαράν. In fine, Pr. et Cast. cum codd. μέλλουσαν: Ops. e conj. βρύουσαν: nos correximus.

19 A. initio, ἣ pro ἥν. Deinde L. νηκτοῖς omisit.

20. Pr. et Cast. cum A. B. ἐλεήδασις: correxit Ops. annuente L. codice, in quo deinde σέθεν pro ἔνθεν scriptum est male. Civiles in Ægypto tumultus e religionum diversitate sæpe ortos nemo nescit, de quibus confer Juven. Sat. XV, v. 33, sqq.; Dion. lib. XLII, § 34, et ad utrumque intpp. Ob Apim vero repertum maximas arsisse seditiones sub Hadriano principe testis est in ejus vita Spartianus, observante Ops.

22. Edd. cum A. B. καύσει δέ σε κῦμα λύκοισιν, ubi Cast. in marg. καυμασίησι proposuerat, hunc versum male cum sequente construens. Volebat Ops. κλαύσει δέ σε κῦμα Λύκοιο, et sic diserte L. κῦμα λύκοιο, quod admisimus. Sed codd. omnes καύσει, et jejunum videtur κλαύσει: nos, sensu ducente et literarum forma, κλύσει edidimus, etsi metro subirascente; nam et lib. V, v. 233, υ videramus in κατέκλυσας male produci. De Laodicea et Lyco fluvio, confer lib. III, v. 147, sq.

24. Lacuna ante hunc versum vel ideo admittenda est, quod a privatis urbium

Tu quoque prima Deum, spreta pietate, negabis,
Quippe aliis frustra simulacris dedita, quæ te,
Infelix, perdent, multis vertentibus annis.
Æthiopes miseri, dura infortunia passi,
Cædentur gladiis, perque omnia membra tremiscent.
Mollis at Ægyptus, flavis quæ semper aristis
Gaudet, aquis Nili septemplicis ebria tellus,
Pessum ibit bellis civilibus, unde suorum
Pelletur populorum odio jam non deus Apis.
Heu tibi, Laodicea! Deum vidisse negabis,
Audax mentiri : sed te Lycus obruet amnis.

. . . .

Ipse potens genitusque Deo Deus, omnia vertet :
Ipse axem medio suspendet in æthere, magnus
Unde timor generi humano, quum stare videbunt
Ardentem multo divinitus igne columnam,
Stillantem calidis in terras funera guttis.
Nam communis erit semel omnibus hora; volentque
Tum placare Deum; sed non pausa ulla dolorum,
Complerit dum cuncta domus Davidica : namque
Huic Deus æterni solii concessit honorem;
Sub pedibusque dedit genios dormire potentes,
Qui flammis, vel qui fluviis dant jura profundis,

cladibus statim ad supremum judicium nimio impetu transiliatur. Sed in ipso versu corrupta admodum erat lectio, quum edd. ἄστρ' ὅς πολλὰ haberent sine sensu, L. ὅς ἄστρα πολλά, etiam contra metrum. Nos pro ἄστρα legimus τέρα, id est τέρατα, ex Apollonio Rhodio Argon. lib. IV, v. 1410.

25. Sensus obscurus est, nisi ἄξων idem sit quod infra κίων, v. 27.

26. L. ἀνθρώποις et ὕψος. Etiam Pr. et Cast. cum A. B. ὕψος habebant quod Ops. correxit.

27. De columna supremi judicii tempore apparitura, confer lib. II, v. 241 et 284, sqq. atque ibi notas.

28. Κακὰ δηλησάντων idem fere Nostro est, quod κακῶς ὑβρισάντων. Sic infra, v. 44 : Μητέρα δηλήσει, pro ὑβρίσει.

29. Edd. et codd. κοινὸς ἄναξ χρόνος, sine sensu, quidquid desudaverint interpretes. Nos correximus.

31. Cast. πελεῖται, typorum vitio.

32. A. τῶ γὰρ αὐτῶ. L. τῷ γὰρ αὐτός. Deinde Pr. et Cast. χρόνος, ubi Ops. cum A. B. L. χρόνον : nos e Cast. conj. θρόνον. Quis enim non videt alludi ad Psalm. 109, v. 1, et prorsus convenire sequentia? Confer etiam lib. VI, v. 2.

34. Edd. et codd. πυράς : nos, propter sensum, πυροῖς, *ignibus*, legitima dativi forma. Deinde A. ποταμούς, male. L. in versus fine, ἐμφαίνουσιν, ubi edd. cum A. B. φαίνουσιν, id est σημαίνουσι, *signum dant, imperant*. Agitur de Angelis unicuique rerum naturalium parti præpositis : nam πυρά, ποταμοί, ἄστη, ἀῆται, quadruplex elementum apte designant. Porro antiqua fuit ea de Angelis doctrina, sanctorum quoque librorum

Οἵ τ' ἄστη σώζουσι, καὶ οἳ πέμπουσιν ἀήτας.
Πολλοῖς δ' αὖ χαλεπὸς βίος ἀνθρώποισιν [ἔπεισιν],
Εἰσδύνων ψυχαῖσι, καὶ ἀλλάσσων φρένας ἀνδρῶν.
  Ἀλλ' ὅταν ἐκ ῥίζης βλαστὸς νέος ὄμματα λύσῃ,
[Τέκνοις ἥ ποτε πᾶσι] τροφὴν διέδωκε περισσὴν,
Καὶ τὰ μὲν ἀμφὶ χρόνοις ἔσται πλέον. Ἀλλ' ὅταν ἄλλοι
Ἄρξωνται Πέρσαι, μάχιμον φύλον, αὐτίκα δεινοὶ
Ἔσσονται θάλαμοι νυμφῶν διὰ δύσνομα φῦλα.
Ἕξει γὰρ μήτηρ ἑὸν υἱέα καὶ πόσιν· υἱὸς
Μητέρα δηλήσει· θυγάτηρ δ' ἐπὶ πατρὶ κλιθεῖσα
Βάρβαρον ὑπνώσει τοῦτον νόμον. Ὕστερα δ' αὐτοῖς
Ἐκλάμψει Ῥωμαῖος ἄρης πολλῆς ἀπὸ λόγχης·
Αἵματι δ' ἀνδρομέῳ πολλὴν χθόνα φυρήσουσιν.
Ἰταλίης δὲ πρόμος τότε φεύξεται ἐκ δορὸς ἀλκῆς.
Λείψουσι δ' ἐπὶ γῆς χρυσῷ κεχαραγμένον [ἔγχος,
Ἐν προμάχοις τὸ] φέρουσ' αἰεὶ σημεῖον ἀνάγκης.
  Ἔσται μὴν ὅτε πᾶσα κακὴ καὶ δύσμορος οἰκτρῶς
Ἰλιὰς [εἰσίεται] τάφον, οὐ γάμον, ἔνθα βαθεῖα
Κλαύσουσι νύμφαι, ὅτι δὴ Θεὸν οὐκ ἐνόησαν,
Ἀλλ' αἰεὶ τυπάνοις τε κρότοισί τε ἦχον ἔδωκαν.
  Μαντεύου, Κολοφών· μέγα σοι κρέμαται φοβερὸν πῦρ.
Θεσσαλίη δύσνυμφε, σὲ δ' ὄψεται οὐκέτι γαῖα,

auctoritate fulta, Apocalypseos præsertim, ubi, cap. 14, v. 18, Angelus apparet igni præpositus, ἔχων ἐξουσίαν ἐπὶ τοῦ πυρός, et cap. 16, v. 5, Angelus aquarum: Καὶ ἤκουσα τοῦ ἀγγέλου τῶν ὑδάτων.

36. Edd. et A. L. ἀνθρώπων τε πείσει. B. ἀνθρώπων πτεπείσει (sic). Conjecerat Cast. ἀνθρώποισιν ἐποίσει; verum ita scribi oporteret χαλεπὸν βίον. Nos ἔπεισιν aut ἔπεισι scriptum putamus, futuri sensu: etsi placeret fortasse magis ἐπέστη, ut infra, v. 115.

37. Edd. cum A. B. ἐς δύνων. L. εἰς δύνων. Nos correximus.

38. Dicuntur improprie ὄμματα quæ vulgo ὀφθαλμοί, *oculi*, *gemmæ*, *germina*. De sensu confer, lib. VI, v. 16.

39. Edd. A. L. τὴν κτίσιν ἥν ποτε πᾶσα. B. πᾶσαν habet, et in fine, περὶ σήν. Nos e conj. τέκνοις ἥ ποτε πᾶσι. Agitur enim de eadem radice Jessæ, de qua libro VI scriptum est : Ἐκ δὲ μιῆς ῥίζης ἄρτου κόρος ἔσσεται ἀνδρῶν.

40. Sensus est : *sed hæc* (quæ de Christo obscure prædicta sunt) *temporum successione serius fient*. Interim novum Persarum surget imperium, id est, Parthorum Arsacidarum : vix enim ad recentiores Sassanidas respici patitur horum carminum ætas.

41. Pr. et Cast. cum A. B. ἄρξονται. Ops. e Cast. conj. ἄρξωνται, ut nos. L. ἄρξον, sine sensu. Omnes μαχίμων, quod correximus; ac plerique φῦλον, vero accentu, nisi metrum obstaret. In L. pro αὐτίκα δεινοί scriptum est una voce ἀντιδεινοί.

42. De incestis Parthicorum regum connubiis, adeundus præsertim Lucanus, Phars. VIII, v. 404, sqq.

43. Edd. cum A. B. post υἱέα distin-

Quique urbes servant, et qui vaga flamina mittunt.
Sed multos homines vitæ gravis opprimet angor,
Insinuans animis, et sensim pectora mutans.
Quum vero nova planta, novum se germen ad auras
Extulerit de stirpe, cibo quæ pavit opimo
Natorum esuriem, deinceps hæc omnia fient.
Regnabunt alii Persæ, bello inclita proles;
Infandosque simul thalamos gens impia terris
Ostendet. Mater nati maternaque natus
Oscula fœdabit; securos filia somnos
Carpet in amplexu recubans genitoris. At illis
Romanus subito densis Mars ingruet hastis;
Sanguine terra fluet; donec certamine cedet
Dux Italus, fugiensque auratum hastile relinquet,
Imperii quod ferre solent ante agmina signum.
Tempus et illud erit, quum fatis acta sinistris
Ilias accendet tædas, non illa jugales,
Verum heu! ferales : tum, quum miserabile nymphæ
Lugebunt. Neque enim regem agnovere supremum,
Tympana dum semper, semper crepitacula pulsant.
Consule mæsta deos, Colophon; nam te premit ignis.
Thessalia, infelix nuribus, non amplius aut te

guunt, non, ut nos, post πόσιν : L. post utrumque.

44. Confer infra, v. 160.

46. B. πολλῆς ἀπολόγης, corrupte. Crassi clades innui videtur.

48. L. τρόμος, male, ubi edd. et A. B. πρόμος.

49. A. λείψουσιν, ac deinde κεχαρισμένον. In fine, edd. et codd. ἄνθος, sine sensu, ubi nos ἔγχος, e Cast. conj. Agitur enim de vexillo Romanorum a Persis capto : et sane captorum Crassi signorum frequens apud historicos mentio vix aliud cogitari sinit. Confer tamen quæ de hoc difficillimo loco disserentur a nobis in Excursu V.

50. Edd. cum B. ἐκπρομολόντα φέρουσ' αἰεί. L. ἐκπρομολόντα φέρων γε ἀεί. Nos, sensu ducente, correximus. In fine vero pro σημεῖον ἀνάγκης legendum videtur σημήϊον ἀρχῆς.

51. Edd. cum B. μάν, dorice. L. μήν, ut nos. A. μέν. Sequentia de Ilio, Colophone, Thessalia, temere vaticinatur poeta.

52. Edd. et codd. ἐκπίεται : Cast. typorum vitio, ἐπίεται, et ad marginem ex editoris conj. ἐκπεσεῖται : nos correximus. Est vero nobis εἰσίεται pro εἴσεισι, futuri sensu. In fine, L. βαθεῖαι : sed edd. cum A. B. βαθεῖα, poetice pro βαθέα, id est βαθέως.

54. Edd. ἀλλ' αἰεὶ καὶ τυμπάνοις καὶ κρότοις ἦχον ἔδωκαν. L. item, nisi quod priore loco καί omisit. Cetera nos correximus.

55. Μαντεύου ironicum est, refferturque ad Apollinis Colophonii seu Clarii oraculum diu celebre. Post μέγα, L. σοι non habet.

56. Δύσνυμφε est *nuribus infausta*, sicut supra v. 53 : Κλαύσουσι νύμφαι.

Οὐδὲ τέφρην, πλεύσῃ τε μόνη φυγὰς ἠπείροιο·
[Οὕτως], ὦ τλῆμον, σκύβαλον πολέμου λυγρὸν ἔσσῃ,
Ὠ κυσὶ καὶ ποταμοῖς καὶ ῥομφαίῃσι πεσοῦσα.
Ἆ, τλῆμον γε Κόρινθε, σὺ δ' ἀμφ' αὐτὴν βαρὺν ἄρην
Δέξῃ, δειλαίη, καὶ ἐπ' ἀλλήλοις ἀπολεῖσθε.
Τῦρε, σὺ δ' [ἥκιστα] λείψῃ μόνη· εὐσεβέων γὰρ
Ἀνδρῶν χώρης σῆς ὀλιγηπελίη σε διοίσει.
Ἆ, Συρίη κοίλη, Φοινίκων [ὑψόθεν] ἀνδρῶν
Οἷς ἐπερευγομένη κεῖται Βηρυτιὰς ἅλμη,
Τλήμων, οὐκ ἔγνως τὸν σὸν Θεὸν, [ὅς] ποτ' ἔλουσεν
Ἰορδάνου ἐν προχοῇσι, καὶ ἔπτατο πνεύματι πολλῷ·
Ὃς πριν καὶ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Αὐθέντης [γεγένητο Λόγος Πατρί]· πνεύματί δ' ἁγνῷ
Σάρκ' ἐνδυσάμενος, ταχὺς ἵπτατο πατρὸς ἐς οἴκους.
Τρεῖς δ' αὐτῷ πύργους μέγας οὐρανὸς ἐστήριξεν,
Ἐν τῷ δὴ ναίουσι Θεοῦ [θυγατέρες] ἐσθλαὶ,
Ἐλπίς τ', εὐσεβίη τε, σεβασμοσύνη τε ποθεινὴ,
Οὐ χρυσῷ χαίρουσα, ἢ ἀργύρῳ, ἀλλὰ σεβασμοῖς

57. Edd. cum B. τεφρήν, malo accentu. A. τε φρήν, divise. Deinde Pr. Cast. B. πλεύση τε. A. πλεύσει τε. Ops. πλεύσῃ δέ. L. pessime, οὐδέ τ' ἀφρὸν πλεύσεται. Versus ita intelligendus, ut sit Thessalia funditus evertenda, ejus vero cives exsilium trans mare quæsituri: non ut ipsum Thessaliæ solum sit a continente revellendum.

58. Edd. et codd. αὐτοῖς, ubi nos οὕτως e conj.

60. Edd. cum B. ὦ. L. ἆ, ut nos. Deinde ἀμφ' αὐτήν Sibyllinum est pro ἀμφὶ σαυτήν.

61. A. καὶ ἐν ἄλλοις. L. ἀπολεῖσθαι.

62. L. τύρε. Edd. cum B. Τῦρε, minus recte, sed melius ob metrum. Deinde edd. cum A. B. σὺ δ' ἡλίκα λήψῃ, L. σὺ δ' ἡλίκους λήψη, utrumque sine sensu: nos correximus. In A. scriptum est μούνη pro μόνη.

63. Edd. cum B. ἀνδρῶν χώρης εἰς ὀλίγη φανίη σε δ. L. ἀνδρῶν χωρήσις ὀλίγη φενίη σε δ. Nos correximus: confer lib. V, v. 473. Est autem nobis διοίσει, *dissipabit, vastabit, perdet*. Ideo, inquit, vastaberis, quod parva apud te sit copia justorum, id est Christianorum.

64. Recte nos ἆ Συρίη κοίλη: agitur enim de Cœle-Syria. Edd. tamen et codd. Ἀσσυρίη: nam Συρίη et Ἀσσυρίη non raro a librariis confunduntur. Deinde ὑψόθεν reponere ausi sumus, ubi edd. cum B. ὕπατον, L. ὕπατε habebant sine sensu. Certe ὑψόθεν hoc sensu usurparunt Alexandrini præsertim poetæ, ut Apoll. Rhod. II, v. 806: Ἀχερουσίδος ὑψόθεν ἄκρης. Et Cœle-Syria vere dici potuit Beryti litoribus imminere.

65. Edd. cum A. B. κεῖται βαρη*ιὰς ἅλμη. L. κοῖται βαρὺ κοιλίας ἄλκης. Nos correximus.

66. Pr. et Cast. cum codd. τλῆμον: correxit Ops. In fine omnes, ὅν ποτ' ἔλουσεν, absque sensu, nisi versu sequenti Ἰορδάνης legas, sicut in L. legitur, sed contra metrum. Nos verius ὅς ποτ' ἔλουσε, pro ἐλούσατο, raro quidem activæ vocis usu, sed analogiæ non repugnante; et sic prorsus verbum *lavare* a Latinis usurpatur.

67. L. Ἰορδάνης, contra metrum, ut diximus: ortum id fuerit ex ingenio li-

Aut de te cinerem tellus lacrimosa videbit;
Sed profuga innabis pelago, miserabile belli
Ludibrium, o canibus fluviisque armisque caduca.
Ah! miseranda Corinthe! gravis tibi prælia belli
Incumbent; et vos discordia mutua perdet.
Nec tu sola, Tyre, effugies : te namque piorum
Paucior evertet numerus, passimque jacebis.
Ah! Syria infelix, super altos concava montes
Phœnicum, quos unda sonat Berytia circum!
Haud impune Deum spernis, qui se abluit amne
Jordani, multoque abreptus flamine fugit;
Qui prior et terris et cælo vixit et astris,
Sermo potens, de Patre satus, qui Flamine sancto
Indutus carnem, revolat mox Patris in ædes.
Atque ibi tres olli turres polus extulit altas,
Quas habitant summo tres ortæ numine divæ,
Spes, Pietas, et Relligio veneranda, nec auro
Læta nec argento, sed cultu simplice quærens

brarii propter ἔλουσεν quod præcesserat. Ceteri omnes, Ἰορδάνου, ut lib. VI, v. 4: Προχοαῖς ἀπολουσάμενος ποταμοῖο Ἰορδάνου, ὃς φέρεται, κ. τ. λ. quem locum huic simillimum confer. Unde nos etiam προχοῇσι hic legimus, ubi edd. et codd. τριτάτοισι: hunc enim ex illo locum corrigendum esse jam senserat Fabricius. In fine autem, ubi edd. καὶ ἔπτατο πνεῦμα πολλῷ, codd. καὶ ἑπτὰ τὸ πνεῦμα πολλῷ, nos veram lectionem restituimus ex ipsis Evangeliis, quæ Jesum statim a baptismo raptum fuisse narrant in desertum a Spiritu, ὑπὸ τοῦ πνεύματος, Matth. cap. 4, v. 1; ἐν τῷ πνεύματι, Luc. cap. 4, v. 1; τὸ πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον, Marc. cap. 1, v. 12. Quantum se in eo argumento jactare debuerint hæretici, qui divinam Christi missionem a baptismo inchoabant, nemo non videt.

69. Edd. et codd. αὐθέντης γένετο (L. ἐγένετο) λόγῳ πατρός, contra metrum et sensum: nos correximus. Distinctionem etiam, quæ in versus fine male posita erat, sustulimus. Confer quæ ad libr. VI, v. 4, annotata sunt, et quæ in Excursu V disserentur.

70. Edd. et A. σάρκα τε δυσάμενος. B. σάρκα τε δυσσάμενος. L. σάρκα γε ἐνδυσάμενος, unde lectio nostra. Deinde pro ἵπτατο melius fortasse legeretur ἔπτατο, ut supra v. 67.

72. Pro ἐν τῷ præstaret ἐν τοῖς. Deinde edd. et A. B. θεοῦ νῦν μητέρες, L. θεοῦ μητέρες sine νῦν, absurde utrumque : nos correximus, gnari Sibyllistis ancipitem quamque syllabam liberam esse.

73. L. ἐλπὶς εὐσεβίη τε, cetera ut nos. Edd. et A. B. initio ἐλπίς τ' habent, ac deinde ultimas voces male invertunt sic : εὐσεβίη τε ποθεινὴ σεβασμοσύνη τε. Notandum tres præcipuas virtutes ab auctore designari *spem, pietatem, religionem*, diversas ab iis quas e Pauli epist. I, ad Corinth. cap. 13, v. 13, vulgus theologorum accepit, nisi forte εὐσέβειαν de *caritate* dictum putes, σεβασμοσύνην de *fide*, parum probabili interpretatione. Virtutum illarum, simul et Turrium cælestium allegoria sumpta videtur, quamvis non eadem sane, sed multum immutata, ex Hermæ Pastore, lib. I, vis. 3.

47. An melius χαίρουσ' elidas?

Ἀνθρώπων, θυσίαις τε, δικαιοτάτοις τε λογισμοῖς.
Θύσεις δ' ἀθανάτῳ μεγάλῳ Θεῷ ἠδ' ἀγερώχῳ,
Οὐ χόνδρον τήξας λιβάνου πυρὶ, οὐδὲ μαχαίρῃ
Ἀρνειὸν κόψεις λασιότριχα· ἀλλ' ἅμα πᾶσιν
Οἳ τεὸν αἷμα φέρουσι, λαβὼν ἀγριηνὰ πετεινὰ,
Εὐξάμενος πέμψεις, εἰς οὐρανὸν ὄμματα τείνας·
Ὕδωρ δὲ σπείσεις καθαρῷ πυρὶ, τοῖα βοήσας,
[Ὥς] σε Λόγον γέννησε Πατὴρ, πάτερ, ὄρνιν ἀφῆκα,
Ὀξὺν ἀπαγγελτῆρα λόγων Λόγον, ὕδασιν ἁγνοῖς
Ῥαίνων σὸν βάπτισμα, δι' οὗ πυρὸς ἐξεφαάνθης.
Οὐδὲ θύρην κλείσεις, ὅτε τις σοι ἐπήλυτος ἄλλος
Ἥξει δευόμενος, πενίης ἀπὸ λιμὸν ἐρύκειν.
Ἀλλὰ λαβὼν κεφαλὴν τοῦδ' ἀνέρος, ὕδατι ῥάνας,
Εὖξαι τρίς· τῷ σῷ δὲ Θεῷ μάλα τοῖα βόησον,
Οὐκ ἔραμαι πλούτου· λιτός ποτε λιτὸν ἐδέγμην·
[Ἀμφοτέρων] σὺ πάτερ, σὺ χορηγητὴρ, ἐπάκουσον.
Εὐξάμενος δώσεις οἱ. Ἀπήγαγεν ἐκτότε δ' ἀνήρ.
Μὴ θλίψῃς με, Θεοῦ ἱερὸν σέβας, ἠδὲ δίκαιον,
Ἁγνὸν, ἀδούλωτον, περὶ γένναν ἐλεγχθὲν . . . .
Τλήμονά μου κραδίην στῆσον, πάτερ· εἰς σὲ δέδορκα,

75. Edd. et B. L. δικαιοτάτων τε. A. δικαιοτάτων, sine τε : nos correximus.

77. Edd. ἀρνεῖον. B. et L. rectius ἀρνειόν, *agnum jam grandem*. Deinde Ops. κόψαις e conj. male.

78. En tibi nova sacrorum forma, quæ sectæ videtur alicui propria fuisse, et de qua plura nos in Excursu V. Etiam in catholicis quibusdam ecclesiis, Ambianensi præsertim, mos fuit diu servatus ut festo Pentecostes die inter ipsum sacrificium aves de templi fornice emitterentur, quæ per omne spatium interioris ædis libere volitarent.

79. Pr. οἱ τεών. Cast. cum B. οἱ τεόν. Ops. οἳ τεόν, ut nos. L. οἵτινες ἐόν.

81. B. σπείσῃς. L. ὕδωρ τε πείσεις.

82. Edd. et A. B. ὅς σε λόγον. L. ὅς σε λόγος. Nos levissima medela locum sanavimus. Πατήρ de Deo Patre accipiendum; πάτερ ad Dei Filium, hominum patrem, convertitur.

83. Ἀπαγγελτῆρα refer ad Λόγον quod sequitur, non ad ὄρνιν quod præcessit; vel signum cum re significata confundi puta, quod in mystico genere dicendi sæpe fit. Avis enim illa imago est Verbi, qui paternorum sermonum nuntius recte vocatur. In L. post λόγων excidit λόγον, librarii incuria.

84. Ῥαίνων σὸν βάπτισμα, *baptismum tuum aspersione imitans*, ubi A. male, ῥάνων. Quæ sequuntur, δι' οὗ πυρὸς ἐξεφαάνθης, respiciunt ad flammam in fluvio ardere visam, de qua lib. VI, v. 6.

85. Edd. et codd. κλείσῃς et ἐπήλυδος : nos correximus.

86. Edd. et codd. πενίης ἐπερυκέναι λίμῳ, contra metrum et grammaticam : nos correximus. Respexisse auctorem putamus ad Odyss. ε, v. 166 : Ἅ κέν τοι λιμὸν ἐρύκοι.

87. Nota mysticum quemdam ritum officio caritatis additum, mirum prorsus et insolentem. Sed superstitiosis hujusmodi precibus usos esse Ebionitas docet Epiphanius Hæret. 30, p. 141, ed. Paris. et nos de his plura in Exc. V.

88. L. λιτὸς δέ τε, non male. A. λιτός τε ποτέ.

Pura hominum corda et rationi accommoda sacra.
Sacra autem sic rite feres : non turis honorem
Accendes; nullus cultro mactabitur agnus ;
Sed consanguineo cœtu stipante tuorum,
Agrestes volucres ruptis ad sidera vinclis
Emittes, cælum aspiciens, puramque profundes
In flammam libamen aquæ, sic ore locutus :
Qui te progenuit verbum Pater, hanc, pater, illi
Mitto levem, mea quæ portet pia vota volucrem ;
Baptismum renovans, quo victor ab igne redisti.
Neve fores præclude tuas, si venerit hospes,
Eripe me, clamans, paupertatique famique.
Sed miseri caput aspersa pius ablue lympha,
Terque tuum venerare Deum; dein ista profare :
Non amo divitias; et qui tenuissimus olim,
Nunc tenuem accipio. Pater, amborum annue votis.
Sic fatus, dabis, atque ubi jam discesserit ille :
Ne me plecte; tuus mihi sit, Deus optime, cultus,
Servitii semper, scelerumque immunis, et Orci.
Confirma miserum mihi cor, pater. O Deus, in te

90. Pr. et Cast. ἀμφαδὸς οὖ πάτερ συγχορηγητὴρ ἐπ. B. item, nisi quod ἀμφωδὸς et συγχωρηγητήρ habet. A. ἀμφοδὸς οὐ πάτερ, in ceteris cum Cast. consentiens. Ops. e conj. ἀμφαδόν· ὦ πάτερ χωρηγητὴρ ἐπ., barbare sane. L. vero, ἄμφω δὸς οὖ πάτερ, cetera ut nos. Prius ergo hemistichium solum fuit corrigendum, in quo facillimum et tutissimum erat σὺ pro οὖ reponi. Restat prima vox, quam e conj. refecimus, audacius fortasse, nisi eam uncis curassemus includendam. Ceterum favent nobis usitata in codd. compendia vocis ἀμφότερον, de quibus non omnia dixit Bastius ad Greg. Corinth. p. 927, ed. Schæf. 1811.

91. Edd. et codd. εὔξαμένῳ δώσει σοι : nos veram lectionem restituimus, quam præcedentia omnino probant. Librarii locum perverterunt, dum ad illud Matthæi respiciunt : Αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν. In fine A. B. L. ἀήρ, pessime, ubi edd. ἀνήρ, e Betuleii, ut videtur, codice. Sed A. inversis adverbiis, δ' ἔκτοτε ἀήρ. B. ἔκτοδ' ἀήρ. Melius sententia procederet, si legeretur Ἀπήγαγεν ὁππότε δ' ἀνήρ, quod nos in interpretatione secuti sumus.

92. Pr. et Cast. θλήψεις. Ops. θλίψεις. B. et L. θλίψης, id est θλίψῃς, recte. Omnes deinde edd. cum B. ἐκ δὲ δίκαιον. ubi nos ἠδὲ conjecimus. Totum versum susdeque vertit L. ita scribens : μὴ θλίψης μεθ' οὗ ἱερὸν σέβας ἐκ δὲ θεοῦ δίκαιον, ubi vocem θεοῦ in textum irrepsisse patet e margine, conjecturam nempe bonam pro μεθ' οὗ ab aliquo vel librario vel lectore propositam.

93. Edd. cum A. B. ἐλεχθέν. L. ἐλεγχθέν, ut nos. Lacunam, quam edd. in fine indicant, codd. dissimulant, non male suppleas, si ἔχοιμι addas, ut sit amborum versuum tenor : μὴ θλίψῃς με· Θεοῦ δ' ἱερὸν σέβας .... ἔχοιμι. Nam σέβας ἔχω Sibyllinum est, ut lib. III, v. 550 : Οὔνομα παγγενέταο σέβας ἔχε. Obscurum vero est περὶ γένναν ἐλεγχθέν : intellige *spectatum adversus gehennam, a metu gehennæ tutum.*

94. B. εἴ σε δέδορκα.

Εἰς σὲ τὸν ἄχραντον, τὸν μὴ χέρες ἐργάσσαντο.
Σαρδὼ, νῦν σὺ βαρεῖα, μεταλλάξῃ ἐς τέφρην.
Ἔσσῃ δ' οὐκέτι νῆσος, ὅταν δεκάδος χρόνος ἔλθῃ.
Ζητήσουσι πλέοντες ἐν ὕδασιν οὐκέτ' ἐοῦσαν.
Ἀλκυόνες δ' ἐπὶ σοὶ οἰκτρὸν γόον αἰάξουσι.
Μυγδονίη τρηχεῖα, δυσέκβατε πυρσὲ θαλάσσης,
Αὐχήσεις αἰῶνα, καὶ αἰώνων ἀπολέσσῃ
Θερμῷ πνεύματι πᾶσα, μανήσῃ δ' ἄλγεσι πολλοῖς.
Κέλτι γαίη, τὸ δὲ σὸν κατ' ὄρος, παρὰ δύσβατον Ἄλπιν,
Ψάμμος ὅλην χώσει σε βαθύς. Φόρον οὐκέτι δώσεις,
Οὐ στάχυν, οὐ βοτάνας· πανέρημος ἔσῃ δ' ἀπὸ λαῶν
Αἰεί· κρυμαλέοις δὲ παχυνομένη κρυστάλλοις,
Λώβην ἐκτίσεις, ἣν οὐκ ἐνόησας, ἄναγνε.
Ῥώμη καρτερόθυμε, Μακηδονίην μετὰ λόγχην
Ἀστράψεις ἐς ὄλυμπον. Θεὸς δέ σε πάμπαν ἄπυστον
Ποιήσει, ὁπόταν δοκέῃς πολὺ κρεῖσσον ἐς ὄμμα
Ἑδραία μίμνειν. Τότε σοι τοιαῦτα βοήσω.
Ὀλλυμένη φθέγξῃ λαμπρόν ποτε καὶ μαρμαῖρον.
Δεύτερά σοι, Ῥώμη, μέλλω πάλι δεύτερα φωνεῖν.
Ἄρτι δέ σε, Συρίη τλῆμον, κατοδύρομαι οἰκτρῶς.
Θῆβαι δύσβουλοι, ὑμῖν κακὸς ἦχος ἐπέστη,
Αὐλῶν φθεγγομένων· ὑμῖν σάλπιγξ κακὸν ἦχον

95. Edd. et codd. ἐργάσαντο. Placeret fortasse magis εἰργάσσαντο.

96. Edd. cum A. B. μεταλλάξει, ubi Cast. ad marg., μεταλλάξῃ. L. νῦν σὺ βαρεῖαν ἐναλλάξειας τέφρην. Cur in Sardiniam invehatur noster eamque βαρεῖαν vocet, sublucet e Josepho narrante, Antiquit. lib. XVIII, cap. 5, quatuor millia Judæorum, Romam incolentium fuisse in eam insulam relegata Tiberii imperatoris jussu. Hinc apud Judæos, etiam christianis sacris addictos, vivax adversus Sardiniam odium.

98. B. πλέονες.

99. Edd. et L. ἀΐξουσιν. A. B. ἀΐξουσι. Nos mendum correximus, in Sibyllinis creberrimum. Simile vero aliquid non de alcyonum, sed de sirenum avium querelis, nec de Sardinia, sed de Phœnice, lectum erat jam lib. V, v. 456.

100. L. πῦρ σε. Mygdonia, quam Bleekius falso, ut remur, pro Macedonia accepit, pars est Bithynici litoris inter Rhyndacum amnem et urbem Myrleam: confer Strab. lib. XII, p. 574. Plane ignobilis regio. Sed Myrleam fortasse ipsam hoc nomine designat Noster, urbem minime quondam incelebrem, nunc deletam; vel potius urbis ejus portum qui, hodieque superstes et frequens, Sibyllino fere nomine *Moudania* vocatur, potuitque olim pharum habere navigantibus utilem, quo respicit vox πυρσέ.

101. Edd. et codd. ἀπολεῖ σε: nos correximus, ut supra v. 2. Sed fortasse legendum, καὶ εἰς αἰῶν' ἀπολέσσῃ.

103. Pr. Κελτιγνή. Cast. et Ops. Κελτιγυή. L. κελτιγύη. Veram lectionem dedit B. Κέλτι γαίη, qualem fere lib. VI, v. 21, Σοδομῖτι γαίη. Accentum nota,

Respicio, integrum, sanctum, non arte creatum.
Sardinia, o quæ nunc gravis es, conversa jacebis
In cinerem; decimo jam non eris insula sæclo;
Ac frustra vacuis te navita quæret in undis,
Alcyonesque tuum flebunt miserabile funus.
Mygdonia scopulis horrens, specula aspera ponti,
Ævum jactabis frustra, peritura per ævum
Ardenti flatu, pœnisque immanibus amens.
Gallia, præruptis quæ montibus accolis Alpes,
Omnis arenarum cumulis congesta latebis;
Nec segetem aut spicam mittes herbamve; sed omni
Jam populo deserta, gelu glacieque rigebis
Æternum, culpamque lues quam, perdita, nescis.
Roma ferox animis, post fracta Macedonis arma
Ad cælum emittes radios. Sed te Deus ingens
In nihilum vertet, quum stare videberis alto
Et stabili firmata loco. Tum rursus ad aures
Hæc tibi clamabo, quum voce ululabis acuta:
Rursus ego, rursus te affabor, Roma, cadentem.
Sed tua nunc, Syria infelix, fata aspera plango.
Thebæ inconsultæ, vobis sonus imminet atrox
Feralis litui: vobis tuba flebile clanget,

Κέλτι, non Κελτί. In fine edd. et B. ἄλπην, ubi L. ἄλπιν recte. Id quoque notandum, quam sibi gelidam finxerit Galliæ temperiem scriptor mitiori cælo assuetus.

104. Edd. et codd. ὅλη: correximus nos e Cast. conj.

105. Στάχυν et βοτάνας fortasse vocat Nardi seu Spicæ Celticæ (*Valerianæ Celticæ*, Linn.) copiam, quæ ex Alpibus in Ægyptum unguentorum causa advehebatur, diuque hoc commercii genus in usu fuisse docet Hallerus, Stirp. Helv.

106. B. κρυμαλίοις et κρυστάλλοισι. L. αἰεὶ δὲ κρ. cetera, ut edd.

108. L. μακεδονίη μετὰ λόγχμην.

109. Pr. ἄπιστον. Cast. emendavit, faventibus codd. De futura Romæ ruina multa jam in Sibyllinis lecta sunt, discutienda nobis in Exc. V.

110. Edd. cum B. δοκέεις. L. δοκέης. Deinde ἐς ὄμμα interpretandum tanquam εἰς ὄψιν, *in speciem*, nec cum κρεῖσσον construendum.

112. Edd. et A. B. λαμπρόν ποτε καὶ μάρμαρόν σε. L. ut nos. Castalio conjecerat λαμπρόν ποτε μαρμαρέον τε. Sed unde venerit σε, infra dicetur ad v. 114.

113. A. inversis verbis, μέλλω ῥώμη. Deinde B. πάλιν.

114. Edd. et codd. ἄρτι δέ σοι: nos σε restituimus e lib. XIII, v. 118; et fortasse fuerat hoc ipso in loco proposita ad marginem codicis ea vox, unde v. 112 in textum male transiit.

115. L. θήβαι δύσμοροι. Thebas Ægyptias intellige. In fine, Cast. ad marginem, ὑπέστη, male.

116. L. φθεγγομένων γε. Bene et poetice αὐλῶν pro σαλπίγγων, sicut lib. III, v. 488.

Ἠχήσει· ὄψεσθε δ' ἀπολλυμένην χθόνα πᾶσαν.
Αἲ αἴ σοι, τλήμων, αἲ αἲ, κακόθυμε θάλασσα.
Βρωθήσῃ πυρὶ πᾶσα, καὶ ἐξολέσεις λαὸν ἅλμῃ.
Ἔσται γάρ τε τοσοῦτον ἐπὶ χθονὶ μαινομενον πῦρ,
Ὅσσον ὕδωρ ῥεύσει, καὶ ἐξολέσει χθόνα πᾶσαν.
Φλέξει ὄρη, καύσει ποταμοὺς, πηγὰς δὲ κενώσει.
Ἔσται κόσμος ἄκοσμος, ἀπολλυμένων ἀνθρώπων.
Καιόμενοι δὲ κακῶς, τότε τλήμονες ἐμβλέψουσιν
Οὐρανὸν, οὐκ ἄστροις, ἀλλ' ἐν πυρὶ κεκμηῶτα.
Οὐδὲ θοῶς ὀλέκονται· ἀπολλύμενοι δ' ὑπὸ σαρκῶν,
Πνεύματι καιόμενοι εἰς αἰώνων ἐνιαυτοὺς;
Αἰεὶ δυσβασάνιστα Θεοῦ νόμον εἰδήσουσιν
Οὐκ ἀπαφητὸν ἐόντα· βιαζομένης ἄρα γαίης,
Ὅντινα τολμήσασα Θεὸν ἐπεδέξατο βωμοῖς,
Ψευδομένη, καπνὸν δὲ δι' αἰθέρος [ἀτμισθέντα].
Κεῖνοι δὲ τλήσονται ἄγαν πόθον, οἳ διὰ κέρδους
Αἰσχρὰ προφητεύσουσι, κακὸν χρόνον ἀλδαίνοντες.
Οἱ μὲν, δυσάμενοι προβάτων λασιότριχα ῥινὰ,
Ἑβραῖοι ψεύσονται, ὃ μὴ γένος ἔλλαβον αὐτοὶ,
Ἀλλὰ λόγους λαλέοντες, ἐπ' ἄλγεσι κερδαντῆρες,
Οἳ βίον ἀλλάξουσι, καὶ οὐ πείσουσι δικαίους
Οἵτε Θεὸν πάμπιστα διὰ φρενὸς ἱλάσκονται.
Ἐν δὲ τρίτῳ κλήρῳ περιτελλομένων ἐνιαυτῶν,

117. L. ὄψεσθαι.

119. Pr. et Cast. ἐξολέσῃς. Ops. et codd. ἐξολέσεις, ut nos. In fine L. ἅλμῃ. Edd. cum B. ἅλμῃ pro ἅλμῃ. De maris incendio, confer lib. V, v. 157, sq.

121. A. B. ῥεύσει δὲ καί.

123. Lactantius lib. VII, cap. 16, hunc versum non citat modo, sed et luculenter exponit: « His, inquit, et aliis pluribus malis solitudo fiet in terra, et erit deformatus orbis atque desertus, quod in carminibus Sibyllinis ita dicitur: Ἔσται κόσμος, κ. τ. λ. »

129. Edd. et codd. ἀπάφητον: nos correximus. Quæ sequuntur, plane corrupta erant in codd. et conjecturis tantum restitui potuerunt. Hoc ipso in versu ferebant edd. et codd. βιαζομένη δ' ἄρα γαῖα, carentibus nexu sententiis, et syntaxi laborante.

130. Edd. et codd. θεὸν ἐπεδέξατο βωμούς, nisi quod B. ἐπιδέξατο habet, Cast. ad marg. ἐπεδείξατο, non male.

131. Pro ἀτμισθέντα, edd. et codd. ἄλγεα θέντα, excepto L. qui ἀλγηθέντα: nos conjectura usi sumus.

132. Dirigi hæc videntur adversus alios Sibyllistas, qui clementioribus vaticiniis mundi exitium prorogabant, sicut lib. VIII, v. 357, sq. et lib. II, v. 312, sq. ubi septem dies, id est, anni septem pœnitentiæ conceduntur. Confer etiam infra, not. ad v. 139.

133. Κακὸς χρόνος recurret infra, v. 158, et κακὸν ἦμαρ, lib. VIII, v. 174. Obscurum est ἀλδαίνοντες, nisi intelligas *augentes*, *producentes*, *prorogantes*; confer not. pr.

134. Edd. δασσάμενοι. L. δασάμενοι. B. δυσάμενοι, recte, sicut supra, v. 70,

Vastari totam cernentibus undique terram.
Væ tibi ! væ, damnata, tibi, maris unda profundi !
Ignis edax perdet te flammis, tu sale gentes.
Tantus enim terris desæviet ignis, aquæ vis
Quanta fluet : terramque exuret funditus, uret
Montes, siccabit fontes, fluviosque cremabit.
Nec mundus jam mundus erit, populique peribunt,
Heu! miseri, ardentes flammis, et lumina tollent
Ad cælum, non jam stellis, verum igne coruscum.
Nec tamen exitio celeri, sed funere lento
Tabescent, usti calido per sæcula flatu,
Discentque æterni non falli jura Tonantis.
Tunc erit ut tellus violet quodcumque colebat,
Quisquis et impositus fuerat mendacibus aris,
Non deus, at vacuo periturus in aere fumus.
Hos vero graviora manent, qui fenore turpi
Improba vaticinantur, et augent tempus acerbum;
Induti qui pelle ovium, se nomine falso
Hebræos jactant, alio de sanguine creti;
Verba dare in primis gnari, et mala ponere lucro;
Qui mores vertent hominum, sed fallere justos
Non poterunt, vera Numen pietate colentes.
Sed quum tertia sors annorum venerit, intra

δυσάμενος vel ἐνδυσάμενος lectum est. In versus fine, pro vulgata ῥίνα, rectius nos ῥινά. Sensus est apud Matth. cap. 7, v. 15 : Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προφητῶν.

135. Edd. A. B. ἔκλαβον. L. ἔλαβον. Nos correximus. Videntur hoc loco taxari Christiani hellenizantes, qui a judaizantibus falso repudiabantur : confer Excursum nostrum V.

136. L. λόγοισι λαλοῦντες. Edd. cum B. λόγοις λαλέοντες. Sed scribendum nobiscum λόγους, quum etiam apud bonos auctores λόγους λέγειν sit *irrita verba facere*.

137. Edd. et B. ἀλλάξουσιν κοὺ π. L. ἀλλάξουσι κοὺ π. Nos correximus. Hoc vero aperte adversus eos qui, a Judaïcis ritibus discesserant : confer not. ad v. 135, et Excursum Nostrum V.

138. A. ὅτε θεόν. Deinde edd. cum A. B. πάμπυστα. L. πάμπιστα, ut nos, quod jam Cast. margini ascripserat. Sic fere infra, v. 157, legendum erit πανάπιστος.

139. Hujus et sequentis versus sententia non satis liquet. Videtur innui tertium sæculum, æræ videlicet Ægyptiacæ, quæ incipit a Cleopatræ fine, anno ante Chr. 30; ejusque sæculi ogdoas prima annorum, sive hebdomadis secundæ annus primus, qui incidit in annum Christi 178, Urbis conditæ 931, extremis M. Aurelii temporibus. Atqui libro VIII differetur mundi finis in annum Urbis 948, Christi 195. An eo pertinet quod paulo ante præcesserat, κακὸν χρόνον ἀλδαίνοντες?

Ὀγδοάτης πρώτης, ἄλλος πάλι κόσμος ὁρᾶται.
Νὺξ ἔσται πάντη . . . . . . μακρὴ καὶ ἀπειθής.
Καὶ τότε μὲν θείου δεινὴ περιβήσεται ὀδμὴ,
Ἀγγέλλουσα φόνους, ὁπόταν κεῖνοι ἀπόλωνται
Νυκτί τε καὶ λιμῷ. Τότε γεννήσει καθαρὸν νοῦν
Ἀνθρώπων, στήσει δὲ τεὸν γένος, ὡς πάρος ἦν σοι.
Οὐκέτι τις κόψει βαθὺν αὔλακα γυρῷ ἀρότρῳ·
Οὐ βόες ἰθυντῆρα κάτω βάψουσι σίδηρον·
Κλήματα δ' οὐκ ἔσται, οὐδὲ στάχυς· ἀλλ' ἅμα πάντες
Μάννην τὴν δροσερὴν λευκοῖς ὑπ' ὀδοῦσι φάγονται.
Σὺν δ' αὐτοῖς ἔσται τότε καὶ Θεὸς, ὅστε διδάξει,
Ὡς ἐμὲ τὴν λυγρήν. Ὅσα γὰρ κακὰ πρόσθεν ἔρεξα
Εἰδυῖ', ἄλλα τε πολλὰ κακῶς ἐπόνησ' ἀμελοῦσα.
Μυρία μέν μοι λέκτρα, γάμος δ' οὐδεὶς ἐμελήθη.
Πᾶσι δ' ἐγὼ πανάπιστος ἐπήγαγον ἄγριον ὅρκον.
Δευομένους ἀπέκλεισα, καὶ ἐν προμολοῦσιν ἰοῦσα
Εἴκελον εἰς αὐλῶνα, Θεοῦ φάτιν οὐκ ἐνόησα.
Τοὔνεκα πῦρ μ' ἔφαγεν καὶ βρώσεται. Οὐδὲ γὰρ αὐτὴ
Ζήσομαι, ἀλλ' ὀλέσει με κακὸς χρόνος, ἔνθα τάφον μοι
Ἄνθρωποι τεύξουσι, παρερχόμενοί με θαλάσσῃ,
Καί με λίθοις ὀλέσουσ'· ἐπ' ἐμῷ γὰρ πατρὶ κλιθεῖσα,
Υἷα φίλον μετέδωκα. Βάλοιτέ με, βάλλετε πάντες.
Οὕτω γὰρ ζήσω, καὶ ἐς οὐρανὸν ὄμματα πήξω.

140. Videtur legendum ὀγδοάδος.

141. Lacunam in medio versu signavimus, quam edd. in fine versus indicant; B. nullam ostendit. L. μακρή καὶ ἀπειθής τε, sine lacuna.

144. L. λοιμῶ, id est λοιμῷ.

145. Edd. στήσει δέ τε γένος. A. B. L. τεόν, ut nos, quo nempe absens Judæa compelletur. Legendum fortasse, στήσει δὲ Θεὸς γένος, et in fine ὡς πάρος ἦεν vel ὡς πάρος ἦν περ, sicut alias in Sibyllinis. Rursus hæc omnia petita sunt e Millenariorum sententia.

148. Edd. κλήματα δ' οὐκ ἔστ' οὐδέ στάχυες, ubi B. κτήματα, L. οὐκ ἔσται. Nos metro consuluimus.

149. Edd. cum A. B. μάννην. L. μήνην, ridicule. Deinde B. λευκοῖσιν ὑπ' ὀδ. De sensu confer nos ad Procemii et secundi libri versus ultimos.

150. Edd. A. B. θοὴ ὥστε, sine sensu. L. diserte, θεὸς ὅστε, quod jam Castalio conjecerat.

151. Similis occurrit versus lib. II, v. 344, et prorsus comparandi sunt ambo loci, quorum alterum ab altero ductum esse statim apparebit.

152. Pr. et Cast. cum codd. εἰδυῖα: Ops. primus elisit; et sic lib. II, v. 345. Deinde L. tres seqq. versus omittit, non

Ogdoadem primam, mundus spectabitur alter.
Nox erit hæc incredibili caligine longa.
Spargetur mundo teterrima sulfuris aura,
Nuncia terrigenum cladis, quum nocte peribunt
Atque fame. Sed, dante Deo, purissima rursus
Corda hominum fient, gensque, ut fuit ante, resurget.
Jam nec humum quisquam curvo proscindet aratro;
Nec sulco ferrum bos imprimet, agmine recto
Procedens; nec vitis erit, nec arista: sed omnes
Roscida cælestis gustabunt pabula mannæ;
Et Deus his aderit præsens, ipsosque docebit,
Sicut me miseram. Nam quæ scelera ante patravi,
Multa quidem prudens, imprudens plurima feci.
Mille mihi thalami, connubia mille fuere;
Juratamque fidem violavi semper; egenos
Limine sùmmovi; et pravæ vestigia turbæ
Molle sequens per iter, neglexi Numinis iram.
Hinc me vis atrox flammæ vorat atque vorabit.
Nam neque semper ero: sed me mala tempora perdent,
Quum mihi nautarum manus advena triste sepulcrum
Imponet, saxis oppressæ. Quippe parenti
Mixta dedi sobolem. Saxis me cædite cuncti,
Cædite. Sic etenim vivam cælumque videbo.

proposito, sed per incuriam librarii properantius ad alteram paginam transeuntis.

154. Edd. cum A. B. πανάπυστος: nos correximus.

155. Pr. et Cast. δευομένης. B. δευομένοις. Correxit Ops. e lib II, v. 344, præeunte Cast. conj.

156. Edd. cum A. B. ἴκελον. L. ut nos, εἴκελον, *similem*, id est, *a ceteris tritum, vulgarem.*

157. Edd. cum A. B. ἔφαγεν. L. ἔφαγε. Deinde edd. et A. καὶ βρώσεως, ubi conjecerat Ops. καὶ βρώσιες. B. καὶ βρῶσις. Sed L. diserte, καὶ βρώσεται.

159. Edd. cum B. τεύξουσι ἐπανερχόμενοι. A. τεύξουσιν ἐπαν. L. ut nos παρερχόμενοι, sed omissa priore voce.

160. Edd. cum A.B. ὀλέσουσιν· ἐπί μοι γὰρ (B. ἐπεί μοι γάρ) πατρὶ λαλοῦσα. L. ὀλέσσουσιν· ἔπειμι γὰρ πατρὶ λαλ. Nos correximus, præeunte Opsopœi conjectura, et hujus ipsius libri versu 44, ubi et ἐπὶ πατρὶ sic legitur.

161. Edd. cum A.B. μετέδωκε. L. μετέδωκα, recte, quod olim conjecerat Ops. Versus in B. truncatus sic exhibetur: υἷα φίλον μετέδωκε· βαλεῖτε παντες, sine ullo lacunæ signo.

162. L. καὶ εἰς οὐρ. ὄμμα π.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΟΓΔΟΟΣ.

Ἐρχομένης μεγάλης ὀργῆς ἐπὶ κόσμον ἀπειθῆ
Ὕστατον εἰς αἰῶνα, Θεοῦ μηνίματα φαίνω,
Πᾶσι προφητεύουσα κατὰ πτόλιν ἀνθρώποισιν.
Ἐξότε δὴ πύργος τ' ἔπεσε, γλῶσσαί τ' ἀνθρώπων
Εἰς πολλὰς θνητῶν ἐμερίσθησαν διαλέκτους,
Πρῶτα μὲν Αἰγύπτου βασιλήϊον, εἶτα τὸ Περσῶν,
Μήδων, Αἰθιόπων, καὶ Ἀσσυρίης Βαβυλῶνος,
Εἶτα Μακηδονίης τῦφον μέγαν αὐδήσασα,
Πέμπομαι εἰς Ἰταλῶν κλεινὴν βασιλείαν ἄθεσμον.
Ὑστάτιον πᾶσι δείξει κακὰ πολλὰ βροτοῖσι,
Καὶ πάσης γαίης ἀνδρῶν μόχθους δαπανήσει.
Ἄξει δ' αἰχμητὰς βασιλεῖς ἐθνῶν ἐπὶ δυσμὰς,
Καὶ θεσμοὺς θήσει λαοῖς, καὶ πάνθ' ὑποτάξει.
Ὀψὲ Θεοῦ μῦλοι ἀλέουσι τὸ λεπτὸν ἄλευρον.

Tit.—Hic liber in codd. R. L. et Florentino, primus est ordine, ut jam diximus; in A. B. sicut in editis, octavus. A. diserte cum edd. λόγος ὄγδοος.

1. Lactantius de Ira Dei, cap. 23, hunc et duo seqq. versus citat, tanquam exordium Sibyllæ cujusdam a Cumæa et Erythræa diversæ. Scribit autem ordine inverso ὀργῆς μεγάλης.

2. Lact. ἔσχατον. Idem cum R. L. μηνύματα, ubi edd. cum A. B. μηνίματα, quanquam utrumque stare potest.

3. Lact. προφητεύσασα. Confer lib. III, v. 298 et 491.

4. Expressus est hic versus e lib. III, v. 105.

5. Citatur hic a Theophilo, sed non suo ordine : confer annotata ad lib. III, v. 106. Legerat sine dubio Eusebius, quum ait, Præp. Ev. IX, cap. 14, ὡς ἀπὸ μιᾶς γλώσσης εἰς πολλὰς συνεχύθησαν διαλέκτους.

6. Hic et seq. expressi sunt e lib. III, v. 159, sq.

7. Cast. et Ops. Ἀιθιόπων τε καί, forsan e libro III, v. 161. Pr. et codd. τε omittunt.

8. Pr. et codd. μακεδονίης. Cast. emend

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

LIBER OCTAVUS.

Terribilem mundo indocili divinitus iram,
Arsurosque Tonantis in ultima sæcla furores
Proloquor, humanasque cano ventura per urbes.
Ex quo procubuit turris, variumque sonantes
Cœperunt spargi subita in discrimina linguæ,
Principio Ægypti, dein Persarum inclita regna,
Medorum Æthiopumque atque Assyriæ Babylonis,
Inde Macedoniæ fastus effata superbos,
Mittor ad Italiæ populos, erit ultima quorum
In terris clara ante omnes et iniqua potestas;
Terrigenisque ferent mala multa, hominumque labores
Absument, regesque feros legesque tremendas
Litus ad occiduum mittent, et cuncta domabunt.
Sera Dei mola far minuit subtile terendo.

9. Pr. et Cast. πέμπτον εἰς ἰταλῶν, ubi B. πέμπον. Ops. cum R. L. πέμπομαι.

10. Pr. et Cast. cum B. et L. πᾶσιν. Ops. πᾶσι, ut nos. A. verba invertit, δείξει πᾶσιν. Initio desideratur copula, hiantibus male sententiis.

12. R. L. ἕξει, male. Deinde Pr. et Cast. ἀκμητούς, ubi Ops. e conj. ἀκμήτους. B. ἀκμῆτάς, sic gemino accentu. R. L. ἀκμῆτας, sed ita ut in L. fuerit a priore manu ἀκμήτας. Pithœi quoque codex, ἀκμήτας. A. pessime ἀκμῆ τάς. Non dubium est, quod de nostro reposuimus, αἰχμητάς.

14. R. L. μῦλοι γ' ἀλέουσι. In L. recentiore manu superscriptum est ἀλέσουσι. Versus hic ex aliquo antiquiore poeta vel ex oraculo in proverbium abierat, quo sane respexit Plutarchus de Sera Num. vind. t. VIII, p. 172, ed Reiske: Ὥστε, inquit, οὐχ ὁρῶ, τί χρήσιμον ἔνεστι τοῖς ὀψὲ δὲ τούτοις ἀλεῖν λεγομένοις μύλοις τῶν θεῶν. E Plutarchi loco confictum versum retulit Henr. Stephanus in Thesauro suo, voce μύλος, hunc in modum: Ὀψὲ θεῶν ἀλέουσι μύλοι, ἀλέουσι δὲ λεπτά, quem et Jos. Scaliger in Stromatea suum proverbiorum retulit iisdem pror-

Πῦρ τότε πάντ' ὀλέσει, καὶ λεπτὸν χνοῦν ἀποδώσει
Ὑψικόμων ὀρέων κορυφὰς καὶ σαρκὸς ἁπάσης.
Ἀρχὴ πᾶσι κακῶν φιλοχρημοσύνη καὶ ἄνοια.
Χρυσοῦ γὰρ δολίοιο καὶ ἀργυρίου πόθος ἔσται.
Οὐδὲν γὰρ τούτων θνητοὶ μεῖζον προέκριναν,
Οὐ φάος ἠελίου, οὐκ οὐρανὸν, οὐδὲ θάλασσαν,
Οὐ γαῖαν πλατύνωτον, ὅθεν φύουσιν ἅπαντα,
Οὐ τὸν πάντα διδόντα Θεὸν, γεννήτορα πάντων,
Οὐ πίστιν τούτων καὶ εὐσεβίην προέκριναν.
Πηγὴ δυσσεβίης καὶ ἀταξίης προοδηγὸς,
Μηχανίη πολέμων, εἰρήνης ἐχθρά τ' ἄνοια,
Ἐχθραίνουσα τέκνοις γονέας καὶ τέκνα γονεῦσι.
Κοὐδὲ γάμος ἅμα χρυσῷ ὅλος ποτὲ τίμιος ἔσται.
Γαῖά θ' ὅρους ἕξει, καὶ φρουροὺς πᾶσα θάλασσα,
Πᾶσι μεριζομένη δολίως τοῖς χρυσὸν ἔχουσιν,
Ὡς αἰῶσι θέλοντας ἔχειν πολυθρέμμονα γαῖαν.
Πορθήσουσι πένητας, ἵν' αὐτοὶ, πλείονα χῶρον
Προσπορίσαντες, ἀλαζονίῃ καταδουλώσωσι.
Κεἰ μὴ γαῖα πέλωρος ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Τὸν θρόνον εἶχε μακρὰν, οὐκ ἦν ἴσον ἀνδράσι φέγγος,
Ἀλλ' ἀγοραζόμενον χρυσῷ πλουτοῦσιν ὑπῆρχε,
Καὶ πτωχοῖς αἰῶν' ἕτερον Θεὸς ἡτοίμαζεν.
Ἥξει σοί ποτ' ἄνωθεν ἴση, ὑψαύχενε Ῥώμη,
Οὐράνιος πληγὴ, καὶ κάμψεις αὐχένα πρώτη,
Κἀξεδαφισθήσῃ, καὶ πῦρ σε ὅλην δαπανήσει,
Κεκλιμένην ἐδάφεσσιν ἑοῖς, καὶ πλοῦτος ὀλεῖται,
Καὶ σὰ θέμεθλα λύκοι καὶ ἀλώπεκες οἰκήσουσι,
Καὶ τότ' ἔσῃ πανέρημος ὅλως, ὡς μὴ γεγονυῖα.
Ποῦ τότε Παλλάδιον? Ποῖός σε θεὸς διασώσει,

sus verbis, nisi quod ἀλέθουσι scripsit.

17. Pro ἀρχή, Pr. et Cast. cum B. ἄχρι. Correxit Ops. faventibus A. R. L. Similis est sententia lib. III, v. 642, et apud Phocyl. v. 37.

18. R. L. ἀργύρου.

20. A. ἠελίοιο.

22. B. αὐτὸν ἅπαντα δῶντα θεόν.

24. Ops. ἀταξίας. R. L. ἀταξίας προοδηγοί. A. quoque et B. προοδηγοί. Pr. et Cast. ut nos.

25. Edd. μηχανίης. B. μηχάνης. R. L. μηχανίη, ut nos. Deinde edd. ἔχθρα τ' ἄνοια. A. B. ἔχθρας τ' ἄνοια. R. L. ἐχθρά τ' ἀνθρώπεια, confusis scripturæ compendiis, unde tamen verum accentum recepimus vocis ἐχθρά : qua in voce quum ultima male corripiatur, etsi non sine Sibyllinis exemplis, nos vel τ' omittendum censemus, vel etiam ἐχθρὸς ἄνοια legendum, attica licentia, Sibyllæ haud aliena.

Omnia tunc ignis perdet, vertetque minutum
In cinerem montes altos carnemque superbam.
Causa mali cunctis avidi dementia lucri.
Quippe auri argentique furet vesana cupido.
Nil melius censent homines, nil carius istis,
Non lumen solis, non cælum, non maris æquor,
Non fetam gremio terram omniparente, neque ipsum,
Largitur qui cuncta, Deum, qui cuncta creavit;
Non fidei, non plus tribuunt pietatis amori.
Infelix rabies, fons impietatis, origo
Dissidii, cui bella placent, pax sola molesta est.
Hæc patribus natos, patres inimicat alumnis;
Nec jus connubii sinit esse, ubi fulserit aurum.
Terra omnis metas, custodes æquor habebit;
Cuncta dolo divisa ferent, quibus amplior auri
Copia, ceu terris optent sine fine potiri.
Diripient tenues, quo se majoribus agris,
Extendant, cogantque sibi servire minores.
Quod nisi terra procul cæli stellantis ab axe
Distaret, non ipsa foret lux omnibus æqua,
Sed quæsita auro solis locupletibus esset,
Pauperibusque alium faceret Deus æquior orbem.
Par tibi de cælo clades incumbet, et altum
Flectes prima caput, sublimis vertice Roma.
Strata jacebis humi, flammis consumpta, tuoque
Exæquata solo: simul omnis gaza peribit,
Inque tuis degent vulpesque lupique ruinis:
Usque adeo vacua, et tanquam non nata, manebis.
En ubi palladium? quis te defendet, an auro

26 Pr. et Cast. cum A. B. ἐχθραίνοντας. Ops. cum R. L. ἐχθραίνοντα. Cast. medelam indicaverat. Similis sententia recurret infra, v. 84, et apud Phocyl. v. 42. In fine, edd. γονεῦσιν, codd. γονεῦσι.

27. R. L. γάμος θ' ἅμα χρυσοῦ. Edd. A. B. ut nos. Legendum παρὰ χρυσόν, nisi forte est ἅμα pro ὁμοίως. Fortasse etiam legendum ὅλως pro ὅλος.

28. R. L. γαῖα φόρους ἕξει.

32. R. L. καταδουλώσουσι. Supple τοὺς πένητας, et confer infra v. 421.

33. Edd. et codd. καὶ εἰ μή.

40. Pr. et Cast. ἐδάφεσσι νέοις. Correxit Ops. faventibus codd.

41. Pr. cum codd. θεμέλια, præter A. qui θεμείλια: Cast. emendavit. Deinde Pr. λύκοι ἀλώπεκές τ' οἰκ. B. τ' omittit, quod Cast. in καί mutavit, typorum forte vitio. Ops. emendavit. Favent R. L.

Χρυσοῦς, ἢ λίθινος, ἢ χάλκεος; Ἢ τότε ποῦ σοι
Δόγματα συγκλήτου; Ποῦ Ῥείης, ἠὲ Κρόνοιο,
Ἠὲ Διὸς γενεὴ, καὶ πάντων, ὧν ἐσεβάσθης
Δαίμονας ἀψύχους, νεκρῶν εἴδωλα καμόντων,
Ὧν Κρήτη καύχημα τάφου ἡ δύσμορος ἕξει,
Θρησκεύουσα θρόνοισιν ἀναισθήτοις νεκύεσσιν.
Ἀλλ' ὅτε σοι βασιλεῖς χλιδανοὶ τρὶς πέντε γένωνται,
Κόσμον δουλώσαντες ἀπ' ἀντολίης μέχρι δυσμῶν,
Ἔσσετ' ἄναξ πολιόκρανος, ἔχων πέλας οὔνομα πόντου,
Κόσμον ἐποπτεύων μιαρῷ ποδὶ, δῶρα πορίζων,
Χρυσὸν μὲν πάμπλειστον ἔχων, καὶ ἄργυρον ἐχθρῶν
Πλείονα συλλέξας, καὶ γυμνώσας ἀναλύσει,
Καὶ μαγικῶν ἀδύτων μυστήρια πάντα μεθέξει,
Παῖδα θεὸν δείκνυσιν, ἅπαντα σεβάσματα λύσει,
Κἀξ ἀρχῆς τὰ πλάνης μυστήρια πᾶσιν ἀνοίξει.
Αἴλινος ἔκτοτε καιρὸς, ὅτ' [αἴλινος αὐτὸς] ὀλεῖται.
Καί ποτε δῆμος ἐρεῖ, Μέγα σὸν κράτος, ἄστυ, πεσεῖται,
Εἰδὼς εὐθὺ τὸ μέλλον ἐπερχόμενον κακὸν ἦμαρ.
Καὶ τότε πενθήσουσιν ὁμοῦ, τὴν σὴν προβλέποντες
Οἰκτροτάτην μοῖραν, πατέρες καὶ νήπια τέκνα·

47. Hunc et seq. versum habet Lactantius, lib. I, cap. 11, qui tamen νεκύων scripsit.

48. Lact. τάφους pro τάφου et ἴσχει pro ἕξει, utrumque non male. Cast. et Ops. ἴσχει e Lactantio; Pr. cum codd. ἕξει. A. verbis inversis, τάφου καύχημα, et in fine ἕξει. De sepulcro Jovis in Creta, confer omnino Lactantii locum, ibique intpp. Sed et Celsus hæc legisse videtur, qui, apud Origen. lib. III, c. 43, λέγει περὶ ἡμῶν ὅτι καταγελῶμεν τῶν προσκυνούντων τὸν Δία, ἐπεὶ τάφος αὐτοῦ ἐν Κρήτῃ δείκνυται, nisi ex aliis christianismi apologetis hoc sumpserat, quorum tamen neminem Tatiano antiquiorem Jovis sepulcri meminisse reperimus; et a Celso quidem Sibyllinos Christianorum libros non modo tractatos, sed et acerbissime exagitatos esse scimus.

49. Θρόνοισιν utitur Noster de *thronis* quos solebant diis consecrare; unde sæpe apud poetas χρυσόθρονος, ποικιλόθρονος et similia. Nam θρόνα, *flores*, minus recte huc referas.

50. Pessime B. χλιδὰν ἢ τρισπέντε γένονται. Pr. etiam γένονται, barbare. Ductum est χλιδανοί e lib. III, v. 356. Quindecim innuuntur imperatores quos initio libri V recensuit Sibylla, a Julio Cæsare ad Cæsarem Hadrianum, utroque comprehenso.

52. R. L. ἔσσεται ἄναξ. Omnes deinde nobiscum πολιόκρανος, etsi metrum repugnat. Recte nos remittit Ops. ad lib. III, v. 176, ubi tamen non πολιόκρανος, sed πολύκρανος legitur, de republica Romana, non de imperatore dictum. Usus erat fortasse Noster depravato libri III codice, in quo πολιόκρανος scriptum erat, idque de Hadriano accipiendum duxerat. Idem Hadrianus lib. V, v. 47 et 49, ἀργυρόκρανος et κυανοχαίτης vocatus est, ubi notas confer.

53. De longinquis ac pæne continuis Hadriani peregrinationibus conferendi

Factus, an ære, deus? Quid tum consulta senatûs?
Quid tum matre Rhea Saturnove edita proles,
Seu Jove, sive aliis, quorum tu, vana, colebas
Exanimos manes, simulacraque luce carentum
Heroum, quorum jactat se Creta sepulcris,
Imponens templis homines tellure repostos.
Sed tibi quum reges fuerint ter quinque superbi,
Per quos ferre jugum discent occasus ėt ortus,
Rex erit albenti capite, et cognomine ponti
Insignis, pede qui mundum lustrabit iniquo,
Dona petens, auri atque argenti pondus, ut hostes
Divitiis superet, nudatoque orbe redibit.
Arcani magici mysteria cuncta requiret,
Et puerum volet esse deum, sacra omnia tollens,
Errorisque vetus cunctis penetrale recludens.
Heu, miserum tempus tum, quum miser ipse peribit!
Quum gens infelix, Urbs occidit, undique dicet,
Gens dominata diu, sed nunc mala proxima cernens;
Et luctu unanimi tua tristia fata querentes
Flebunt instantem casum puerique senesque,

præsertim Xiphilinus et Spartianus in ejus principis vita.

54. Edd. et codd. ἐχθρόν. Cast. jam ἐχθρῶν conjecerat.

55. Recurret magna ex parte versus hic libro XIII, v. 126, ubi pro συλλέξας legitur haud male συλήσας. Deinde ad γυμνώσας supple τοὺς ἐχθρούς vel τοὺς λαούς, et ἀναλύσει accipe *redeundi* sensu, ut apud Sibyllam non semel.

56. De Hadriano idem testatur Xiphilinus, sive excerptus ab eo Dio Cassius, t. IV, p. 359, ed. Sturz.

57. Ops. δεικνύσει, barbare. Præsens est pro futuro, ut sæpe in Sibyllinis. Antinoum inter deos relatum taxat christianus poeta, sicut Justinus, Apol. I, § 29, Tatianus, contra Gr. § 10, aliique Ecclesiæ patres, sed vel apud gentiles Dio Cassius, p. 371, his verbis : Διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἐσκώπτετο (neque enim hæc a Xiphilino addita esse, demonstrant Excerpta Peiresciana); adde Julianum in Cæsaribus, t. II, p. 13, ed. Petav.

58. *Sic*, inquit, *patefaciet ethnicorum sacrorum originem*, secundum vulgatam apud antiquos Patres opinionem, ortum esse falsorum deorum cultum a nimia erga reges aut illustres viros reverentia. Pleni sunt hac opinione Sibyllini libri; confer supra, v. 47, sqq.

59. Edd. et A. B. ὅτι λίνος αὐτὸν ὀλεῖται. R. L. item, nisi quod λῖνος habent. Quidam putaverunt hoc versu significari genus mortis Hadriano destinatum, suspendium nempe, refragantibus historicis, qui omnes illum hydrope morbo exstinctum perhibent. Sed etiamsi priorem in λίνος licenter corripuerit Sibyllista, non potuit tamen ὀλεῖται activo sensu ponere, quum præsto esset ὀλέσσει. Nos una literula addita, altera mutata, versum et sensum restituimus. Notandum rursus Hadriani elogium, quale fere lib. V, v. 47, sqq. ubi notas confer.

60. Præstaret καὶ τότε. Deinde edd. et codd. μέγας ὢν κράτος : nos correximus.

Αἶ, αἶ, θρηνήσουσι λυγραῖς παρὰ Θύμβριδος ὄχθαις.
Τὸν μέτα τρεῖς ἄρξουσι πανύστατον ἦμαρ ἔχοντες,
Οὔνομα πληρώσαντες ἐπουρανίοιο Θεοῖο,
Οὗ τὸ κράτος καὶ νῦν κεὶς τοὺς αἰῶνας ἅπαντας.
Εἷς μὲν, πρέσβυς ἐὼν, σκήπτρων ἐπὶ πουλὺ κρατήσει,
Οἰκτρότατος βασιλεὺς, ὃς χρήματα κόσμου ἅπαντα
Δώμασιν ἐγκλείσει τηρῶν, ἵν', ὅταν γ' ἐπανέλθῃ
Ἐκ περάτων γαίης ὁ φυγὰς μητροκτόνος ἐλθὼν,
Ταῦτα ἅπασι διδοὺς, πλοῦτον μέγαν Ἀσσίδι θήσει.
  Καὶ τότε πενθήσεις πλατυπόρφυρον ἡγεμονήων
Φῶς ἐκδυσαμένη, καὶ πένθιμον εἷμα φοροῦσα,
Ὦ [βασιλὶς] μεγάλαυχε, Λατινίδος ἔκγονε Ῥώμης.
Οὐκέτι σοι τῆς σῆς μεγαλαυχενίης κλέος ἔσται,
Οὐδ' ὀρθωθήσῃ ποτὲ δύσμορος, ἀλλὰ κλιθήσῃ.
Καὶ γὰρ ἀητοφόρων λεγεώνων δόξα πεσεῖται.
Ποῦ τότε σοι τὸ κράτος; Ποία γῆ σύμμαχος ἔσται,
Δουλωθεῖσα τεαῖς ματαιοφροσύνῃσιν ἀθέσμως;
Πάσης γὰρ γαίης θνητῶν τότε σύγχυσις ἔσται,
Αὐτὸς παντοκράτωρ ὅταν ἐλθὼν βήμασι κρίνῃ
Ζώντων καὶ νεκύων ψυχὰς, καὶ κόσμον ἅπαντα.
Κοὔτε γονεῖς τέκνοισι φίλοι, οὐ τέκνα γονεῦσιν
Ἔσσονται, διὰ δυσσεβίην καὶ θλίψιν ἄελπτον.
Ἔκτοτέ σοι βρυγμὸς, καὶ σκορπισμὸς, καὶ ἅλωσις,
Πτῶσις ὅταν ἔλθῃ πόλεων καὶ χάσματα γαίης.
  Πυρφόρος ὥστε δράκων ὁπόταν ἐπὶ κύμασιν ἔλθῃ,

64. R. L. αἶ αἰνὰ θρ. fortasse pro αἴλινα, sicut v. 59 bis lectum est αἴλινος. Deinde Pr. et Cast. cum B. θύβριδος : Ops. cum A. R. L. θύμβριδος, ut nos. Simillimus est apud Virgilium de Marcello locus, Æn. VI, v. 873, sqq.

65. Confer lib. V, v. 51.

66. Ex Antoninorum nomine hebraïcum Dei nomen *Adonai* exprimit poeta satis inepte.

67. Edd. cum B. οὗ τὸ κράτος νῦν καὶ εἰς τούς. R. L. καὶ νῦν καὶ εἰς. Nos correximus.

68. Hic est Antoninus, pietate notior quam avaritia. Causa vero avaritiæ mira sane a poeta excogitatur, quod sic eum fingat sibi a Neronis reditu præcavere.

69. R. L. κόσμου πάντα.

70. R. L. ὅταν ἐπανέλθῃ.

71. Confer infra, v. 153, sqq. ac præsertim libro V, v. 362, sqq. unde hæc ducta sunt.

72. Edd. ταῦτ' ἅπασι. R. L. ταῦτα πᾶσι. Nos correximus. In fine Pr. et Cast. θύσει. Ops. e Cast. conj. θήσῃ, barbare, etsi id erat apud Sibyllistam ferendum. Sed codd. omnes θήσει, ut nos. Respexit Noster ad lib. III, v. 350, sqq. quod et seqq. indicant.

73. R. L. ἡγεμόνων. Principum, id est, Antoninorum progeniem, reverso Nerone, finem habituram vaticinatur.

Heu! nimium flebunt ad mæstas Tibridis oras.
Post hunc regnabunt tres ultima tempora habentes,
Implebuntque Dei cælestis nomina, cujus
Et nunc est et semper erit suprema potestas.
Unus erit senior, diuturnaque sceptra tenebit,
Infelix animi princeps, qui totius orbis
Captas condet opes, ut quum sævissimus exsul
Occisor matris longinquo ex orbe redibit,
Thesauris Asiam dives locupletet apertis.
Et tunc luce tua flebis spoliata repente,
Lugubres induta peplos pro murice regum,
O regina ferox, o Romæ magna Latinæ
Filia; non tua jam turgebit gloria fastu,
Et prostrata semel, nunquam, o miseranda, resurges.
Nam vexilla cadent legionum, aquilæque superbæ.
Quo tibi tum vires? quæ te armis terra juvabit,
Injustis per te dominis servire coacta?
Nam genus omne hominum turbabitur undique terris,
Quum rex omnipotens veniet, solioque sedebit,
Ut vivos functosque, et totum judicet orbem.
Nec patribus nati, nec natis fida parentes
Corda gerent, quum vi subita gens impia cladem
Sentiet. Atque ibi tum gemitus, dispersio, cædes;
Oppida nam labefacta ruent, et terra dehiscet.
Quum veniet ponto velut ignea forma draconis,

75. Edd. et codd. ὦ βασιλεῦ : nos correximus; nam et præcedens versus femininum nomen vocabat, et ipsam Romam a Poeta compellari arguit totus sententiarum tenor. Nec dubium est quin, ut supra v. 50, oculos verterit ad librum III, v. 356, sic habentem : Ὦ χλιδανὴ ζάχρυσε Λατινίδος ἔκγονε Ῥώμης. Sub finem Pr. et Cast. cum B. ἔγγονε habent : Ops. cum R. L. ἔκγονε, rectius.

76. B. σῆς omittit.

78. Edd. et codd. ἀετοφόρων, repugnante metro : nos correximus; est enim poeticum ἀητός pro ἀετός.

79. Confer supra, v. 43, sqq.

80. Pr. et Cast. τεοῖς. Correxit Ops. Male R. δουλωθείσῃ ταῖς. L. δουλωθήσῃ ταῖς.

81. B. τότε omisit : habet Lactantius, lib. VII, cap. 24, ubi hunc et duo seqq., citat : in hoc legit, τότε θνητῶν.

82. Lact. αὐτὸς ὁ π. ὅταν ἔλθῃ βήματι κρῖναι. Confer infra, v. 222.

84. Confer supra, v. 26.

88. R. L. πυρφόρος τε δρ. Draco ille est, de quo multa allegorice prædicuntur in Apocal. cap. 12 et 13, vel potius orta e dracone bestia, ipsi simillima, quam e mari ascendentem vidit sacer vates, ibid. cap. 13, v. 1. De Æsculapio Romam advecto vana conjectant apud Sibyllam hoc loco interpretes.

Γαστέρι πλῆθος ἔχων, καὶ θρέψῃ σεῖο τὰ τέκνα,
Ἐσσομένου λιμοῦ τε καὶ ἐμφυλίου πολέμοιο,
Ἐγγὺς μὲν κόσμου τὸ τέλος, καὶ ἔσχατον ἦμαρ,
Καὶ δοκίμοις κλητοῖς κρίσις ἀθανάτοιο Θεοῖο.
Πρῶτα δὲ Ῥωμαίων ἀπαραίτητος χόλος ἔσται·
Αἱμοπότης καιρὸς καὶ δύστηνος βίος ἥξει.
Αἶ αἴ σοι, Ἰταλὴ χώρη, μέγα βάρβαρον ἔθνος,
Οὐκ ἐνόησας, ὅθεν γυμνὴ καὶ ἀνάξιος ἦλθες
Πρὸς φάος ἠελίοιο, ἵν' εἰς αὐτὸν πάλι χῶρον
Γυμνὴ χωρήσῃς, καὶ ὕστερον εἰς κρίσιν ἔλθῃς,
Ὡς ἀδίκως κρίνουσα. . . . .
Χερσὶ γιγαντείῃσι μόνη κατὰ κόσμον ἅπαντα,
Ἐξ ὕψους ἐλθοῦσα, κατοικήσεις ὑπὸ γαῖαν.
Νάφθᾳ, κἀσφάλτῳ, καὶ θείῳ, καὶ πυρὶ πολλῷ
Ἐξαφανισθήσῃ, καὶ ἔσῃ κόνις αἰώνεσσιν
Αἰθομένη. Καὶ πᾶς ὁ βλέπων μυκηθμὸν ἀκούσει
Πένθιμον ἐξ ἀΐδαο μέγαν, καὶ βρυγμὸν ὀδόντων,
Καὶ ταῖς σαῖς παλαμαῖς ἄθεα στήθη παταγοῦσαν.
Πᾶσιν ὁμοῦ νὺξ ἐστιν ἴση, τοῖς πλοῦτον ἔχουσι,
Καὶ πτωχοῖς· γυμνοὶ δ' ἀπὸ γῆς, γυμνοὶ πάλιν εἰς γῆν
Αἴξαντες, λήγουσι βίου χρόνον ἐκτελέσαντες.
Οὐδεὶς δοῦλος ἐκεῖ, οὐ κύριος, οὐδὲ τύραννος,
Οὐ βασιλεῖς, οὐχ ἡγεμόνες μάλα τῦφον ἔχοντες,
Οὐ νομικὸς ῥήτωρ, οὐκ ἄρχων χρήμασι κρίνων·
Οὐ θυσιῶν σπονδαῖς ἐπὶ βωμοῖς αἷμα χέουσι·
Τύμπανον οὐκ ἠχεῖ, οὐ κύμβαλον . . . . . .,
Οὐκ αὐλὸς πολύτρητος ἔχων τε φρενοβλάβον αὐδὴν,
Οὐ σκολιοῦ σύριγμα φέρον μίμημα δράκοντος,

89. Pr. Cast. cum A. B. καὶ θρέψει σοῖο τὰ τέκνα R. L. καὶ θρέψει σου τὰ σὰ τέκνα. Nos σεῖο pro σοῖο, et θρέψῃ pro θρέψει, jubente grammatica. Sed pro θρέψῃ legendum θλίψῃ.

90. Melius ἐμφύλου legeretur. B. in fine, πολέμου, versu claudo.

91. R. ἐγγὺς μὲν γάρ. L. ἐγγὺς γάρ. Edd. ut nos.

93. Confer lib. III, v. 51.

95. Pr. Cast. A. B. αἲ αἲ ἰταμὴ χώρη. R. L. αἲ αἴ σοι ἰταμὴ χ. Correxit Ops.

97. R. L. ἠελίοιο κεἰς αὐτόν. Sed L. in margine καὶ εἰς.

98. B. χωρήσεις.

99. Videtur ὡς construendum esse cum ἐνόησας quod præcessit, etsi sententia parum expedite provehitur, et longam, ut aiunt, caudam trahit. Ceterum in R. L. integer legitur hic versus : ὡς ἀδίκως κρίνουσά τε χερσὶ γιγαντέῃσι, truncato sequentis versus initio, quod et Opsopœo placuit. Pr. Cast. A. B. ut nos, nisi quod γιγαντίῃσι male scribunt.

Gestans agmina ventre, tuosque elidet alumnos;
Quumque fames aderit, simul et civilia bella;
Jam finis mundi, jam lux extrema paratur,
Judiciumque Dei justis sanctisque propinquat.
Sed prius incumbet non eluctabilis ira
Romulidum, miseræque vices, tempusque cruentum.
Væ tibi, væ, terra Italiæ, gens barbara et ingens!
Non tu sperabas, quum nuda et fœda venires
Ad solem e tenebris, nudam te rursus eodem
Casuram, et sævi subituram judicis iras;
Ut, quum jura orbi dederis male.. ..,
Strata giganteis manibus tu sola per orbem,
Delapsa ex alto, degas tellure sub ima,
Et naphtha, liquidoque bitumine, sulfure et igni
Dispereas, ardensque cinis per sæcula fias;
Et te quisque videns, lugubres audiat imo
Ex orco planctus, dentesque immane crepantes,
Teque impura tuis tundentem pectora pugnis.
Illic nox eadem cunctis, locupletibus atque
Pauperibus. Nudi e terra, nudi quoque terram
E vita repetunt, postquam breve deficit ævum.
Illic non servus, non est herus atque tyrannus,
Non rex, non fastu dux ebrius, aut mala lingua
Causidici, aut judex auro qui ponderet æquum.
Illic libato non tingitur ara cruore;
Tympana non resonant, non cymbala.....
Tibia multifori nec turbat pectora cantu,
Nec lituus forma tortos imitante dracones,

100. R. L. et Ops. μούνῃ, sic incipiente mutilo versu.

102. Pr. et Cast. cum A. B. νάφθᾳ τε καὶ ἀσφ. R. L. item, qui deinde καὶ θείῳ omittunt. Correxit Ops.

106. R. L. καὶ ἐαῖς. Omnes in fine, πατχγοῦσα, præter Ops. qui emendavit.

107. B. πᾶσιν ὁμοῦ νύξ ἔσῃ.

109. Edd. et codd. αὔξοντες, sine sensu: nos αἴξαντες ab αἴσσω vel ἀίσσω, verbo Sibyllæ in primis grato.

110. R. L. οὐδεὶς δὲ δοῦλος ἐκεῖ. Expressi sunt fere ad verbum hic et seq. versus, lib. II, v. 323, sqq.

114. Lacuna est in edd. et codd. Quæ adduntur, de musicis præsertim instrumentis, ducta sunt ex Apocal. cap. 18, v. 22, sq.

115. R. L. τε non habent. Deinde omnes φρενόβλαβον, malo accentu.

116. Pr. et Cast. cum B. φέρων. Ops. cum R. L. φέρον, ut nos. Videtur σύριγμα male positum pro genere quodam litui συρίζοντος, id est, sonitum quoque

Οὐ σάλπιγξ πολέμων ἀγγέλτρια βαρβαρόφωνος·
Οὐ κώμοις μεθύοντες ἀθέσμοις, οὐχὶ χορείαις·
Οὐ φθόγγος κιθάρης· οὐ μηχανίη κακοεργός·
Οὐκ ἔρις, οὐκ ὀργὴ πολυποίκιλος, οὐδὲ μάχαιρα
Ἔστι παρὰ φθιμένοις· ἀλλ' αἰὼν κοινὸς ἅπασι,
Κλειδοφύλαξ εἱρκτῆς μεγάλης ἐπὶ βῆμα Θεοῖο.
. . . .
Χρυσοῖς τε ξοάνοισι καὶ ἀργυρέοις λιθίνοις τε
Ὡραῖαι γίνεσθε, ἵν' ἔλθητ' εἰς πικρὸν ἦμαρ,
Σὴν πρώτην κόλασιν, Ῥώμη, καὶ βρυγμὸν ὁρῶσαι.
Κοὐκέτι σοι δούλειον ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσει
Οὐ Σύρος, οὐχ Ἕλλην, οὐ βάρβαρος, οὐκ ἔθνος ἄλλο.
Ἐκπορθηθήσῃ, κἀκπραχθήσῃ ὅσ' ἔπραξας,
Δώσεις τ' οἰμώξασα φόβῳ, μέχρι πᾶν ἀποτίσεις.
Καὶ σὺ θρίαμβος ἔσῃ κόσμῳ, καὶ ὄνειδος ἁπάντων.
  Ἔκτοτε δ' αὖ Λατίνων ἕκτη γενεὴ βασιλήων
Ὑστάτιον βίον ἐκτελέσει, καὶ σκῆπτρα προλείψει.
Τῆς αὐτῆς γενεῆς ἕτερος βασιλεὺς βασιλεύσει,
Ὃς πάσης γαίης ἄρξει, καὶ σκῆπτρα κρατήσει·
Ἄρξει δ' αὐτοκέραστα, Θεοῦ βουλαῖσι μεγίστου,
Παῖδες καὶ παίδων τούτου γενεὴ ἀσαλεύτων,
(Ὡς γὰρ θέσφατόν ἐστι), περιπλομένοιο χρόνοιο,
Ὁππόταν Αἰγύπτου βασιλεῖς τρὶς πέντε γένωνται.
  Ἔνθεν ὅταν φοίνικος ἐπέλθῃ πενταχρόνοιο,

non formam modo serpentis imitante. Inflexorum et serpentis more intortorum specimina multa lituorum sive cornuum in antiquis monumentis reperias.

118. Edd. A. B. τορείαις. R. L. ut nos.

121. An melius ἐστί? sed omnes ἔστι, ut nos. Deinde edd. παραφθιμένοις, uno verbo; sed R. L. dividunt; in B. dubitandi locus est, quum accentus in παρά videatur a recentiore manu profectus.

122. Pr. et Cast. κλαδοφύλαξ : sed Ops. cum codd. κλειδοφύλαξ. Solus A. κλυδοφύλαξ. Post hunc versum lacunam indicavimus quam nemo hactenus animadverterat, quippe in codd. non apparentem. Supplenda est e libro III, v. 57, hoc modo : Ἄρτι δέ τοι κτίζεσθε, πόλεις, κοσμεῖσθέ τε πᾶσαι : nam sequentia in utroque libro prorsus consonant, neque illo versu carere possunt.

123. Edd. et codd. χρυσοῖς τε ξοάνοισιν, ἀργυρέοις λιθίνοις τε : nos correximus. Confer lib. III, v. 58, sq.

124. Pr. et Cast. ὡραῖα. Ops. et codd. ὡραῖαι, ut nos. Refertur autem ad vocem πόλεις supra omissam : confer not. ad v. 122.

125. R. L. σὴν πρότερον κ. et in fine ὁρῶσαι, melius sane quam edd. et A. B. ὁρῶσα : nam et hoc ad πόλεις refertur.

131. R. L. ἔκτοτε γε λατ. Fuit olim fortassis ἔκτοτε Λατίνων, sine copula; sic enim variat hujus vocis quantitas apud Sibyllam. Deinde R. γονέων, L. γενέων, et uterque βασιλείων. Edd. cum A. B. γενεῶν βασιλήων habent. Nos correximus.

Nec tuba barbarico sonitu prænuntia belli.
Non choreæ, non ebrietas, non fœda libido,
Non citharæ voces, non pravæ industria fraudis,
Aut fera dissidia, aut versatilis ira; neque enses
Defuncti tractant; commune sed omnibus ævum
Carceris immensi custos in Judicis horam.

. . . .

Auro aut argento fictis aut marmore signis
Ipsæ vos ornate, diem ut subeatis atrocem.
Sed pœnas, o Roma, tuas, gemitumque, doloremque
Aspicient primum. Jam non tua vincla subibunt
Aut Syrus, aut Græcus, seu Barbarus aut alius quis.
Diripiere, luesque malum quodcunque patrasti,
Infelix, et dum persolveris omnia, flebis;
Jamque triumphus eris victis, jam dedecus orbi.
Inde Latinorum regum gens sexta, supremò
Functa die, vitam pariter sceptrumque relinquet.
At genere ex illo princeps dominabitur alter,
Qui terras omnes subiget, qui sceptra tenebit
Jure suo regnans (ea numinis æqua voluntas),
Succedetque olli stirps inconcussa nepotum
(Nam sic in fatis fixum) vertentibus annis,
Quum tulerit reges ter quinque Ægyptia tellus.
Hinc ubi Phœnicis jam quinta recurrerit ætas,

Redit vero auctor in sua vestigia, unde digressus erat supra, v. 75. Finem quippe imperii Romani post Antoninos futurum vaticinatur, quorum progeniem sextam vocat, quo pacto? nisi priores sic numerentur: prima Cæsarum; secunda Galbæ; tertia Othonis; quarta Vitellii; quinta Flaviorum. Sexta igitur per adoptiones a Nerva ad Antoninos continuari censenda est. Ea quum Hadriano mortuo extincta videretur, infra, v. 132, in Antonino ejusque adoptivis filiis repullulavit, sicut infra canetur, v. 133, sqq.

132. R. L. ὕστατον. In fine B. προλήψει.

133. Antoninum Pium intellige, et confer notam ad. v. 131.

136. Confer lib. V, v. 49, sqq. Illic tamen in tres Antoninos desinebat ordo imperatorum, qui latius hic videtur extendi ad eorum usque filios, nempe ut ad annum perveniat urbis Romæ 948, paulo infra definiendum. Inde arguitur serioris originis octavus hic liber quam ille quintus.

138. R. L. αἰγύπτοιο. En tibi rursus βασιλεῖς τρὶς πέντε, ut supra v. 50, non igitur antiquiores Ægypti reges, sed Romani principes, Ægyptum cum ceteris terrarum partibus possessuri.

139. A. ἐπέλθοι, in reliquis consentiens. Frustra sollicitatur hic versus. Sensus est: *Quum phœnicis quinta mentio fiet*, sicut Græce dicitur ἐπέρχεταί μοι τούτου, et Latine, *venit mihi in mentem hujus rei.* Phœnicem Tacitus,

Ἥξει πορθήσων λαῶν γένος, ἄκριτα φῦλα,
Ἑβραίων ἔθνος. Τότ' ἄρης ἄρεα προνομεύσει·
Ῥωμαίων ὑπέροπλον ἀπειλὴν αὐτὸς ὀλέσσει.
Ὤλετο τῆς Ῥώμης ἀρχὴ τότε τηλεθόωσα,
Ἀρχαίη πολέεσσι περικτιόνεσσιν ἄνασσα.
Οὐκέτι νικήσειε πέδον Ῥώμης ἐριθήλου,
Ὁππόταν ἐξ Ἀσίης κρατέων ἔλθῃ σὺν ἄρηϊ.
Ταῦτα δὲ πάντ' ἔρξας, ἥξει [μετόπισθεν] ἐς ἄστυ.
Τρὶς δὲ τριηκοσίους καὶ τεσσαράκοντα καὶ ὄκτω
Πληρώσεις λυκάβαντας, ὅταν σοι δύσμορος ἥξῃ
Μοῖρα βιαζομένη, τεὸν οὔνομα πληρώσασα.
Οἴ μοι ἐγὼ τριτάλαινα, πότ' ὄψομαι ἦμαρ ἐκεῖνο
Σεῖό ποτε, Ῥώμη, πᾶσι δὲ μάλιστα Λατίνοις;
[Κώμαζ', εἰ βούλει σὺ, τὸν] ἐγκρυφίαισι λοχείαις
Ἀσσίδος ἐκ γαίης ἐπὶ Τρωϊκὸν ἅρμ' ἐπιβάντα,
Θυμὸν [ἔχοντ'] αἴθωνος. Ὅταν δ' ἰσθμὸν διακόψῃ
Παπταίνων, ἐπὶ πάντας ἰὼν, πέλαγος διαμείψας,
Καὶ τότε θῆρα μέγαν μετελεύσεται αἷμα κελαινόν·
Τὸν δὲ λέοντ' ἐδίωξε κύων, ὀλέκοντα νομῆας.
Σκῆπτρα δ' ἀφαιρήσουσι, καὶ εἰς ἄϊδαο περήσει.

Annal. VI, 28, ante sua tempora quater visum memorat, regnantibus Sesostride, Amaside, Ptolemæo III sive Evergete, Tiberio denique: quintum venturus sub extrema Romani imperii tempora, prædicitur hoc versu.

140. De Antichristo Nerone hæc accipienda demonstrat omnis Sibyllinorum carminum tenor.

141. R. L. ἑβραίων ἔθνος γένος, tanquam hæsitantibus librariis; sed γένος e versu priore huc descendit. Nobis vera lectio interiisse videtur, et fuisse olim Ἑβραίων ἐχθρός vel ὄλεθρος, quum phrasis nominativo careat, eoque masculino. Optime vero sic designari potuit Nero Antichristus; neque alium significari posse præter Neronem satis indicant sequentia: confer v. 146, sqq. Deinde ubi nos cum edd. προνομεύσει, habebant codd. omnes προνομεύσῃ. Verbum est in sacris libris usitatum *vastandi* sensu, et fortasse respexit auctor ad Ezechiel. cap. 39, v. 10: Καὶ προνομεύσουσι τοὺς προνομεύσαντας αὐτούς.

142. In fine Pr. et Cast. cum B. ὀλέσει Correxit Ops. faventibus A. R. L.

143. B. non Ῥωμαίων, sed Ῥώμης habet. R. L. ῥώμη. Deinde Pr. et Cast. τῆλε θέλουσα, ubi Cast. ad marginem, τῆλε σθένουσα. B. τῆλε θέουσαι. A. R. L. τῆλε θέουσα, unde Ops. τηλεθέωσα: nos correximus.

145. Edd. cum A. B. οὐκέτι νικήσεις τὸ πέδον. R. L. ut nos. Ῥώμης πέδον est ipsa Roma, cujus pars celeberrima Campus Martius.

146. R. L. inversis verbis, ἔλθῃ σὺν ἄρηϊ κρατέων, unde conjicias ἔλθῃ σὺν ἄρηϊ κραταιῷ. De Nerone hæc omnia.

147. Ταῦτα δὲ πάντ' ἔρξας, '*quum illas*, inquit, *victorias Nero reportaverit, Romam deinde ingressurus est*. Sed edd. et codd. omnes κρίπισθεν pro μετόπισθεν habent sine sensu. Edd. κρίπισθεν ἐς ἄστυ. R. L. κρίπισθεν ἄστυ, omisso ἐς. Veram

Adveniet, multas qui proruat impete gentes,
Hebræam in primis. Tunc Mars a Marte premetur,
Romulidumque simul frangentur tela minæque.
Interiit florens Romana potentia quondam,
Tot circumjectas olim dominata per urbes :
Nec jam felicem Romæ victoria campum
Proteget, ex Asia veniens quum fortior hostis,
Marte potens, ipsam post omnia tendet in urbem.
Quadraginta annos complebis terque trecentos
Et super his octo, quum te justissima tandem
Fata tuo miseram completo nomine perdent.
Hei mihi! quando illud cernam miserabilis ævum?
Triste quidem tibi, Roma, et cunctis triste Latinis.
Nunc celebra votis illum, qui noctis in umbra
Insidias Asia parat interiore repostas,
Scandens Iliacos currus, et feta procellis
Corda gerens. Sed quum bimarem perruperit isthmum,
Vestigans oculis, trajectoque omnia vastans
Æquore, tunc fatum inveniet fera magna cruentum,
Urgebitque canis populantem armenta leonem :
Amisso sceptro, manes descendet ad imos.

lectionem indicavit libri tertii versus 63, de eodem Antichristo scriptus : Ἥξει Βελίαρ μετόπισθεν. Infra quoque, v. 161, μετόπισθεν pro ἔπειτα sumetur.

148. Pr. et Cast. cum codd. τρεῖς δέ : correxit Ops. Deinde R. L. καί ante ὄκτω non habent. Numeri summa est 948, quam ipsa vox Ῥώμη efficit, sumptis Græcorum more literis. Incidit autem hic numerus in annum Christi 195, Septimii Severi secundum, unde patet Sibyllinorum vaticiniorum hanc esse partem aliquot saltem annis anteriorem.

152. Edd. et A. B. πᾶσιν. R. L. πᾶσι.

153. Edd. A. B. κωμάζει βουλαῖσι τὴν ἐγκρ. et sic R. L. nisi quod τόν pro τήν habent. Sensus apud utrosque nullus. Nos correximus. Magnum enim apud Romanos diu permansisse diximus Neronis nomen; quem apud Parthos delitescere tanquam in *insidiis* (λοχείαις parum græce Noster), et inde serius ocius in mundi perniciem erupturum esse credebant; id quod cecinit jam affatim Sibylla.

154. Τρωϊκὸν ἅρμα figurate de *Romani imperii solio.*

155. Edd. et codd. ἔχων : nos correximus.

156. De isthmo a Nerone perfodi cœpto multa leguntur quum apud historicos, tum in his ipsis Sibyllinis carminibus : illud autem opus ab eodem reduce absolvendum nunc prædicitur.

157. Tum, inquit, *fusi sanguinis ultio sævam illam bestiam persequetur,* Antichristum nempe, quem post multa maleficia regno tandem et vita orbatum iri, summa erat Christianorum fides. Eam belluam a Messia populorum pastore debellandam sequentes versus indicant.

158. Edd. et codd. λέοντ' ἔδωκε, contra metrum ac sine sensu. Correximus nos, e libro XIV, v. 17.

Ἥξει καὶ Ῥοδίοις κακὸν ὕστατον, ἀλλὰ μέγιστον.
Καὶ Θήβαισι κακή γε μένει μετόπισθεν ἅλωσις.
Αἴγυπτος δ' ἀπολεῖται ὑφ' ἡγεμόνων κακότητος.
Ὡς δὲ καὶ οἱ μετόπισθ' ἔφυγον βροτοὶ αἰπὺν ὄλεθρον,
Τρισμακάριστος ἔην καὶ τετράκις ὄλβιος ἀνήρ.
Ἔσται καὶ Ῥώμη ῥύμη, καὶ Δῆλος ἄδηλος,
Καὶ Σάμος ἄμμος . . . .
Ὕστερον αὖ μετέπειτα καὶ εἰς Πέρσας κακὸν ἥξει
Ἀνθ' ὑπερηφανίης· ἀπολεῖται [δ'] ὕβρις ἅπασα.
Καὶ τότε ἁγνὸς ἄναξ πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσει
Εἰς αἰῶνας ἅπαντας, [ἀπο]φθιμένους ἀνεγείρας.
Τοῖς Ῥώμῃ ὕψιστος ἄγοι οἰκτρὴν τότε μοίρην,
Πᾶσίν [τ'] ἀνθρώποισιν· ὅροις [δ'] ἐπὶ τοῖσιν ὀλοῦνται·
Ἀλλ' οὐ μὴ πεισθῶσιν, ὅ κεν πολὺ λώϊόν ἐστιν.
Ἀλλ' ὁπόταν δὴ πᾶσιν ἐπαυξήσῃ κακὸν ἦμαρ
Λιμοῦ καὶ λοιμοῦ, δυσανασχέτου τε κυδοιμοῦ,
Καὶ τότ' ἔπειτ' αὖθις κρείων ἔμπροσθεν ὁ τλήμων,
Συγκαλέσας βουλὴν, βουλεύσεται ὡς ἀπολέσσει.
. . . .
Ξηρὰ μὲν ἀνθήσουσιν ὁμοῦ φύλλοισι φανέντα·
Οὐράνιον δ' ἔδαφος δείξει στερεᾷ ἐπὶ πέτρῃ
Ὄμβρον τε, φλογμόν τε, πολύπνοιάν τ' ἐπὶ γαῖαν,

160. Idem versus de Tenedo dictus est lib. III, v. 486, et de ipsa Rhodo, lib. IV, v. 101. Canuntur nunc mala sub Antichristi regno et paulo ante Messiæ adventum exspectanda.

161. Idem fere versus, lib. IV, v. 89.

162. Pr. cum B. αἴγυπτον: Cast. emendavit. Confer lib. V, v. 17.

163. Legendum, ὥστε καὶ οἳ.

164. Edd. cum A. B. τρὶς μακάριστος. R. L. ut nos. Melius fortasse τρὶς μακαριστός.

165, sq. Eadem fere lecta sunt lib. III, v. 363, sq. In altero versu lacunam habent omnes edd. et codd.

167. Edd. A. B. ὕστερον αὖ καὶ ἔπειτά γε τοὺς π. R. L. ὕστερον αὖτε καὶ ἔπειτα εἰς π. unde lectio nostra. Sed omnes in fine versus distinguebant; nos hunc versum cum sequente conjunximus: confer not. seq

168. Edd. et codd. ἀνθ' ὑπερηφανίης ἀπολεῖται ὕβρις ἅπασα, nolente metro, sensu vix ferente: nos addito δ' et distinctione in medio versus posita, locum restituimus.

169. En Messiæ adventus, quem fingit auctor capessentem primum in Oriente sceptra et cum mortuis ad vitam revocatis novum regnum constituentem, Roma tamen adhuc stante, et imperante etiam tum Romæ Antichristo, mox cum urbe sua interituro.

170. Edd. εἰς αἰῶνας ἅπαντας, τοὺς φθιμένους ἀνεγείρας, metri vitio apud Sibyllam rarissimo. R. L. εἰς αἰῶνας ἅπαντας αἰώνων τοὺς φθ. ἀνεγ. mendo manifesto, sed unde vera lectio educi potest, si αἰώνων sit ex ἀπό per compendia scribendi confictum.

171. Edd. et codd. Ῥώμη: sed in codd. ἰῶτα raro ascribitur. B. τοῖς ῥωμη ὑψί-

Et Rhodiis veniet clades postrema, sed ingens :
Et manet exitium posthac miserabile Thebas :
Ægyptusque ducum vitio culpaque peribit :
Et qui tum fugiens casus vitarit acerbos,
Is ter erit felix, is terque quaterque beatus.
Roma ruina erit, et Delus deleta jacebit :
Fiet arena Samus. . . . .
Postremo validis incumbent aspera Persis
Damna, feretque graves prostrata superbia pœnas.
Tum vero castus rex totius orbis adibit
Æternum imperium, revocans ad sidera manes.
Romulidas autem fatis Deus anget acerbis,
Et populi sua quisque intra confinia flebunt;
Necdum etiam credent, quamvis præstantius esset.
Inde ubi longa dies ærumnas gentibus omnes
Auxerit, esuriem, pestem, sævosque tumultus;
Tunc miser, imperii tulerit qui sceptra, vocato
Concilio, quæret qua possit perdere fraude. . . .
. . . .
Arescent vixdum foliis arbusta coortis :
In sterilemque petram fundentur ab æthere summo
Æstusque pluviæque et crebro flamine venti,

στοις, metro vetante. Dictum videtur τοῖς Ῥώμῃ pro τοῖς ἐν Ῥώμῃ, quamvis dure. Sed placeret copulam δ' addere : τοῖς Ῥώμῃ δ' ὕψιστος ἄγοι.

172. Edd. et codd. πᾶσιν δ' ἄνθρ. nec post ἀνθρώποισιν distinguitur in edd. Distinximus nos sensu jubente, et copulam unam infleximus, alteram addidimus. Deinde omnes ἐπὶ τοῖσιν, *in illis*, id est fortasse *in Romanis finibus*. Quid vero, si olim scriptum est, quod nos repositum vellemus, ὅροις δ' ἰδίοισιν?

173. In fine, præstaret εἴη.

175. Lege, metri causa, δυσανασχήτου.

176. De Nerone Antichristo hæc accipienda, sicut supra dictum est ad v. 169.

177. Nero, convocato senatu, adversus Messiam consilia inibit, quemadmodum fere psalm. 2, v. 1, sqq. : Ἵνα τι ἐφρύαξαν ἔθνη; . . . Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, κ. τ. λ. Post hunc autem versum lacunam subesse sensit Castalio, quam primi nos indicavimus. Sequi debuit belli a Nerone gesti mentio, ejus clades, Messiæ triumphus, quæ omnia jam supra v. 158, sq. raptim ac per allegoriam significata, nunc pluribus exponenda erant.

178. Describit sterilitatem in terris futuram sub ultima mundi tempora. Videtur huc respexisse Lactantius VII, cap. 16 : « Aer enim vitiabitur, et corruptus ac pessimus fiet, modo importunis imbribus, modo inutili siccitate.... non seges quidquam, non arbor, non vitis feret; sed quum in flore spem dederint, in fruge decipient. »

179. B. στερεὰ ἔτι πέτρη.

180. Pr. et Cast. cum A. B. ὄμβρον τε φλόγιον τε. R. L. ὄμβρον φλόγεον τε. Ops. ut nos.

Καὶ σπορίμων πληθὺν ἰῶν κατὰ γαῖαν ἅπασαν.
Ἀλλὰ πάλιν πράξουσιν ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες,
Οὐ μήνιμα Θεοῦ δειδιότες, οὔτ' ἀνθρώπων,
Αἰδοίην προλιπόντες, ἀναιδείην δέ γ' ἑλοῦνται,
Ἀστασίῃσι τύραννοι, ἁμαρτωλοί τε βίαιοι,
Ψεῦσται, ἀπιστόφιλοι, κακοπράγμονες, οὐδὲν ἀληθεῖς,
Πιστοπορθεῖς, ψευδέσσι λόγοις δύσφημα χέοντες·
Οὐδέ σφιν πλούτου κόρος ἔσσεται, ἀλλὰ ἀναιδῶς
Πλείονα συλλέξουσι· τυραννωθέντες ὀλοῦνται.
Ἄστρα πεσεῖται πάντα θαλάσσης ἀντίπρωρα,
Πολλὰ μὲν ἑξῆς ἄστρα, καὶ ἀκτινόεντα κομήτην
Ἄνθρωποι καλέουσι τὸν ἀστέρα, σῆμα πόνοιο,
Πολλοῦ ἐπερχομένου πολέμου καὶ δηϊοτῆτος.
Μή ποτ' ἐγὼ ζώην, ὅτε ἡ ἱλαρὰ βασιλεύσει,
Ἀλλὰ τότ', οὐρανίη ὅταν ἡ χάρις ἐμβασιλεύσῃ,
Καὶ ὁπόταν παῖς [τίς θ'] ἱερὸς δολοφ[όντας] ἁπάντων
Ἐξολέσῃ δεσμοῖς, ὀλοόφρονα βυσσὸν ἀνοίγων,
Αἰφνίδιος δὲ βροτοὺς ξύλινος δόμος ἀμφικαλύψῃ.

181. Edd. et codd. οἰῶν. Medelam ἰῶν præsenserat Castalio, sed ita ut *tela, sagittas* intelligeret; nos *venena, herbas virosas.*

183. B. μήνυμα. R. L. οὔτε δὲ μήνιμα θ. Confer lib. I, v. 179.

184. Pr. et Cast. τ' ἑλοῦνται, ubi Ops. θ' ἑλοῦνται, e conj. R. L. γ' ἑλοῦνται, ut nos. B. τελοῦνται, unde τελοῦντες conjicias. Ceterum hic et tres seqq. versus pæne ad verbum expressi sunt lib. I, v. 175, sqq. cum ista lectione : ἀναιδείην ποθέοντες. Etiam libri III initio, v. 36, sqq. videntur scribenti venisse hæc in mentem.

185 A. ἀστασίη. Ceteri omnes, ἀστασίῃσι, id est *per instabiles regnorum vices.* Sed libro I, v. 176, ἁρπασιαῖοι, ubi notam vide. Diximus ibi solam veram esse lectionem ἀστασίῃσι, quæ tamen jam antiquitus variaverit. Et aliam quidem præ se habuisse videtur Nazianzenus, quum bis similia caneret, de Rebus suis carm. II, p. 50, ed. Morell. :

Ψεύστας, ἀνδροφόνους, σκολιοὺς, ἐπίορκον ὀμοῦντας,
Ἅρπαγας ἀλλοτρίων, ξείνης δηλήμονας εὐνῆς.

et ad Nemesium, p. 142:

Ψεύστας, ἀνδροφόνους, σκολιοὺς, ἐπίορκον ὀμοῦντας,
Ἅρπαγας, ἀνδρογύνους, κ. τ. λ.

Videtur ergo vel in hoc vel in primo fortasse libro legisse ἅρπαγες ἠδὲ τύραννοι, quod vide an in utroque reponi velis.

186. Libro I, ἀπιστόκοροι.

187. R. cum B. ψευδέσι λογοις. L. ψευδέσσι λόγοις. Aliter libro I, λεκτροκλόποι θ' εὑρεσσίλογοι. Hinc etiam apparet quantum jam olim sollicitata fuerit horum carminum lectio. In πιστοπορθεῖς edd. et codd. consentiunt, metro licet subindignante : melius libro II, v. 263, πιστολέται. In fine legebatur ἔχοντες, quæ codicum est scriptura, ubi Ops. e libro I, χέοντες.

188. R. L. ἀλλ' ἀναιδῶς. Melius fortasse ἀλλ' ὅτ' ἀναιδῶς, ut sit ὅτε pro ὅταν, et versu sequenti, συλλέξωσι.

190. R. L. ἄστρα δὲ πεσεῖται, unde conjicias ἄστρα δὲ πεσσεῖται πάντ' ἀντίπρωρα θαλάσσης Sed fortasse propter

Perque omnem crescet terram seges atra veneni.
Hi tamen exstincto peragent infanda pudore,
Non hominum veriti, non ipsam numinis iram,
Omne nefas prompti patrare, pudoris egentes,
Raptores violenti, importunique tyranni,
Mendaces, pravi studiis, sine jure fideve,
Infensi justis, falsa et blasphema loquentes,
Quos nec opes ullæ satiabunt, pluraque semper
Quærentes male parta, cadent data præda tyrannis.
   Sidera cuncta ruent in fluctus prona marinos,
Innumera illa quidem, sed tristius omnibus unum,
Ignitis ardens radiis : erit ille Cometes,
Instantis belli signum instantisque laboris.
Ah! ne luce fruar quando urbs festiva tenebit
Imperium; sed tum quum gratia dia vigebit,
Et quum perjuros sanctus puer opprimet hostes
Humani generis, vinctosque in triste barathrum
Conjiciet, super et grandi teget ostia ligno.

versum sequentem, et infra v. 204, melius πολλά legeretur quam πάντα. Sententia ducta partim ex Matth. cap. 24, v. 29, partim ex Apocal. cap. 8. Lactantius, lib VII, cap. 16, inter multa ex hoc libro petita : « Stellæ vero creberri« mæ cadent, ut cælum omne cæcum « sine ullis luminibus appareat. » Confer etiam lib. II, v. 202.

191. Pr. et Cast. cum A. B. ἀκτιόεντα, barbare. Correxit Ops. faventibus R. L. etsi secunda syllaba male corripitur.

192. Edd. et codd. πῆμα, ubi σῆμα legendum recte monuit Cast.

193. Edd. δηϊότητος, pravo accentu et contra codicum fidem.

194. Deprecandi formula petita ex Hesiodo, Op. v. 172, et qualis fere jam occurrerat lib. V, v. 187. Post medium versum textus vacillat. Pr. et Cast. cum B. ὅτε ἱλαρά. Ops. cum R. L. ὅτε ἡ ἱλαρά, rectius, sed quam dure! Omnes vero in fine βασιλεύσει, præter B. qui βασιλεύσῃ, unde partim lectio nostra firmatur. De sensu ambigi potest. Sed forsitan ἡ ἱλαρά est ipsa Roma deliciis affluens, respiciente poeta præsertim ad locum bene notum, Apocal. cap. 18.

195. Pr. et Cast. οὐρανίην. Ops. cum R. L. οὐρανίη, quod jam Cast. præsenserat. Sed R. L. ὅταν χάρις sine articulo, male. Deest hic versus in B.

196. Edd. cum B. ἀλλ' ὁπόταν παῖς ποθ' ἱερὸς δολοφῶν ἁπάντων, nec aliter R. L. nisi quod initio καὶ ὅταν habent. Nos correximus : sunt enim ΠΟΘ et TICΘ characteres pæne iidem, et terminatio όντας sæpe compendiis exprimi solita, facile in ῶν transire potuit, etsi ultimam in δολοφόντας licentius corripi non ignoramus. Est vero παῖς ἱερός non Messias, sed angelus ille qui, Apocal. cap. 20, v. 23, *abyssum* seu *puteum abyssi* (apud Sibyllam ὀλοόφρονα βυσσόν) claudit et signat, demisso in eum Satana victo vinctoque. Quod autem Satanæ asseclas, non ipsum modo, præcipitat poeta, duxit e superiore Apocalypseos loco, cap. 19, v. 20.

197. Edd. et codd. βύσσον.

198. Edd. et codd. βροτοῖς : nos correximus, favente lib. XI, v. 134, ubi re-

Ἀλλ' ὅταν ἡ δεκάτη γενεὰ δόμον ἄϊδος εἴσω,
Θηλυτέρης μετέπειτα μέγα κράτος· ᾗ κακὰ πολλὰ
Αὐξήσει Θεὸς αὐτὸς, ὅταν βασιληΐδα τιμὴν
Στεψαμένη τύχῃ· σύμπαν δ' ἔτος, [ἡλίκος] αἰών.
Ἠέλιος μὲν [ἀμυδρὰ] τρέχων [νυχθήμερα] φαίνει·
Λείψει δ' ἄστρα πόλον· πολλῇ δέ τε λαίλαπι θύων,
Γαῖαν ἐρημώσει. Νεκρῶν δὲ ἀνάστασις ἔσται,
Χωλῶν δὲ δρόμος ὠκύτατος, καὶ κωφὸς ἀκούσει,
Καὶ τυφλοὶ βλέψουσι, λαλήσουσ' οὐ λαλέοντες,
Καὶ κοινὸς πάντεσσι βίος καὶ πλοῦτος ἐσεῖται.
Γαῖα δ' ἴση πάντων, οὐ τείχεσιν, οὐ περιφραγμοῖς,
Οὐδὲ μεριζομένη, καρποὺς τότε πλείονας οἴσει.
Πηγὰς δὲ γλυκεροῦ οἴνου, λευκοῦ τε γάλακτος,
Καὶ μέλιτος δώσει . . . .
. . . .
Καὶ κρίσιν ἀθανάτοιο Θεοῦ . . . .
Ἀλλ' ὅταν ἀλλάξῃ καιροὺς Θεὸς . . . . . . ,
Χεῖμα θέρος ποιῶν, τότε θέσφατα . . . .
. . . .
Ἀλλ' ὅτε κόσμος ὄλωλεν . . . .

current, quamvis alio sensu, eadem verba. Est autem ξύλινος δόμος, *ligneum operculum putei*: βροτούς vocat Satanæ comites, de quibus confer supra, not. ad v. 196.

199. An γενεή potius?

200. De regno feminæ confer lib. III, v. 75, sqq. Orta videtur hæc traditio ex Apocal. cap. 17, v. 3, sqq. loco male intellecto; nam de ipsa Roma accipiendus erat, non de muliere aliqua extremis temporibus dominatura. Plura nos de hac re in Excursu V.

201. R. L. ἢ πολλὰ κακά, unde forsitan ᾗ retinendum, id est δι' ἧς vel δι' ἥν. Vulgata tamen stare potest.

202. Pr. et Cast. cum A. B. στεψαμένη τείχη. R. L. στεψαμένη τε τύχη, id est τύχῃ. Ops. ut nos, recte, etsi priore in τύχῃ male producta. Deinde Pr. et Cast. cum A. B. σύμπαν δ' ἔτος ἤπιος αἰών, ubi Ops. ἤπιος, leni spiritu. R. L. σύμπαν δ' ἔτος ἤπιος ἔσχεν ἐών. Vana omnia. Nos correximus.

203. Edd. et codd. pro ἀμυδρά dant αὐχμηρά (B. pessime ἀχμηρά), et νυκτερινά ubi nos νυχθήμερα: metrum nos restituimus. Jam autem occurrerat in Sibyllinis νυχθήμερον. In fine φαίνει præsens est pro futuro, Sibyllina licentia.

204. Jam supra, v. 190, astra omnia deciderant: minus ergo sibi constat poeta, nisi forte in illo versu πάντα male pro πολλά scriptum fuerit. Deinde pro πολλῇ, Pr. et Cast. cum A. B. πολλῆς habent; correxit Ops. faventibus R. L. In fine θύων substantivo caret, et subaudiendum vel fortasse legendum τυφών.

205. Codd. omnes nostri, A. B. R. L. post νεκρῶν tres ultimas voces omittunt: habent tamen Pr. et edd. omnes, sicut Lactantius lib. IV, cap. 15, alterum hujus versus hemistichium et duos seqq. integros citans, sed alio sensu de miraculis Christi.

206. Lact. καὶ χωλῶν δρόμος ἔστ' ὠκύς, ubi tamen Puteana membrana optima veram lectionem ὠκύτατος exhibet.

Sed postquam decimum sub terras iverit ævum,
Feminei vis incipiet sævissima regni,
Ærumnas cumulante Deo, quum regia fronte
Signa geret mulier. Tunc annus longior ævo.
Tunc sol obscurus perget noctuque dieque:
Astra polum linquent: crebris Deus ipse procellis
Vastabit terram: manesque a morte resurgent;
Et claudi rapido current pede; surdus et ipse
Audiet, et cæcus cernet, mutusque loquetur.
Tunc erit in medio vita omnibus, et bona vitæ:
Terraque par cunctis, sine muro aut sepibus ullis,
Ne divisa quidem, plures feret ubere fructus;
Et dulci vino fontes dulcique fluentes
Lacte dabit, mellisque.....
....
Judiciumque Dei æterni....
Tempora sed postquam Deus immutarit.....
Ex hieme æstatem faciens, tunc omnia.....
....
Quum vero occiderit mundus............

207. Expressit hæc auctor libri I, v. 353, sq. de Christi miraculis.

208. Pr. et Cast. cum A. B. βίος ἐσσεῖται, omissis duobus verbis, καὶ πλοῦτος, quæ ab Ops. restituta sunt. R. L ut Ops. et nos, nisi quod in fine ἔσται habent. Confer similem versum lib. II, v. 322.

209. Pr. et Cast. cum codd. γαίη: correxit Ops. Confer lib. II, v. 320, sqq. Multa enim primo secundoque libro hinc desumpta jam notavimus.

210. Pr. cum B. ἐκ δὲ μεριζ. κ. ποτὲ πλ. οἴσει. R. L. ἐκδιαμεριζομένη καρπούς τε πλ. ποιήσει. Cast. et Ops. cum A. ut nos, nisi quod Ops. ποτέ retinuit. Confer lib. II, v. 321.

211. Cfr. lib. II, v. 319. In sequentibus lacunas habent edd. et codd. easdem quas nos. Potest tamen sensus integer facile colligi, quum e vestigiis quæ supersunt, tum e libri II locis citatis, tum præsertim e Lactantio, lib. VII, cap. 24: « Terra vero, inquit, aperiet fecunditatem suam, et uberrimas fruges sua « sponte generabit: rupes montium « melle sudabunt, per rivos vina decur« rent, et flumina lacte inundabunt. « Mundus denique ipse gaudebit, et « omnis rerum natura lætabitur. » Quædam etiam similia leguntur Sibyllæ libro III, v. 619, sqq. quæ eodem capite citavit Lactantius, et de more suo ad millenariam felicitatem traxit.

214. Pr. et codd. θεὸς καιρούς: invertit Cast. et recte quidem. Versus facile compleri potest: adde tantum ἤματα, νύκτας. Respexit ad hunc locum Lactantius lib. VII, cap. 16: « Ut non sit ho« mini promptum aut siderum cursus « aut rationem temporum agnoscere: « fiet enim vel æstas in hieme, vel hiems « in æstate. »

215. Addesis in fine πάντα τελεῖται, sicut legitur lib. XIV, v. 297, loco palam hinc deducto.

216. Edd. κόσμον. R. L. cum A. B κόσμος, ut nos.

* *

ΙΗΣΟΥΣ. ΧΡΕΙΣΤΟΣ. ΘΕΟΥ. ΥΙΟΣ. ΣΩΤΗΡ. ΣΤΑΥΡΟΣ.
Ἰδρώσει δὲ χθὼν, κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσται.
Ἥξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν ὁ μέλλων,
Σάρκα παρὼν πᾶσαν κρῖναι, καὶ κόσμον ἅπαντα.
Ὄψονται δὲ Θεὸν μέροπες πιστοὶ καὶ ἄπιστοι
Ὕψιστον μετὰ τῶν ἁγίων ἐπὶ τέρμα χρόνοιο.
Σαρκοφόρων δ' ἀνδρῶν ψυχὰς ἐπὶ βήματι κρίνει,
Χέρσος ὅταν ποτὲ κόσμος ὅλος καὶ ἄκανθα γένηται.
Ῥίψουσι δ' εἴδωλα βροτοὶ, καὶ πλοῦτον ἅπαντα.
Ἐκκαύσει δὲ τὸ πῦρ γῆν, οὐρανὸν, ἠδὲ θάλασσαν
Ἰχνεῦον· φλέξει δὲ πύλας εἱρκτῆς ἀΐδαο.
Σὰρξ τότε πᾶσα νεκρῶν ἐπ' ἐλευθέριον φάος ἥξει
Τῶν ἁγίων· ἀνόμους δὲ τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλέγξει.

217. Ante hunc versum quem Betuleius libri noni initium putavit, teste paginarum apud ipsum inscriptione, vulgo inseritur in edd. et codd. epigraphe literis grandioribus scripta, quam dedimus: ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΕΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ ΣΤΑΥΡΟΣ, quæ quidem primores literas XXXIV sequentium versuum complectitur, aperitque celebratam illam apud veteres acrostichidem, de qua conferendi præsertim Eusebius in Oratione Constantini ad Sanctorum cœtum, et Augustinus de Civitate Dei lib. XVIII, cap. 23: quorum prior omnes XXXIV versus, quales fere in Sibyllinis leguntur, exhibuit; alter primos tantum XXVII latine versos. Acrostichis illa medio præsertim ævo vulgata fuit, uti diximus in Admonitione ad lectores, repetitaque in multis illius ætatis codicibus, ex Eusebio scilicet, uti testatur addita sæpe clausula: Ταῦτα ἱστορεῖ ὁ Καισαρείας Εὐσέβειος ὁ Παμφίλου ἐν τῷ λόγῳ ὃς ἐκλήθη Βασιλικός. Typis edita est separatim ab Aldo primum Venet. 1495, cum Theocrito et gnomicis; inde non semel ab aliis; denique ab Angelo Maio ex Ambrosiani codicis fide cum reliqua libri octavi parte in appendice ad librum XIV tum primum publicatum, Mediol. 1817. Nos, præter illum Ambrosianum codicem vetustissimum, litera M designandum, contulimus insuper et in notis sæpe citabimus 1° codices tres Eusebianæ Constantini vitæ, satis bonos, qui in Bibliotheca Regia Parisiensi asservantur, sub numeris 414 (E. 1), 1438 (E. 2), 1439 (E. 3); 2° Compilationem manuscriptam ejusdem Bibliothecæ Parisiensis n° 2551, quæ inter alia multa Sibyllinam acrostichidem continet (C); 3° Ven. id est, Venetam editionem Aldinam anni 1495, quæ fere codicis manuscripti loco haberi potest; 4° Read. id est, editionem Eusebii curatam a Readingio, Cantabr. 1720. Tractavimus etiam in Bibliotheca Oxoniensi codicem Bodleianum n° 33, satis recentem, cujus in fine Græca nonnulla continentur, inque iis acrostichis Sibyllina, sed pessime descripta ex Eusebio cum clausula: Ταῦτα ἱστορεῖ, κ. τ. λ. Porro quum Eusebium solum nominabimus, conspirare censendi erunt omnes Eusebii vel ex Eusebio ducti codd. et edd. In primo versu, Euseb. ἱδρώσει γάρ, quod notandum, propter copulam γάρ quæ in Sibyllinis δέ legitur. Pr. et Cast. cum A. B. ἱδρῶσι δὲ habebant: correxit Ops.

218. R. L. θεόθεν, ubi omnes αἰῶσιν.

219. A. B. R. L. πάρος pro παρών, quum Pr. et edd. omnes Sibyllini Eusebianique παρών habeant.

* *

JESUS . CHRISTUS . DEI . FILIUS . SALUS . IN . CRUCE.
Judicii signum, tellus sudore madescet,
Eque polo rex adveniet per sæcla futurus,
Scilicet ut carnem præsens, ut judicet orbem,
Unde Deum cernent incredulus atque fidelis
Sublimem, sanctis medium, jam fine sub ipso,
Corporeorum animis hominum jura ultima dantem,
Horrebit quum terra situ et vepris aspera fiet.
Rejicient simulacra viri gazasque profanas.
Incendet terras ignis pontumque polumque,
Subtus iter rimatus, et orci claustra recludet.
Tum caro sanctorum se libera tollet ad auras:
Ultor in æternum sontes tunc arguet ignis,

222. Pr. et A. B. σαρκοφόρων ἀνθρώπων ψυχὰς βήματι (B. solus, βήμασι) κρίνων. Invertit Cast. metri causa, σαρκ. ψ. ἀνθρ. quem Ops. secutus est. R. L. copulam addunt, σαρκοφόρων δ' ἀνθρ. ψ. E. 1, 2, 3, σαρκοφόρον (sic) ψυχάς τ' ἀνδρῶν ἐπὶ βήματος κρίνῃ (2. κρινεῖ). Read. item, sed σαρκοφόρων et ἐπὶ βήματι κρινεῖ, utrumque forsan e conjectura. C. tamen σαρκοφόρων ψυχὰς δ' ανθρώπων ἐπὶ βήματι κρινεῖ. et sic Ven. nisi quod σαρκοφόρον habet. Sed verius M. quem sequimur: σαρκοφόρων δ' ἀνδρῶν ψ. ἐπὶ βήματι κρίνει, quanquam rectius videretur κρινεῖ, vel metri causa κρίνῃ, nisi Sibyllistæ tempora sæpe permutarent.

224. Edd. cum A. B. ῥίψουσιν. R. L. M. ῥίψουσι. C. cum Eusebio, ῥίψωσί τ' εἴδωλα. Lactantius, lib. VII, cap. 19, hunc versum citans, τρίψουσι vel τρίψουσιν vel τρίψωσι δ' εἴδωλα legit, ita variantibus manuscriptis; sed manifesto vitio, quod lex acrostichii satis arguit. Confer supra, lib. III, v. 606, ubi etiam ῥίψουσι scriptum est.

225. E. 1, 2, ἐκκαύσῃ, id est ἐκκαύσῃ. In Ven. et in E. 3, deest hic versus, quod scilicet legentium aut scribentium alicui redundare visa sit una litera in voce ΧΡΕΙΣΤΟΣ. Sed jam antiquitus apud Græcos usus invaluerat, quem inscriptiones plurimæ testantur, ut ι longum, invitis licet grammaticis, per diphthongum semper aut fere exprimeretur, unde χρείω verbum ob prioris syllabæ quantitatem et ab eo χρειστός vulgo scribi debuit. Sic certe Marcosiani nomen illud octo literis efferebant, teste stibus Irenæo, lib. I, cap. 10 et 12; Epiphanio, hæres. 34; neutro illis de orthographia contradicente: etsi Pseudo-Epiphanius, de Num. Myst. § 5, septem tantum literis scribi diserte affirmat: Δι' ἑπτὰ γραμμάτων καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ προσηγορία.

226. Eusebiani codd. et edd. ἰχνεύων, excepto E. 1, qui ἰχνεύειν. Deinde M. φρύξει δέ. Euseb. ῥήξει τε vel ῥήξῃ τε, et sic vetus apud Augustinum interpres: « Portas effringet Averni. » Sed Sibyllini omnes edd. et codd. ἰχνεῦον, φλέξει δέ, ut nos. Et bene ἰχνεῦον ad πῦρ refertur, *vestigans, rimans, intro penetrans* Πύλας ἀΐδαο sive ᾅδου reperias non apud Homerum modo et poetas, sed et in Matth. Evang. cap. 16, v. 18: confer Nicodemi evangelium, cap. 21.

227. Edd. et A. B. πᾶσα βροτῶν habent. R. L. βροτῶν omissa voce πᾶσα. M. et C. cum Eusebio πᾶσα νεκρῶν, ut nos. Deinde C. ἐπ' ἐλευθ.

228. Deest in A. hic versus, ubi B.

Ὁππόσα τις πράξας ἔλαθεν, τότε πάντα λαλήσει·
Στήθεα γὰρ ζοφόεντα Θεὸς φωστῆρσιν ἀνοίξει.
Θρῆνος δ' ἐκ πάντων ἥξει, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων.
Ἐκλείψει σέλας ἠελίου, ἄστρων τε χορεῖαι.
Οὐρανὸν εἱλίξει· μήνης δέ τε φέγγος ὀλεῖται.
Ὑψώσει δὲ φάραγγας, ὀλεῖ δ' ὑψώματα βουνῶν·
Ὕψος δ' οὐκέτι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται·
Ἶσά τ' ὄρη πεδίοις ἔσται· καὶ πᾶσα θάλασσα
Οὐκέτι πλοῦν ἕξει. Γῆ γὰρ φρυχθεῖσα κεραυνῷ
Σὺν πηγαῖς· ποταμοὶ δὲ καχλάζοντες λείψουσι.
Σάλπιγξ δ' οὐρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει,
Ὠρύουσα μύσος μέλλον καὶ πήματα κόσμου.
Ταρτάρεον δὲ χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα.
Ἥξουσι δ' ἐπὶ βῆμα Θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες.
Ῥεύσει δ' οὐρανόθεν ποταμὸς πυρὸς, ἠδέ τε θείου.
Σῆμα δέ τοι τότε πᾶσι βροτοῖς σφρηγὶς ἐπίσημος,
Τὸ ξύλον ἐν πιστοῖς, τὸ κέρας τὸ ποθούμενον ἔσται,

αἰῶσιν φλέξει. M. male, ἀνόμων δὲ τὸ πῦρ αἰῶσιν ἑλίξει. R. L. C. et edd. prorsus ut nos. Sed versum aliter inchoat Euseb. τοὺς ἁγίους ἀνόμους τε, quod bene notandum propter dogma antiquitus receptum de hominibus cunctis per ignem dijudicandis : confer lib. II, v. 253, ibique not. Et certe veram olim fuisse lectionem istam satis innuit verbum ἐλέγξει, quod de æternis damnatorum pœnis accipi vix potest. Jam tamen ante Augustinum prævaluerat hodierna lectio, quam vetus apud eum interpres ita vertit : « Sanctorum sedenim cunctæ lux « libera carni Tradetur, sontes æterna « flamma cremabit. »

229 A. B. χὠπόσα. E, 2, ὅς πόσα. Deinde Ven. πράξαι. E. 1, 2, 3, ἔλαθε

231. Euseb. θρῆνός τ' ἐκ πάντων ἔσται.

232. Edd. cum A. B. ἐκλείψει δὲ φάος σέλας ἠελίοιο καὶ ἄστρων, et sic R. L. φάος σέλας, sed iidem in fine, ἠελίοιο ἄστρων τε χῶραι. M. ἐκλείψει σέλας ἠελίοιο, ἄστρων δὲ χάριεν. Eusebiani codd. et edd. nisi quod quidam ἡλίου male pro ἠελίου, cetera prorsus omnes ut nos : et sane sic vertit vetus apud Augustinum interpres : « Eripitur solis jubar, et cho« rus interit astris. »

233. M. οὐρανός. Apocal. cap. 6, v. 14 : Καὶ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον εἱλισσόμενον, ducta figura ex Isaia, cap. 34, v. 4 : Ἑλιγήσεται ὁ οὐρανὸς ὡς βιβλίον. Confer etiam Psalm. 101, v. 27, sed in græco tantum codice.

234. R. L. ὑψώσει φ. sine δέ. De sensu, confer Isaïam, cap. 40, v. 3 ; Luc. Evang. cap. 3, v. 3.

236. Edd. cum A. B. ἴσσα τ' ὄρη. R. L. cum Eusebio, ἶσά τ' ὄρη. M. ἶσα δ' ὄρη. Respexit huc Lactantius, lib. VII, cap. 16, quum ait : « Montes altissimi deci« dent et planis æquabuntur : mare inna« vigabile constituetur », additque statim versum infra legendum, v. 239.

237. Euseb. οὐκ εἰς πλοῦν ἥξει. M. in fine, φρυχθεῖσα τότ' ἔσται. De his et sequentibus confer præsertim Apocal. cap 8, v. 7, sqq.

238. E. 1, 2, ποταμοί τε καχλ. Read. quoque, ποταμοί τε. E. 3, C. Ven. ποταμοί καχλ. sine copula. In fine, edd. λείψουσιν, L. et A. λείψουσι, ut nos.

239. Lactantius hunc versum habet, lib. VII, cap. 16. M. cum Lact. δ' omittit. E. 1, πολύθρουν habet pro πολύθρηνον, male. De tuba illa, Matth. cap. 24, v. 31, et apud Paulum non semel, et in Apocal. sæpius.

Si quid in occulto culpæ latet, omne revelans
Delictum, et tenebras animorum luce resolvens.
Ergo omnes flebunt nequicquam, et dentibus omnes
Infrendent. Sol deficiet; nec luna, nec ullæ
Fulgebunt stellæ, atque ingens replicabitur æther.
Imas attollet valles; juga deprimet alta :
Linquet enim celsi nihil, æquabitque supremis
Infima. Navigiis non pandent æquora mollem
Ulla viam. Tellus uretur fulmine : fontes
Siccati, ferventque undis stridentibus amnes.
Sed tuba de cælo longum et lugubrem ululatum
Afferet, instantis præsagia tristia cladis.
Lurida tum ruptis patefient tartara terris :
Una omnes magno stabunt sub judice reges :
Sulfuris atque ignis ruet alto vertice torrens.
Insigne et cunctis aderit mirabile visu
Nullo sat cultu venerandum et amabile lignum,

240. Edd. cum B. μελέων, vertente Castalione *stultorum*. R. quoque μελέων. L. μηλέων. A. pessime, λεόντων. Sed Eusebii codices 1, 2, 3, cum C. et Ven. μέλλον, ut nos. M. μᾶλλον ex eodem fonte ortum. Vetus tamen apud Augustinum interpres, *facinus miserum*, vertit, ut, μέλεον legisse videatur. Apparet jam olim et ante ipsum Augustinum vacillasse lectionem, quæ tamen certissima est. Ceterum conferendus est versus huic similis, lib. III, v. 648.

241. Hic et seq. citantur a Lactantio lib. VII, cap. 20, scribente ταρτάρεόν τε. Euseb. ταρτάροεν sine τε, ac deinde ποτέ, ubi est in Sibyllinis τότε. Sententia ducta est e Psalm. 17, v. 17 : Καὶ ἀνεκαλύφθη τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης. Sed et Homerica est, Iliad. υ, v.62, sqq. : Μή οἱ ὕπερθεν Γαῖαν ἀποῤῥήξειε, κ. τ. λ. Τάρταρον autem et χάος alias quoque apud Sibyllam nominata reperias.

242. Lact. βασιλῆος, non male.

243. Pr. et Cast. cum A. B. πῦρ, ubi ceteri omnes πυρός. Deinde iidem ἠδέ τε θεῖον. Ops. cum R. L. ἠδέ τε θείου. M. ἠδὲ θεοίου. C. cum E. 1, Ven. et Read. ἠδέ γε θείου, quæ Eusebiana vere est lectio, etsi E. 3, vitio scribentis, ἠδέ γε θείον habet; E. 2, ἠδὲ θείου sine γε. Nos in re parvi momenti vulgatam retinendam ducimus, nisi cui placeat ἠδὲ θεείου, quod prope confirmat codicis M. depravata lectio : sed particularum ἠδέ τε junctarum non rarus est usus, et Sibylla θείου interdum usurpat, nunquam θεείου. Claudit autem apud Augustinum versus hic Sibyllinam acrostichidem.

244. Sic omnino M. nisi quod σοι scripsit et βροτοῖς omisit : ceteri edd. et codd. σῆμα δὲ πᾶσι βροτοῖσι τότε σφραγὶς ἐπίσημος. Sed Eusebiani codices omnes, σῆμα δέ τοι πότε πᾶσι βροτοῖς ἀριδείκετον οἷον (C. et Ven. ἀριδίκετον οἷον), versu antiquitatis pleno, qualis est fere Iliad. ψ, v. 326 : Σῆμα δέ τοι ἐρέω μάλ' ἀριφραδές, nec offendit οἷον quod emphasim habet ut in θαυμαστὸν ὅσον aliisque similibus dicendi formulis. Præterea vulgatum σφραγίς aut σφρηγίς de signo crucis proprium magis est quam de ligno. Et tamen more nostro codicum Sibyllinorum auctoritatem Patrum lectioni præferendam duximus.

245. Orta metaphora e Psalm. 131, v. 17 : Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβίδ, quo etiam respicitur in Regum lib. I, cap. 2, v 12 : Καὶ ὑψώσει κέρας τοῦ

Ἀνδρῶν εὐσεβέων ζωὴ, πρόσκομμα δὲ κόσμου,
Ὕδασι φωτίζον κλητοὺς ἐν δώδεκα πηγαῖς·
Ῥάβδος ποιμαίνουσα σιδηρείη τε κρατήσει.
Οὗτος ὁ νῦν προγραφεὶς ἐν ἀκροστιχίοις Θεὸς ἡμῶν,
Σωτὴρ ἀθάνατος βασιλεὺς, ὁ παθὼν ἕνεχ' ἡμῶν·
Ὃν Μωσῆς ἐτύπωσε προτείνας ὠλένας ἁγνὰς,
Νικῶν τὸν Ἀμαλὴκ πίστει, ἵνα λαὸς ἐπιγνῷ
Ἐκλεκτὸν παρὰ πατρὶ Θεῷ καὶ τίμιον εἶναι,
Τὴν ῥάβδον Δαβὶδ, καὶ τὸν λίθον ὅνπερ ὑπέστη,
Εἰς ὃν ὁ πιστεύσας ζωὴν αἰώνιον ἕξει.
Οὐδὲ γὰρ ἐν δόξῃ, ἀλλ' ὡς βροτὸς εἰς κρίσιν ἥξει,
Οἰκτρὸς, ἄτιμος, ἄμορφος, ἵν' οἰκτροῖς ἐλπίδα δώσει,
Καὶ φθαρτῇ σαρκὶ μορφὴν, καὶ πίστιν ἀπίστοις
Οὐράνιον δώσει, καὶ μορφώσει τὸν ἀπ' ἀρχῆς
Ἄνθρωπον πλασθέντα Θεοῦ παλάμῃσιν ἐν αὐταῖς,
Ὃν τ' ἐπλάνησεν ὄφις δολίως, ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν
Τοῦ θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε,
Ὥστε, Θεὸν προλιπόντα, λατρεύειν ἤθεσι θνητοῖς.

Χριστοῦ αὐτοῦ, et Luc. Evang. cap. 1, v. 69 : Ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν. Sed in illis similibusque locis, κέρας est, hebraico more, pro *superbia* aut *gloria* dictum, unde male ad crucem significandam detorquetur.

246. M. ἀνδρῶν δ' εὐσεβέων. Sub finem, Euseb. πρόσκομμά τε. Pauli est, ad Galat. cap. 5, v. 11, τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ : confer et ad Corinth. ep. 1, cap. 1, v. 23, sqq. Sed apud Petrum quoque Christus est λίθος προσκόμματος : vide not. ad lib. I, v. 345.

247. E. 1, 2, Ven. Read. φωτίζων. Sed E. 3, cum Sibyllinis codd. et edd. φωτίζον. Recurret idem hemistichium infra quoque, v. 271.

248. Pr. cum R. L. σιδηρᾶ τε. A. σιδηρᾷ τε. B. σιδηρά τε. Cast. et Ops. σιδηρεία τε. M. σιδηρίη τε. C. cum Eusebio σιδηρέίη γε. Nos correximus. Respexit auctor ad Psalm. 2, v. 9 : Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, vel ad Apocal. cap. 2, v. 27, aliosque Scripturæ locos inde ductos.

249. Edd. ἀκροστίχισιν, accentu vitioso. A. melius, ἀκροστιχίσι. B. ἀκροστιχίσιν. R. L. ἀκροστίχοισι. C. et Ven. ἀκροστίχοις. E. 1, 2, 3, cum Read. ἀκροστιχίοις, ut nos. M. corrupte, οὗτος οὖν προγραφεὶς ἐν ἀκροστιχίοις θεοσημείοις. Vix notandum quod in C. et Ven. Eusebiique codd. nonnullis, ἡμῶν ad sequentem versum post σωτήρ rejicitur.

250. Hic versus acrostichidem apud Eusebium claudit.

251. Edd. cum A. B. Μωῦσῆς. R. L. et M. μωσῆς ut nos. In ὠλένας corripitur ultima licenter, nisi deinde scribatur ἁγνούς, ut sit ὠλένας ab ὠλήν antiquo more ductum, quod tamen non placet. De sensu confer omnino lib. V, v. 256, ibique notas.

252. Πίστει hic eodem prorsus modo usurpatur quo infra v. 274 : sed de Christo omnium gnaro, itaque fidei nihil egente, minus proprie dictum est. Hunc versum codex M. relegat infra, post eum qui nobis est 254.

253. Pr et Cast. cum A. B. ἐκλεκτῶν Correxit Ops. e Cast. conj. faventibus, R. L. M.

254. De virga David, confer lib. VI v. 16. De lapide spiritali, qui est Chri-

Cornu almum, quod vita piis, offensio mundo est,
Respergens sanctos duodeno fonte, regensque
Unius imperio populos, ceu ferrea virga.
Carminis hic nostri est quem prima notant elementa,
Et qui pro nobis cecidit rex atque redemptor:
Quem sancta ex alto protendens brachia Moses
Significat, fidei dum telo Amalecia vincit
Agmina; ne lateat populum, quam sancta patrique
Cara Deo sit virga David, promissus et ipsi
Sæpe lapis, quo qui stabit bene, vivet in ævum.
Namque ad judicium veniet, non luce refulgens,
Sed par terrigenis, ut spes reddatur adempta,
Et formam corrupta caro atque infida resumant
Corda fidem. Simul ipse hominem sub imagine prisca
Restituet, qualem Deus olim finxerat auctor.
Cui vafer illusit serpens, ut mortis acerbas
Leges, atque bonum sciret pravumque quid esset,
Neglectoque Deo serviret morte caducis.

stus, confer lib. I, v. 345. Εἰς ὃν ὑπέστη, respicit ad Davidis prophetiam, Psalm. 117, v. 22: Λίθον οἱ ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, citatam de se ab ipso Christo, Matth. cap. 21, v. 42. Notandum tamen lectionem nostram e codice M. desumptam esse: nam ceteri codd. et edd. εἰς ὃν ἐπέστη habent, sine sensu, nisi alludatur ad lapidem illum quo sedisse fertur in monte precans Moyses, Exod. cap. 17, v. 12; sed ἐπέστη de homine sedente improprium, et Mosis mentio remota nimis videtur.

255. Totus est ex Evangeliis haustus, Johanne inprimis, Evang. cap. 3, v. 36: Ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν ἔχει ζωὴν αἰώνιον. Et sic non semel in Scriptura.

256. Edd. cum A. B. R. L. οὐδὲ γὰρ ἐν δόξῃ ἄλλως, reliquis omissis, et trunco versu, quem codex M. restituit.

257. Post ἄμορφος, codd. reliquo versu carent, præter M. qui cum edd. et Lactantio integrum exhibet, sed ἐν οἴκτοις scribit. Edd. ἐν οἰκτροῖς. Veram lectionem dedit Lactantius hunc versum citans, lib. IV, cap. 16.

258. Edd. A. B. R. L. καὶ φθαρτῆς σαρκὸς μορφῇ, reliquis omissis. M. ut nos.

259. Edd. A. B. R. L. οὐράνιον δώσει καὶ ἄνθρ. πλασθέντα, conflato tanquam uno versu ex initiis duorum, quos integros reddidit codex M. etsi in eo male scriptum est: οὐράνιοι δ' ὦσι καὶ μόρφωσαν τὸν ἀπ' ἀρχῆς. Nos correximus.

260. Sic codex M. Sed Lactantius, lib. II, cap. 13, hunc et duo seqq. citans, παλάμαις ἐνὶ αὐταῖς scripsit. In vulgato Sibyllinorum textu deesse hæc verba diximus ad v. pr.

261. Sic Pr. et Cast. cum A. B. recte. Sed Ops. ὅν κ' ἐπλάνησεν. R. L. ὃν καί. Lactantii codices varii, ὅν τε et ὅν κε. Pessime omnium M. ὃν οὐκ ἐπλ. Confer deductos hinc versus, lib. I, v. 40, sq.

262. Pr. ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ. Ceteri ut nos.

263. Edd. cum A. B. ἔθνεσι. R. L. M. ἤθεσι, sensu eleganti, qui etiam recurret infra, v. 317. Sed male M. καί τε θεὸν προλιπόντες ἐλάτρευον ἤθεσι θνητοῖς. Quorsum enim pluralis numerus, quum de Adamo solo agatur? Conferatur etiam infra v. 381.

Αὐτὸν γὰρ πρώτιστα λαβὼν σύμβουλον ἀπ' ἀρχῆς,
Εἶπεν ὁ παντοκράτωρ, Ποιήσωμεν, τέκνον, ἄμφω,
Εἰκόνος ἐξ ἰδίης ἀπομαξάμενοι βροτὰ φῦλα·
Νῦν μὲν ἐγὼ χερσὶ, σὺ δ' ἔπειτα λόγῳ θεραπεύσεις
Μορφὴν ἡμετέρην, ἵνα κοινὸν ἀνάσταμα δῶμεν.
Γνώμης οὖν ταύτης μεμνημένος εἰς κρίσιν ἥξει,
Ἀντίτυπον μίμημα φέρων εἰς παρθένον ἁγνὴν,
Ὕδατι φωτίζων διὰ πρεσβυτέρων ἅμα χειρῶν,
Πάντα λόγῳ πράσσων, πᾶσαν νοῦσον θεραπεύων.
Τοὺς ἀνέμους παύσειε λόγῳ, στορέσει δὲ θάλασσαν
Μαινομένην ποσὶν, εἰρήνῃ πίστει τε πατήσας.
Ἐκ δ' ἄρτων ἅμα πέντε καὶ ἰχθύος εἰναλίοιο
Ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε κορέσσει,
Καὶ τὰ περισσεύσαντα λαβὼν ἅμα κλάσματα πάντα,
Δώδεκα πληρώσει κοφίνους εἰς ἐλπίδα λαῶν.
Καὶ καλέσει ψυχὰς μακάρων, οἰκτρούς τ' ἀγαπήσει,
Οἳ καλὸν ἀντὶ κακοῦ χλευαζόμενοι πρήξουσι,
Τυπτόμενοι, μαστιζόμενοι, πενίην ποθέοντες.
Πάντα νοῶν καὶ πάντα βλέπων, καὶ πάντ' ἐπακούων,
Σπλάγχνα κατοπτεύσει καὶ γυμνώσει πρὸς ἔλεγχον.
Αὐτὸς γὰρ πάντων ἀκοὴ καὶ νοῦς καὶ ὅρασις,
Καὶ λόγος ὁ κτίζων μορφὰς, ᾧ πάνθ' ὑπακούει,
Καὶ νέκυας σώζων, πᾶσαν δὲ νόσον θεραπεύων.
Εἰς ἀνόμων χεῖρας καὶ ἀπίστων ὕστατον ἥξει,

264. M. λαβεῖν pro λαβών. Respexit huc Lactantius, quum ait, lib. IV, cap. 6 : « Et Sibylla σύμβουλον appellat. » Confer infra, v. 441, sqq. et interpp. ad Genes. cap. 1, v. 26.

267. Edd. cum A. B. χερσίν. R. L. M. χερσί, ut nos. Discedit a theologica veritate hic versus, dum hominis creationem inter duas sanctissimæ Trinitatis personas opere et tempore dividit ; sed cum poeta non est severe nimis agendum.

268. Pr. ἀνάσταμαι. R. L. ἀνάστημα. Cast. emendavit, favente M.

270. Ἀντίτυπον μίμημα lectum est lib. I, v. 33, sensu diversissimo ; εἰς Παρθένον ἁγνήν, ibid. v. 359.

271. M. βαπτίζειν pro φωτίζων, minus recte : confer supra, v. 247. Dein Cast. in marg. πρεσβυτάτων, male. Respicitur ad Johann. Evang. cap. 4, v. 2 : Καί τοι γε Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Nihil ergo manibus, sed cuncta verbo fecisse Jesus versu sequenti dicetur, πάντα λόγῳ πράσσων.

272. R. L. πᾶσαν νόσον. Lactantius hunc versum citans, lib. IV, cap. 15, πᾶσάν τε νόσον habet.

273. Edd. παύσει τε. A. R. L. M. παύσειε, ut nos. B. παύσεις, sine copula. Deinde R. στορέσεις δέ. L. στορέσειε δέ. A. B. cum edd. στορέσει δέ, ut nos. M. παύσει δέ, iterato male verbo.

274. Pr. et Cast. ut nos, nisi quod post εἰρήνῃ distinguunt. B. quoque et A. ut nos, sed sine distinctione. Ops. e conj. ποσὶν εἰρήνης, inepto sensu. M. μαινομένην ποσὶν, εἰρήνην ποτὶ δὲ κρατήσει, textu

Consiliis Nati nam quum Pater optimus orbem
Conderet, hæc olli prudens ait : En age, fili,
Humanam nostra fingamus imagine prolem,
Nunc egomet manibus, tu verbo deinde potenti,
Commune ut sit opus. Dicti memor ille paterni,
Descendet judex, formam mortalibus ægris
Consimilem portans, in sanctæ Virginis alvum.
Effundet sacram manibus senioribus undam ;
Ipse sed interea verbo mala cuncta levabit,
Pacabit verbo ventos, sternetque profundum
Sub pedibus, calcans maris iras pace fideque.
Panibus ille etiam quinis et pisce marino
Millia quinque hominum deserto pascet in agro,
Relliquiisque cibi collectis undique, senos
Bis cophinos implere dabit, spem gentibus almam.
Idem ad se sanctos homines, miserosque vocabit,
Solventes accepta bonis mala, verbere lætos,
Opprobrii cupidos et paupertatis amantes.
Idem cuncta sciens, auscultans cuncta vidensque,
Intima nudatis perscrutans ossa medullis ,
Mens inerit cunctis, auditus, visus, et illa
Quæ formas gignit ratio, cuique omnia parent.
Quum vitam dederit functis, ægrisque salutem,
In sævas aliquando manus ac lege carentes

corrupto, sed distinctione nostræ simili. De πίστει jam diximus ad v. 252.

275. Hic et sequentes tredecim versus, 275-288, in edd. et A. B. R. L. post versum qui nobis 295 relegati erant, quibus nos suum locum restituimus e fide præsertim codicis M, non omnes tamen, sed quatuor primos huc afferentis. Iidem quatuor, 275-278, paucis mutatis lecti sunt jam lib. I, v. 357, sqq. citanturque a Lactantio, lib. IV, cap. 15. Sed apud Lactantium : εἰν ἄρτοις ἅμα πέντε καὶ ἰχθύεσσι δύοισιν, propius ad evangelii fidem, quum habeant edd. et B. ἐξ ἄρτων et in fine ἰχθύος εἰναλίοιο (male Pr. ἰχθυαλιοῖο. B. ἰχθιαλίοιο) : A. ἐκ δ' ἄρτων et ἰχθαλίοιο, barbare : R. L. ἐκ δ' ἄρτων et ἰχθύων ἁλίοιο. Lactantiana lectio, etsi nobis placet, Sibyllinæ tamen cedere debuit.

277. R. L. περισσεύματα. Deinde Lact μετά, ubi edd. ἅμα. Codex M. καὶ τὰ περιττεύοντα λαβεῖν τότε κλ. π.

278. Lact. εἰς ἐλπίδα πολλῶν, ubi tamen in veteri membrana λαῶν legitur. Confer notam ad lib. I, v 359.

279. Ultima verba in edd. et codd. deerant : dedit codex M, ἐχθροὺς δ' ἀγαπήσει, sed ob sequentia reponendum fuit οἰκτροὺς. Confer supra, v. 257.

280. Deerat ultimum verbum : dedit codex M. Sed idem, οἳ κακὸν ἀντὶ κακοῦ, pessime

282. Pr. Cast. cum A. B. πάντα ἀκούων. Ops. cum R. L. παντὸς ἀκούων. Sed melius M. πάντ' ἐπακούων.

383. M. γυμνάσει.

287. B. εἰς ἀνόμων χεῖρας καὶ ἀπίστατον, reliquis omissis. Hic et tres seqq.

Καὶ δώσουσι θεῷ ῥαπίσματα χερσὶν ἀνάγνοις,
Καὶ στόμασι μιαροῖς ἐκπτύσματα φαρμακόεντα.
Δώσει δ' εἰς μάστιγας ἁπλῶς ἁγνὸν τότε νῶτον·
Αὐτὸς γὰρ κόσμῳ παραδώσει παρθένον ἁγνήν.
Καὶ κολαφιζόμενος σιγήσει, μήτις ἐπιγνῷ,
Τίς, τίνος ὢν, πόθεν ἦλθεν, ἵνα φθιμένοισι λαλήσει.
Καὶ στέφανον φορέσει τὸν ἀκάνθινον· ἐκ γὰρ ἀκανθῶν
Τὸ στέφος ἐκλεκτῶν ἁγίων αἰώνιον ἥξει.
Πλευρά τε νύξουσι καλάμῳ διὰ τὸν νόμον αὐτῶν·
Ἐκ καλάμων γὰρ σειομένων ὑπὸ πνεύματος ἄλλου
Προσκλίματα ψυχῆς ἐτράφη, ὀργῆς καὶ ἀμοιβῆς.
Ἀλλ' ὅτε ταῦτά γε πάντα τελειωθῇ, ἅπερ εἶπον,
Εἰς αὐτὸν τότε πᾶς λύεται νόμος, ὅστις ἀπ' ἀρχῆς
Δόγμασιν ἀνθρώπων ἐδόθη διὰ λαὸν ἀπειθῆ.
Ἐκπετάσει δὲ χέρας καὶ κόσμον ἅπαντα μετρήσει.
Εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν, καὶ πιεῖν ὄξος ἔδωκαν.
Τῆς ἀφιλοξενίης ταύτην τίσουσι τράπεζαν.
Ναοῦ τε σχισθῇ τὸ πέτασμα, καὶ ἤματι μέσσῳ
Νὺξ ἔσται σκοτόεσσα πελώριος ἐν τρισὶν ὥραις.
Οὐκέτι γὰρ ναῷ κρυφίῳ τε νόμῳ τε λατρεύειν,

versus hoc ordine citantur a Lactantio, lib. IV, cap. 18, qui tamen ὕστερον pro ὕστατον habet.

289. Hic et seqq. in edd. et codd. statim post v rsum 274 legebantur, ut diximus. Vulgata autem erat lectio : εἰς ἐκπτύσματα φαρμακόεντα παρειὰς αὐτοῦ (sic clauso versu) Δώσει κεἰς μάστιγας, et sic deinceps. Nobis visus est Lactantianus ordo textusque, non melior modo, sed unice verus : confer not. pr. et quæ supra observata sunt ad v. 275.

290. Edd. et R. L. δώσει κεἰς μάστιγας ἁπλώσει θ' ἁγνὸν νῶτον. Codex M. δώσει κ' εἰς μ. ἀναπλώσας τό τε νῶτον. Lactantius, ut nos : vide not. pr. Et sic legerat apud Lactantium vetus interpres qui ἁπλῶς *simpliciter* vertit, id quod ab Augustino etiam servatum est.

291. Cum παραδώσει supple ἑαυτόν, et de Christo ipso, non de Virgine matre hunc versum accipe, suspectum tamen, quum in codice M. desideretur.

292. Lactantius hunc et duo seqq. citat, lib. IV, cap 18.

293. R. L. τίς τίνος ὅς πόθεν ἦλθεν. M. τίς τίνος ἢ πόθεν. Lact. τίς λόγος ἢ πόθεν.

294. Pr. et Cast. cum A. R. L. φορέσῃ. Ops. cum Lactantio et B. φορέσει.

295. Respexit ad hunc versum Lactantius, lib. IV, cap. 26, mire profecto commentatus : « Corona, inquit, spinea « capiti ejus imposita, id declarabat fore « ut divinam sibi plebem de nocentibus « congregaret. Corona enim dicitur cir« cumstans in orbem populus. Nos au« tem qui ante cognitionem Dei fui« mus injusti, spinæ. »

296. R. L. πλευράν τε. M. πλευράς sine τε, ac deinde καλάμῃ. A. νήξουσιν. B. νύξουσιν, ubi ceteri omnes νύξουσι.

298. Edd. cum B. πρὸς κρίματα ψυχῆς ἐτράφη, et sic R. nisi quod ἐστράφη dedit. L. προσκρίματα, uno verbo, et ἐστράφη. A. πρὸς κλίματα ψυχῆς ἐτράφη, fere ut nos. Sunt nobis προσκλίματα, *animi propensiones*, sive *ad iram*, ὀργῆς, sive *ad ultionem*, ἀμοιβῆς quæ sæpe ex futilibus causis oriuntur, *ex arundine*

Incidet. Ora Dei colaphis ferientur, et illi
Sputa venenatis aspergent impia labris.
Ipse autem plagis dorsum præbebit inultus,
Virgineum mundo dignatus tradere corpus,
Osque silens colaphis, ne quis sciat unde, vel a quo,
Quisve sit, ad gelidos portans bona nuntia manes.
Intexent olli spinis diadema cruentis;
E spinis æterna manet nam laurea justos :
Et calamo fodient costas, formidine legis;
Namque graves animorum æstus, vindicta furorque,
Ut calami temere impulsi, plerumque moventur.
Quum vero fuerint gesta omnia, carmine quæ sunt
Dicta mihi, tum lex omnis solvetur in illo,
Apta rudi quondam fuerat quæ tradita genti.
Ipsi tum passis metanti cuncta lacertis,
Felle fames, acri sitis illudetur aceto :
Scilicet hanc apponet ei gens hospita mensam.
Scindetur templi velum, et, mirabile dictu!
Nox medium premet atra diem tres protinus horas.
Sic templum et legis tenebras, postquam arbiter ipse

vento mota. Hac arundinis metaphora usi sunt, sed alio sensu, sacri libri, præsertim Matth. cap. 11, v. 7; Luc. cap. 7, v. 24. Petivit autem poeta e voce κάλαμος in passione Christi usurpata, frigidam sane et inanem allegoriam.

299. Citavit hunc versum et sequentis partem Lactantius lib. IV, cap. 17, sic autem : ἀλλ' ὅτε ταῦτ' ἂν ἅπαντα, melius paulo quam in edd.

300. Lact. λύσεται, ubi tamen optimi ejus codd. λύεται. Edd. A. B. R. L. ut nos. M. textum pervertit ita : εἰς αὐτὸν τότε πῶς τε νόμος λύεταί τις ἀπ' ἀρχῆς.

301. M. ἀνθρώποις.

302. R. L. καὶ ἐκπετάσει χεῖρας. Lactantius hunc versum norat quem non græce quidem, sed latine retulit, libro IV, cap. 26, his verbis : « Extendit ergo « in passione manus suas, orbemque « dimensus est, ut jam tunc ostenderet « ab ortu solis usque ad occasum ma- « gnum populum ex omnibus linguis et « tribubus congregatum sub alas suas « esse venturum. » Nos hunc et duos sequentes melius collocandos putamus supra post v. 298.

303. B. εἰς δὲ βρῶμα, sine articulo. R. L. ἐπέδωκαν. Lactantius hunc et seq. versum citans, lib. IV, cap. 18, pro καί πιεῖν habet καὶ εἰς δίψαν, ubi legendum fortasse κεἰς δίψαν : sed αν in fine productum non minus offendit quam ι productum in πιεῖν. Melius ob metrum, etsi minus græce, legeretur καὶ πίνειν.

304. Edd. et codd. omnes, τῆς δὲ φιλοξενίης ταύτης, nisi quod M. ἀφιλοξενίης habet. Lactantius ἀφιλοξενίης et ταύτην, ut nos. Sed ille deinde δείξουσι, A. τίζουσι, ceteri omnes τίσουσι, ut nos : legendum fortasse θήσουσι.

305. Edd. ναοῦ σχισθῇ καταπέτασμα. B. ναοῦ σχισθῇ τὸ καταπ. R. L. ναοῦ τε σχισθῇ τὸ καταπ. M. ναοῦ τε σχισθῇ τὰ πετάσματα, omisso καί quod sequi debet. Lact. fere ut nos, ναοῦ δὲ σχισθῇ τὸ πέτασμα, in optimis tamen, non in omnibus codd.; nam vulgatum olim apud eum fuit σχισθήσεται πέτασμα.

307. R. κρυφίω νόμω τε. L. κρυφίω νό-

Φαντασίαις κόσμου κεκαλυμμένον, αὖθις ἐδείχθη,
Αὐθέντου καταβάντος ἐπὶ χθονὸς ἀενάοιο.
Ἥξει δ' εἰς ἀΐδην, ἀγγέλλων ἐλπίδα πᾶσι
Τοῖς ἁγίοις, τέλος αἰώνων καὶ ἔσχατον ἦμαρ,
Καὶ θανάτου μοῖραν τελέσει, τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας·
Καὶ τότ' ἀπὸ φθιμένων ἀναλύσας, εἰς φάος ἥξει,
Πρῶτος ἀναστάσεως κλητοῖς ἀρχὴν ὑποδείξας,
Ἀθανάτου πηγῆς [ἵνα] λουσάμενοι ὑδάτεσσι
Τὰς πρότερον κακίας, ἀναγεννηθέντες ἄνωθεν,
Μηκέτι δουλεύωσιν ἀθέσμοις ἤθεσι κόσμου.
Πρῶτα δὲ τοῖς ἰδίοις φανερὸς τότε Κύριος ὀφθῇ,
Σάρκινος, ὡς πάρος ἦν, χερσί τε ποσί τ' ἐπιδείξει
Τέσσαρα τοῖς ἰδίοις ἴχνη πηχθέντα μέλεσσιν,
Ἀντολίην τε, δύσιν τε, μεσημβρίην τε, καὶ ἄρκτον.
Τόσσαι γὰρ κόσμου βασιληΐδες ἐκτελέσουσι
Πρᾶξιν τὴν ἀθέμιστον ἐπίψογον εἰς τύπον ἡμῶν.
Χαῖρ', ἁγνὴ θύγατερ Σιὼν, καὶ πολλὰ παθοῦσα.
Αὐτός σου βασιλεὺς ἐπιβὰς ἐπὶ πῶλον ἐσάγει,
Πρᾶος πᾶσι φανεὶς, ἵνα τοι ζυγὸν, ὅνπερ ὑπῆμεν,
Δοῦλον, δυσβάστακτον, ἐπ' αὐχένι κείμενον ἄρῃ,

μω, sine τε. M. κοὐκέτι γὰρ νηῷ κρυφίω τε νόμω τε λατρεύσει. Nos vulgatam tuemur, quam et B. habet, redundante quidem altera post νόμῳ copula, sed non sine exemplis Sibyllinis.

308. M. κεκαλυμμένα. A. αὖτις.

311. Hunc versum edd. et codd. omiserant; dedit codex M. qui tamen αἰών pro αἰώνων exhibet; nos correximus.

312. Hic omnibus e codicibus abest, jam olim a Betuleio suppletus e Lactantio, qui ipsum ac duos seqq. citat lib. IV, cap. 19, in hunc modum: « Et ideo Si« bylla impositurum esse morti terminum dixit post bidui sommum : Καὶ θανάτου μοῖραν, κ. τ. λ. », ubi tamen Lactantius a vero sensu discedere videtur; non enim θανάτου μοῖραν τελέσει, idem est quod alibi in Sibyllinis μοῖραν καταλύσας.

313. Edd. et codd. ἀποφθιμένων uno verbo. Lact. ἀποφθιμένον. Nos correximus. Deinde pro ἀναλύσας, legitur in M. ἀνάστασις, pessime. Apud Lactantium fluctuat lectio inter ἀναλύσας, ἀναδύσας, ἀνακύψας, ἀναδείξας, variante etiam vetere interpretatione. Sed præstat ἀναλύσας, *regressus, redux*, sensu apud Sibyllam usitato.

314. M. θνητοῖς, ubi omnes κλητοῖς.

315. Edd. cum A.B. ἀπολουσάμενοι : R. L. sine sensu, ἀπολουσαμένη : vix melius M. ἀπολουσάμενος, ubi nos e conj. ἵνα λουσάμενοι, lecturi deinde versu sequenti cum plerisque edd. et codd. ἀναγεννηθέντες, non cum solo M. ἵνα γεννηθέντες. Simplex λουσάμενοι defenditur exemplo hujus ipsius libri, infra, v. 332 : Τοὺς προτέρους δ' ἀπόθου καὶ λοῦσον ἀφ' αἵματος αὐτοῦ, et lib. IV, v. 160 : Ἐν ποταμοῖς λούσασθε ὅλον δέμας ἀενάοισι.

316. Sic edd. et codd. ἀναγεννηθέντες. M. solus, ἵνα γ. ut lib. I, v. 340, loco hinc ducto; favetque quod γεννηθῆναι ἄνωθεν simplici verbo bis dictum invenias apud Joh. Evang. cap. 3, v. 3 et 7. Sed et ἀναγέννησις de baptismo propria est vox; et confer not. pr.

317. Edd. δουλεύουσιν. A. B. δουλεύσουσιν. M. δουλεύσωσιν. R. L. ut nos. Similem versum confer supra v. 262.

Venerit æternus, non amplius esse colendas,
Cæci homines subita mundi caligine discent.
Ille bonam sanctis spem portans omnibus, orcum
Deveniet, finem sæcli tempusque supremum
Proclamans; mortique luet fatale tributum,
Producto in triduum somno. Dein ipse relictis
Manibus ad lucem remeans, exempla vocatis
Prima resurgendi cunctis dabit, ut sua quisque
Abluti scelera et sacro jam fonte renati,
Moribus infandis mundi servire recusent.
Inde suis primum spectanda sodalibus ora,
Et carnem qualis fuit ante, manusque, pedesque,
Ostendetque impressa suis vestigia membris
Quattuor, occasus, ortus, boreamque, notumque:
Nam totidem mundi partes, tot regna cruentæ
Addixere neci nostrum exemplarque ducemque.
Salve, casta, Sion, et multum passa puella!
Ecce venit rex ipse, venit tibi, vectus asello,
Prodens se cunctis mitissimus, ut juga demat
Intoleranda, diu cervicibus indita nostris,

318. Edd. cum A. B. φαν. τότε κύριος ἔσται. R. L. φανερὸς κύριος ἔσται τότε. Sed melius M. ὀφθῇ, id est ὀφθῇ pro ὀφθήσεται, sicut supra v. 305, σχισθῇ lectum est pro σχισθήσεται.

320. Pro ἴχνη, R. L. ἴχνεσι. M. ἔθνη. Pr. et Cast. inversis verbis πηχθέντα ἴχνεσι μέλεσιν, ubi A. ἴχνεσσι μέλεσσιν, B. ἴχνεσιν μέλεσσιν. Correxit Ops

321. Edd. ἀντολίην δύσιν τε. R. L. ἀνατολίην τε δύσιν τε. A. B. ut nos. Deinde M. μεσημβρίην, ubi ceteri omnes μεσημβρίαν. Versus hic in Sibyllinis non semel occurrit.

322. Pr. et Cast. τοσσάδε γάρ. Ops. τοσσαῖδε γάρ, mendo fortasse typographico. R. τόσσα γάρ. L. τόσα γάρ. M. ut nos, τόσσαι γάρ, quod jam Opsopœo placuerat. Deinde Pr. et Cast. cum B. et M. ἐκτελέουσι. Ops. cum A. R. L. ἐκτελέσουσι.

323. Edd. A. B. R. L. ἀθέμιτον. M. ἀθέμιστον, ut nos. Sed M. in fine, ἕλκων pro ἡμῶν. Rectum est εἰς τύπον ἡμῶν, *adversus exemplar nostrum*, id est Christum. Sic lib. I, v. 380: Καὶ δείξῃ θνητοῖσι τύπον.

324. Edd. A. B. R. L. χαῖρε. M. χαῖρ', ut nos. Idem deinde pro Σιών, μέμνη habet sine sensu; neque enim facile intelligas, μέμνη seu μέμνησαι πολλὰ παθοῦσα. Videtur igitur μέμνη e mala lectione vocis ἁγνή profectum esse. Deinde καί omittunt omnes codd. in Pr. tamen et edd. vulgatum. Versus ipse et seqq. duo pæne ad verbum expressi sunt e Zachariæ cap. 9, v. 9, loco bis laudato in Evangeliis, Matth. cap. 21, v. 5; Johann. cap. 12, v. 15; unde huc illata sunt, quæ nunc legimus.

325. In fine R. L. εἰσάγει. M. εἰσάξει. Retinendum cum edd. et A. B. ἐσάγει, metro licet irascente: sic enim ἐπάγει producetur, lib. XIII, v. 5.

326. R. L. τοι non habent. M. omnia turbat: πραῢν πρᾶος ἕξει ἵνα τὸν ζυγὸν ἡμῶν δούλεων, et ad versum sequentem, δυσβάστακτον ἐπ' αὐχ. κ. — αἴρῃ.

327. Lactantius, lib. VII, cap. 18, hunc et sequentem citat, variante non-

Καὶ θεσμοὺς ἀθέους λύσῃ, δεσμούς τε βιαίους.
Αὐτόν σου γίνωσκε Θεὸν, Θεοῦ υἱὸν ἐόντα·
Αὐτὸν δοξάζουσα, καὶ ἐν στέρνοισιν ἔχουσα,
Ἐκ ψυχῆς ἀγάπα, καὶ τοὔνομα βάστασον αὐτοῦ·
Τοὺς προτέρους δ' ἀπόθου, καὶ λοῦσον ἀφ' αἵματος αὐτοῦ.
Οὐ γὰρ σοῖς ἐθίμοις ἱλάσκεται, οὔτε λιταῖσιν,
Οὐ θυσίαις προσέχει φθαρταῖς, ἄφθαρτος ὑπάρχων.
Ἀλλ' ἁγίου στόματος θυμῷ . . . .
Γνῶθι τίς ἔσθ' οὗτος, καὶ τὸν γενετῆρα τότ' ὄψει.

Χηρεύσει τότε πάντα χρόνῳ στοιχεῖα τὰ κόσμου,
Ἀὴρ, γαῖα, θάλασσα, φάος πυρὸς αἰθομένοιο·
Καὶ πόλος οὐράνιος, καὶ νὺξ, καὶ ἤματα πάντα,
Εἰς ἓν πῦρ ἥξουσι καὶ εἰς μορφὴν πανέρημον.
Ἄστρα γὰρ οὐρανόθεν φωστήρων πάντα πεσεῖται.
Κοὐκέτι δὴ πτήσονται ἐπ' ἀέρος εὔπτεροι ὄρνεις
Οὔτε βάσις γαίης· θῆρες γὰρ ἅπαντες ὀλοῦνται.
Κοὐκ ἀνδρῶν φωναὶ, οὐ θηρῶν, οὔτε πετεινῶν.
Κόσμος, ἄτακτος ἐὼν, οὐ χρήσιμον ἦχον ἀκούσει.
Ἠχήσει δὲ βαθὺς πόντος μέγαν ἦχον ἀπειλῆς·
Ζῶά τε νηκτὰ τρέμοντα θαλάσσης πάντα θανεῖται·
Καὶ ναῦς φόρτον ἔχουσ' ἐπὶ κύμασιν οὐκέτι πλεύσει.
Μυκήσει δὲ χθὼν αἱμασσομένη πολέμοισι.

nihil lectione præmissisque verbis duobus quæ in vulgata non apparent: Ἡμετέρας δουλείας, inquit, Ζυγὸν δυσϐ. ἐπ' αὐχ. κ. ἀρεῖ.

328. Edd. A. B. R. L. θεσμοὺς ἀθέσμους, ubi nos cum M. et Lactantio, θεσμοὺς ἀθέους. Deinde Lact. λύσει.

330. Pr. et Cast. cum B. ἔχοντα. Ops. cum A. ceterisque codd. ἔχουσα, lectionem jam olim a Castalione propositam.

332. Edd. et codd. λύσον vel λῦσον, præter M. qui λούσομαι αἵματος αὐτοῦ. Nos correximus.

333. Edd. cum A. B. οὐ γάρ σοι μύθοισιν ἱλ. R. L. οὐ γάρ σοι ἐθίμοις. M. οὐ γὰρ σαῖς οἰμαῖς, id quod etiam firmat lectionem R. L. codicum, eosdem prope literarum ductus exhibentem. Nec stare poterat οἰμαῖς, idem quod ὕμνοις, quum statim, v. 335, commendetur hymnorum cantus. Sed ἐθίμοις rectum est, si ad judaicos ritus referatur et ἔργα νόμου, quibus solis addicti Judæi sæpe in sacris libris reprehenduntur.

335. Versus omnino corruptus, sed in fine præsertim, ubi lacunam relinquere nobis placuit. Nam edd. ἀλλ' ἁγίου στόματος θυμῷ προφέροντες ἴασιν, quum A. B. R. L. ἴασι dent, utrumque sine sensu. M. longe aliter, ἀλλ' ὕμνον στομάτων ἁγίων τότε ἐκπροφέροντες, quod aliquatenus ferri posset si ἐκπροφέρουσα legeretur, sublata in fine versus majore distinctione. Non tamen apparet unde in vulgatam irruperit vox ἴασι vel ἴασιν, nisi forte olim in margine scriptum fuerat, χάριν, ut versus ita legeretur: Ἀλλ' ἁγίου στόματος θυμῷ χάριν ἐκπροφέρουσα, Γνῶθι τις ἔσθ', κ. τ. λ.

336. M. γνώσῃ, id est γνώσῃ, contra

Injustasque adimat leges, violentaque vincla.
Hunc agnosce tuum, natum de numine, numen;
Laudibus hunc ornans, et in imo pectore gestans,
Ex animoque colens, fer sanctum et amabile nomen.
Rejice nunc, ejusque in sanguine merge priores.
Non sacris tibi, non precibus placabitur ille;
Nec dona, æternus quum sit, mortalia curat:
Sed puris labiis, animoque.....
Noveris hunc recte; patrem sic denique cernes
  Tempore tunc fient vidua et vaga semina mundi;
Aer, terra, solumque, elementaque lucis et ignis,
Et cæli polus immensi, noctesque, diesque
Communem in flammam et faciem vertentur inanem.
Sidera namque cadent cælestibus omnia tectis,
Nec volucres plumis agiles per inane volabunt,
Et tellus cunctis animantibus orba jacebit.
Non homines edent vocem, volucresve, feræve,
Confususque sonos metuendos audiet orbis.
Immanem strepitum reddet maris unda minacis,
Et trepidi pisces morientur in æquore, nec jam
Pondere onusta sinum navis sulcabit aquarum.
Mugiet at tellus bellis lacerata cruentis,

metrum. Deinde edd. cum A. B. τίς ἐστ'. R. τίς ἐστιν. L. τίς ἐστις. Nos correximus. Ducta est sententia e Johann. Evang. cap. 14, v. 9: Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα.

337. R L. στοιχεῖα τὰ τοῦ κόσμου. Confer lib. II, v. 206, sqq. ubi hæc et multa sequentium, imo omnia pæne ad versum usque 359, totidem quasi literis expressa sunt. Ceterum hujus versus origo repetenda est e Petri epist. 2, cap. 3, v. 10: Στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται, et ibidem infra, v. 12: Στοιχεῖα καυσούμενα τήκεται. Verbum igitur χηρεύσει elementorum divortium ac solutionem indicat.

339. R. L. καὶ ἤματα πάντ' ἀπολεῖται.

340. Petrus. epist. 2, cap. 3, v. 7: Οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ.... τεθησαυρισμένοι εἰσὶ, πυρὶ τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως, idemque paulo infra, v. 10: Καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται.

341. Confer Matth. cap. 24, v. 29; Apocal. cap. 6, v. 13.

342. R. L. οὐκέτι πετήσονται, omisso δή. Legendum fortasse, οὐκέτι πωτήσονται.

343. Post γαίης, addit R. ἐστίν. L. ἐστί.

344. R. L. καὶ οὐχ, et in fine οὔτε πετεινῶν, ut nos. B. quoque πετεινῶν. Edd. πετηνῶν. A. non male, οὐ πετεεινῶν. Lact. VII, cap. 16: « Deficient et « in terra quadrupedes, et in aere volu« cres, et in mari pisces »

345. Edd. A. B. R. L. οἶκον, ubi Cast. recte conjecerat ἦχον. M. οὐ χρήσιμον ἦχος ἀκούει, qui et duos post hunc versus omittit.

346. A. invertit, πόντος βαθύς.

348. Confer supra, v. 236, sq.

Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ψυχαὶ βρύξουσιν ὀδοῦσι,
Τῶν ἀνόμων ψυχῶν ὀλολυγμοῖσί τε φόβῳ τε,
Τηκόμενοι λιμῷ, δίψῃ, λοιμῷ τε, φόνοις τε,
Καὶ καλέσουσι καλὸν τὸ θανεῖν, καὶ φεύξετ' ἀπ' αὐτῶν.
Οὐκέτι γὰρ θάνατός τ' αὐτοὺς, οὐ νὺξ ἀναπαύσει.
Πολλὰ δ' ἐρωτήσουσι Θεόν γε τὸν αἰὲν ἐόντα,
Καὶ τότ' ἀποστρέψει φανερῶς τὸ πρόσωπον ἀπ' αὐτῶν.
Ἑπτὰ γὰρ αἰώνων μετανοίας ἤματ' ἔδωκεν
Ἀνδράσι πλαζομένοις διὰ χειρὸς Παρθένου ἁγνῆς.
  Αὐτός μοι τάδε πάντα Θεὸς νόῳ ἐγκατέδειξε,
Καὶ δι' ἐμοῦ στόματος τὰ λελεγμένα πάντα τελέσσει.
Οἶδα ἐγὼ ψάμμων τ' ἀριθμοὺς, καὶ μέτρα θαλάσσης,
Οἶδα μυχοὺς γαίης, καὶ τάρταρον ἠερόεντα·
Καὶ μερόπων ὄντων τε, καὶ ἐσσομένων, νεκύων τε·
Οἶδ' ἀριθμοὺς ἄστρων, καὶ δένδρεα, καὶ πόσα φῦλα
Τετραπόδων, νηκτῶν τε, καὶ ὀρνίθων πετεεινῶν.
Αὐτὸς γὰρ μορφὰς ἀνδρῶν καὶ νοῦν ἐτύπωσα,

350. A. ὀδοῦσιν.

351. Legendum videtur ψυχαί. Deinde Pr. Cast. et codd. ὀλολυγμῷ τε, ubi Ops. e Cast. conj. ὀλολυγμοῖσί τε, metri causa, prope ut lib. I, v. 290, ὀμονύμφοισί τε. Desunt hic et seq. versus in M. codice.

352. Edd. cum A. B. τηκόμεναι δὲ λιμῷ. R. L. τηκόμενοι δίψει λιμῷ λοιμῷ τε φ. τ.

353. Apocal. cap. 9, v. 10 : Ζητήσουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν θάνατον, καὶ οὐχ εὑρήσουσιν αὐτόν· καὶ ἐπιθυμήσουσιν ἀποθανεῖν, καὶ φεύξεται ὁ θάνατος ἀπ' αὐτῶν. Porro non hunc modo versum, sed totum Sibyllæ locum, v. 350-356, habuit Lactantius ob oculos, quum scriberet, lib. VII, cap 16 : « Itaque trepidabunt « omnes, et ad luctuosum illum sonitum « contremiscent. Tum vero per iram « Dei adversus homines qui justitiam « non agnoverunt, sæviet ferrum, ignis, « fames, morbus, et super omnia metus « semper impendens. Tum orabunt « Deum, et non exaudiet; optabitur « mors, et non veniet. Ne nox quidem « requiem timori dabit, nec ad oculos « somnus accedet; sed animas homi- « num sollicitudo ac vigilia macerabit : « plorabunt et gement et dentibus stri- « dent; gratulabuntur mortuis, et vivos « plangent. »

354. M. θάνατος κείνους.

355. Pr. cum B. θεὸν γὰρ τόν. A θεὸν γάρ, sine τόν. R. L. γάρ et τόν omittunt. Nos Θεόν γε rescripsimus. Emendaverat Cast. e libro II, v. 310, μάτην Θεὸν ὑψιμέδοντα, recte, si per codices liceret.

357. Septem anni, non septem sæcula, intelligantur necesse est, quum finis rerum humanarum tanquam proximus ab illius ævi Christianis expectatus sit. Quum autem supra, v. 148, finis Romæ, a quo incepturum scimus Antichristi regnum, anno post Christum 194 assignatus fuerit, facile credas, si ab eadem manu profecta sint, scripta hæc esse circa annum 187, Commodi imperatoris sextum aut septimum.

358. R. L. πλαζομένοις σοι δ. χ. π. ἁ. unde suspiceris fuisse olim πλαζομένοισι, et in reliquis vocibus aliquid mutatum a recentiore interpolatore, ut beatæ Virginis mentio inferretur. Omnes tamen edd. et codd. in versus fine consentiunt. Eadem lecta erant lib. II, v. 312 sq.

359. Edd. et codd. in fine, θεὸς κρίνας κατέλεξε, præter A. qui plane ut nos.

Humanæque animæ frendebunt dentibus omnes,
Quum gens quæque fremet longo miseranda ululatu,
Esurieque fameque, lueque et strage prementur,
Et mortem optatam dicent, fugietque vocantes.
Nam neque tunc mortis requiem, neque noctis habebunt;
Multaque nequicquam supremi regis ad aurem
Clamabunt, quos ille palam aversabitur hostes.
Nam resipiscendi miseris, quos abstulit error,
Septem sæcla dedit, motus prece Virginis almæ.
Ipse mihi Deus hæc decreta novissima fatus,
Perficiet quæcumque mea sunt prodita voce.
Novi ego arenarum numeros, certamque profundi
Mensuram, terræque sinus, et tartara cæca;
Quot fuerint homines, quot sint, quot deinde futuri;
Astra polo quam multa micent, quot silva virescat
Frondibus, et quot sint pisces, volucresque, feræque.
Ipse etenim formas hominum mentesque creavi;

360. R. L. τὰ λεγόμενα. L. initio, καί non habet. In fine, Pr. et Cast. τελέσει : codd. τελέσσει, ut nos.

361. M. οἶδα κ' ἐγὼ ψαμμοῦ τ' ἀριθμόν : ceteri, ut nos. Hic versus ex oraculo Apollinis desumptus est, quod Crœso datum narrat Herodotus, lib. I, § 47, ed. Schw. Ut autem in oraculo Delphico, ita nunc in Sibyllinis, Deus ipse loquens inducitur, non Sibylla. Confer infra, not. ad v. 366.

362. Pr. Cast. cum A. B. μάχας γαίης. Ops. e Cast. conj. μυχούς, ut nos, faventibus L. M. et ipso R. qni μυχρούς habet.

363. Hic versus vel ante præcedentem vel post sequentem reponendus.

364. Pr. Cast. cum A. B. πόσα φῦλλα. Ops. πόσα φύλλα. R. L. ut nos.

365. Edd. cum B. πετεηνῶν. A. R. L. ut nos, πετεεινῶν.

366. Edd. cum B. ἐτύπωσεν. A. R. L. ἐτύπωσε. Sed M. ἐτύπωσα, ubi et quæ sequuntur pleraque prima persona efferuntur, ἔδωκα, ἐδίδαξα, σιγῶ, ξυνίημι, ἀκούω, κ. τ. λ. non, ut in ceteris, ἔδωκεν, ἐδίδαξεν, etc. ita ut non Sibylla de Deo, sed Deus ipse de se loquatur: confer supra, not. ad v. 361. Pares lectiones invenerat in exemplari suo Lactantius, uti non semel infra ostendemus : et illam fuisse antiquissimam textus Sibyllini formam nulli dubitamus, etsi vulgata adversatur, textu serius immutato, manentibus tamen quibusdam pristinæ scripturæ vestigiis, præsertim v. 378, 402, 427, ubi notas vide. Quum vero formam illam veterem de integro constituere jamdudum nobis ferret animus, obstaret tamen vulgatæ lectionis auctoritas et codicum editorumque consensus, solvit nos illa religione Ambrosianus Maii codex, quem libenter et fidenter sequimur. Damus ergo textum ex illius codicis fide eumdem prope quem antiqui patres legerunt : sed ne lector careat toto hujus loci conspectu qualis in prioribus edd. circumferebatur, præcipuam ejus partem hic addimus, versus nempe in quibus lectionis discrimen offendit maximum, jam inde ab eo qui nobis est 361 :

Οἶδα ἐγὼ ψαμμῶν τ' ἀριθμοὺς καὶ μέτρα θαλάσσης,
Οἶδα, κ. τ. λ.
Αὐτὸς γὰρ μορφὰς ἀνδρῶν καὶ νοῦν ἐτύπωσεν,
Καὶ λόγον ὀρθὸν ἔδωκεν, ἐπιστήμην τ' ἐδίδαξεν,

Καὶ λόγον ὀρθὸν ἔδωκα, ἐπιστήμην τ' ἐδίδαξα,
Ὀφθαλμοὺς ὁ πλάσας καὶ ὦτα, βλέπων καὶ ἀκούων,
Καὶ πᾶν ἐνθύμημα νοῶν, πάντων τε συνίστωρ
Αὐτὸς ἐὼν, σιγῶν καὶ ὕστερον αὐτὸς ἐλέγχων,
[Καὶ ἐκπράξων ὅσσα λαθών γε βροτῶν τις ἔπραξεν,
Ἐλθὼν καὶ ἐπὶ βῆμα Θεοῦ θνητοῖσι λαλήσων,]
Καὶ κωφοῦ ξυνίημι, καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω,
Καὶ πόσον ἐστὶ τὸ πᾶν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ὕψος,
Ἀρχὴν καὶ τέλος οἶδα, ὃς οὐρανὸν ἔκτισα καὶ γῆν.
[Πάντα γὰρ ἐξ αὐτοῦ, τὰ ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος οἶδα]·
Μοῦνος γὰρ Θεός εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς ἄλλος.
Εἰκόνα θεσπίζουσιν ἐμὴν, ληφθεῖσαν ἀφ' ὕλης,
Χειρί τε μορφώσαντες ἐπ' εἰδώλοισιν ἀναύδοις,

Ὀφθαλμοὺς ὁ πλάσας καὶ ὦτα, βλέπων καὶ ἀκούων,
Καὶ πᾶν ἐνθύμημα νοῶν, πάντων τε συνίστωρ
Αὐτὸς ἐὼν, σιγῶν, καὶ ὕστερον αὐτὸς ἐλέγχων,
Καὶ ἐκπράξων, κ. τ. λ.
Καὶ κωφοῦ ξυνιεὶς καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούων,
Καὶ πόσον ἐστὶ τὸ πᾶν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ὕψος,
Ἀρχὴν καὶ τέλος οἶδεν, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν.
Πάντα γὰρ ἐξ αὐτοῦ, τὰ ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος οἶδε.
Μοῦνος γὰρ Θεος ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς ἄλλος.
Εἰκόνα θεσπίζω θεῖαν, ληφθεῖσαν ἀφ' ὕλης,
Χερσί τε μορφώσας γε τεαῖς εἴδωλον ἄναυδον,
Δοξάζουσι λιταῖς, κ. τ. λ.
Καὶ λύχνους ἅπτουσι Θεῷ τῷ φῶτα διδόντι,
Χὼς διψῶντι Θεῷ θνητοὶ σπένδουσι τὸν οἶνον,
Εἰς οὐδὲν μεθύοντες κ. τ. λ.
Οὐ χρήζει θυσιῶν ἢ σπονδῶν ἡμετέρων τε,
Οὐ κνισσῆς μιαρᾶς, κ. τ. λ.
Αὐτὸς ὁδοὺς προέθηκε δύο ζωῆς θανάτου τε,
Καὶ γνώμῃ προέθηκ' ἀγαθὴν ζωὴν προελέσθαι·
Αὐτοῖς δ' εἰς θάνατον, κ. τ. λ.
Εἰκών ἐστ' ἄνθρωπος ἐμὴ, λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.
Τούτῳ θὲς σὺ καθαρὰν κ. τ. λ.
Σπεῖρον ἐπ' εὐσεβίῃ, ἵνα τοι Κύριος τάδε δώσει,
Καρποὺς ἀθανάτους καὶ φῶς αἰώνιον ἕξεις,
Καὶ ζωὴν ἀμάραντον, ὅταν πυρὶ πάντας ἐλέγξῃ.
Χωνεύσει γὰρ καὶ πάντ' εἰς καθαρὸν διατάξει,
Οὐρανὸν εἱλίξει, γαίης κευθμῶνας ἀνοίξει,
Καὶ τότ' ἀναστήσει νέκυας, μοῖραν καταλύσας,
Καὶ θανάτου κέντρον, καὶ ὕστερον εἰς κρίσιν ἥξει,
Κρίνων εὐσεβέων καὶ δυσσεβέων βίον ἀνδρῶν,
Καὶ κριὸν κριῷ, καὶ ποιμένα ποιμένι θήσει,
Καὶ μόσχον μόσχῳ, κ. τ. λ.
Καὶ δοκίμοις πιστοῖς τότε χωρήσουσιν ἅπαντες.
Οὐκέτι λοιπὸν ἔρις, κ. τ. λ.

Sed ut ab universis ad singula redeamus, notanda est in versu qui nunc agitur 366, dicendi forma μορφὰς ἀνδρῶν ἐτύπωσα, eadem prope quæ lib. III, v. 27, et fragm. II, v. 2.

367. Edd. et codd. ante Maium, ἔδωκεν, et in fine ἐδίδαξεν: confer not. pr.

368. M. καὶ ὦτα ἔχων καὶ ἀκούων.

369. B. νόων, accentu malo. Deinde edd. et codd. πάντων τε συνίστωρ, ubi M. καὶ πᾶσι ut nos.

370. M. αὐτὸς ἐγὼ σιγῶ καὶ ὕστερον αὐτὸς ἐλέγξω: confer not. ad v. 366.

371. R. L. καὶ ἐκ πράξεων ὅστις τε βροτῶν λαθών τι ἔπραξεν. Edd. καὶ ἐκπραξων,

Ipse animis rectæ adjeci rationis honorem
Doctrinæque facem; finxi qui lumina et aures,
Audio qui videoque, et cordibus abdita novi,
Quæque latere putant cæcis commissa sub umbris,
Ipse olim in lucem promam, pœnisque rependam,
Quum veniam solio ex alto jus rite daturus:
Qui muti vocem, tacitos qui intelligo sensus,
Et quantum tellus a cæli vertice distet,
Principium et finem novi: quippe omnia feci;
Omnia sunt ex me; nec prima, nec ultima fallunt.
Solus namque ego sum Deus ipse; nec est Deus alter.
Effigiem sedenim nostram celebrare videntur,
Materiam vilem, manuum simulacra suarum,

cetera ut nos. Hic et seq. in M. desiderantur, adeo crassa Minerva compositi, ut ætatem recentiorem arguant. Ducti autem videntur ambo ex uno supra lecto, v. 229, ab eoque additi qui totum hunc locum retractavit.

372. R. L. καί non habent. Pro θνητοῖσι, iidem θνητοῖς. Sed confer not. pr.

373. Edd. cum A. B. ξυνιείς, R. L. ξυνίων, et omnes in fine ἀκούων, præter M. qui totum versum prorsus ut nos: confer not. ad v. 366. Legitur hic quoque versus in oraculo apud Herodotum, statim post eum qui nobis est 361; legitur vero sic: Καὶ κωφοῦ συνίημι καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω, prope ut in M. codice. Sed Lucianus, de Salt. § 62, scriptores et grammatici bene multi, quum a Wesselingio ad Herodotum, tum a Walkenario ad Eranium Philonem recensiti, celeberrimum hoc Apollinis responsum proferentes, pro vulgata apud Herodotum lectione φωνεῦντος, Sibyllinam habent λαλέοντος, unde conjicias eos, cum iisque Sibyllistam, non ex Herodoto ipso responsum illud petiisse, sed ex aliqua oraculorum collectione, cujus modi plures antiquitus exstitisse minime dubium est: confer Fabricium, vol. I, p. 139, ed. Harl.

374. M. καὶ πῶς ἐστι.

375. B. εἶδεν, ubi edd. omnes cum A. R. L. οἶδεν. Solus M. οἶδα, recte: sed idem cum reliquis ἔκτισε, quod mireris; nam ἔκτισα scribere debuit, qui prius οἶδα: confer not. ad v. 366.

376. R. L. πάντα δ' ἐξ αὐτοῦ, ubi ceteri πάντα γὰρ ἐξ αὐτοῦ, et omnes in fine, οἶδε. Atqui facile nobis fuit οἶδα reponere; sed αὐτοῦ difficilius emendabitur, nisi ἐμέθεν legas, quod nimis a codicum scriptura discedit. Quum vero hic versus in M. codice desit, forsan, ut recentior, eradendus est.

377. Omnes θεός ἐστι, præter M. qui θεός εἰμι. Lactantius, lib. I, cap. 6, hunc versum citat, lectione in codicibus variante, nunc εἷς μόνος εἰμὶ θεός, nunc μόνος γὰρ vel μοῦνος γὰρ θεός εἰμι, prima tamen persona in omnibus constante, sicut in Maii codice: confer not. ad v. 366. Ceterum redit versus hic aut simillimus apud Sibyllam non semel, ut lib. III, v. 629, aliasque. Sub finem edd. et pars codicum οὐκ ἔστιν habent, ubi nos cum A. B. οὐκ ἔστι.

378. Edd. θεσπίζω θείαν. A. B. R. L. θεσπίζων θείαν. Volebat Cast. θεσπίζει, sine sensu. Fuit olim certe vera lectio, quam nos e codice M. edimus, εἰκόνα θεσπίζουσιν ἐμήν, quam quum mutare vellet, qui tertiam ubique personam primæ suffecit, θείαν scripsit, et metri causa θεσπίζουν e vulgari Græcorum recentiorum dialecto, unde doctiores alii θεσπίζων, ac deinde θεσπίζω refecerunt.

379. Pr. Cast. A. χερσί τε μορφώσας γε τεαῖς εἴδωλον ἄναυδον, ubi B. μορφώσας

Δοξάζουσι λιταῖς καὶ θρησκείαισιν ἀνάγνοις.
Τὸν κτίστην προλιπόντες, ἀσελγείαις ἐλάτρευσαν.
Πάντες δ' αὐτοῦ ἔχοντες ἀχρήσιμα δῶρα θύουσι,
Χὠς αὐτοῦ τιμὰς, τάδε χρήσιμα πάντα δοκοῦσι,
Θοίνῃ κνισσοῦντες, ὡς τοῖς ἰδίοις νεκύεσσιν.
Σάρκας γάρ τε καὶ ὄστεα μυελόεντα καίουσι,
Θύοντες βωμοῖς, καὶ δαίμοσιν αἷμα χέουσιν,
Καὶ λύχνους ἅπτουσιν ἐμοὶ τῷ φῶτα διδόντι,
Χὠς διψῶντι Θεῷ θνητοὶ σπένδουσι τὸν οἶνον,
Εἰς οὐδὲν μεθύοντες ἐπ' ἀχρήστοισι θεοῖσιν.
Οὐ χρῄζω θυσίης, οὐ σπονδῆς [ὑμετέρηφιν],
Οὐ κνίσσης μιαρῆς, οὐχ αἵματος ἐχθίστοιο.
Ταῦτα γὰρ, εἰς μνήμην βασιλήων ἠὲ τυράννων,
Δαίμοσι ποιήσουσι νεκροῖς, ὡς οὐρανίοισι,
Θρησκείαν ἄθεον καὶ ὀλέθριον ἐκτελέοντες·
Καὶ καλέουσι θεοὺς ἄθεοι τὰς εἰκόνας αὐτῶν,
Τὸν κτίστην προλιπόντες, ἀπ' αὐτῶν ἐλπίδα πᾶσαν
Καὶ ζωὴν νομίσαντες ἔχειν, κωφοὶ καὶ ἄναυδοι,
Εἰς τὸ κακὸν πιστοί· ἀγαθὸν [δὲ] ὅλως ἀγνοοῦσιν.
Αὐτὸς ὁδοὺς προέθηκα δύο, ζωῆς θανάτου τε,
Καὶ γνώμῃ προέθηκ' ἀγαθὴν ζωὴν προελέσθαι·

τέ γε τεαῖς, R. L. μορφώσαντα τεαῖς, quum potius scribendum esset μορφώσαντες ἑαῖς, nisi veram totius versus lectionem reddidisset codex M.

380. M. δοξάζουσι λίθοισι καί.

381. Confer supra, v. 263, et infra, v. 396.

382. M. πάντ' ἕνα φῶτες ἔχοντες ἀχρήστοις δῶρα διδοῦσιν, qui et quatuor sequentes versus omittit. Ceteri omnes edd. et codd. ut nos, verbis quidem subintricatis, e quibus tamen commodus sensus elicitur, qui in M. nullus est.

383. R. L. καὶ ὡς.

384. Volebat Cast. κνισσῶντες. In fine, edd. νεκύεσσιν, ubi A. nobiscum νεκύεσσι. Sed mira est codicis L. lectio, ὡς τοῖς ἰδίοις νεκύεσσι ποιοῦσι. Ceterum forma illa dicendi, τοῖς ἰδίοις νεκύεσσι, desumpta est e Matth. cap 8, v. 22 : Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. Confer infra, v. 393.

385. R. σάρκας τε καί. L. σάρκα τε καί. Melius constaret versus si legeretur, σάρκας γάρ τε καίουσι καὶ ὄστ. μ. Habuit totum hunc locum Lactantius ob oculos quum scriberet, lib. VI, cap. 2 : « Mactant igitur opimas ac pingues hostias « Deo, quasi esurienti, profundunt vina, « tanquam sitienti, accendunt lumina, « tanquam in tenebris agenti. » Adeo non statim pro spurio habendum est quidquid in codice M. desideratur.

387. Edd. et codd. ἠδὲ λύχνους ἅπτουσι Θεῷ τῷ φῶτα διδοῦντι. M. ut nos, nisi quod in fine διδοῦντι male scriptum exhibet, sed idem statim addit : Καὶ ὡς ἐμὰς τιμὰς τότε χρήσιμα πάντα δοκοῦντες, ubi versum agnoscis qui nobis est 383, supra, ut diximus, in codice M. omissum. Lampadum sive cereorum usus Ethnicis rursus exprobrabitur a Sibylla, infra, v. 489, sq. Damnari etiam vidimus a Lactantio, loco supra cit. : « Accen« dunt, inquit, lumina, tanquam in te« nebris agenti... Si cæleste lumen, quem

Quæ cultu insano libaminibusque profanis
Fœda, impura colunt, rerum genitore relicto,
Assiduique sacris incumbunt, donaque templis
Vana ferunt, quæ vera tamen sibi munera fingunt;
Sive dapes adolent, tanquam ad feralia busta;
Sive cremant carnes et plenis ossa medullis;
Et mactant aris, et manes sanguine pacant;
Accenduntque mihi lychnos, qui luminis auctor,
Et vini, tanquam sitienti, pocula libant,
Ebria gens, quæ sic divos sectatur inanes.
Non opus est libaminibus, non his mihi sacris,
Non nidore gravi, aut invisi sanguinis haustu.
Quippe tyrannorum regumque insania suasit,
Manibus infernis, ceu regna tenentibus orbis,
Impuras offerre preces atque impia sacra.
Ergo suos vultus, contempto auctore, deosque
Marmoreos venerantur, ab his pendere putantes
Spem vitamque suam, muti surdique, profanis
Addicti studiis, et ab omni lege remoti.
Ipse vias posui binas vitæque necisque,
Et rectam docui vitam præferre : sed illi

« dicimus solem, contemplari velint, jam « sentient quam non indigeat lucernis « eorum Deus, qui ipse in usum hominis « tam claram, tam candidam lucem de- « dit. » Hinc patet ante Lactantii tempora christianis in sacris cereorum lampadumve nullum fuisse usum, nisi ad pellendas noctis aut latomiarum tenebras. Sed invaluit post Constantinum mos, sine causa olim damnatus; idque ex Eusebio, Athanasio, Epiphanio ac plerisque illorum temporum auctoribus demonstrant interpp. ad hunc ipsum Lactantii locum.

388. R. L. καὶ ὡς.

389. M. ἐπ' ἀχρήστοις εἰδώλοισι.

390. Edd. et codd. οὐ χρήζει θυσιῶν, οὐ σπονδῶν ἡμετέρων τε, ubi Cast. ἡμετεράων conjiciebat. M. ut nos, nisi quod in fine ἡμετέρησιν habet, quod corrigendum fuit.

391. M. μιαρᾶς, quum idem passim ionicam formam præferat.

392. Edd. et codd. εἰς μανίας, præter M. qui εἰς μνήμην, ut nos, utrumque speciose.

393 Edd. cum A. B. δαίμοσι ποιοῦσι νεκρῶν ὡς οὐρανίδεσσι, ubi R. L. οὐρανίδαισι sine ὡς. Sed M. prorsus ut nos.

394. Edd. et codd. ἐκπονέοντες, præter M. qui ut nos.

395. Edd. et codd. λιθίνους, ubi M. ἄθεοι, sane melius.

397. M. ὡς ζωήν. Deinde R. L. ἐλπίσαντες, male, ubi ceteri nobiscum νομίσα

398. Sic fere M. qui tamen sine articulo et sine copula legit ἀγαθὸν ὅλως ἀγνοοῦσιν. At edd. cum A. B. longe aliter, τ' ἀγαθὸν δ' ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῶν, quod et R. L. exhibent, sed omissis τ' et δ'. Antiquior videtur codicis M. lectio, quam aliquis ut asperiorem mutavit.

399. Edd. et codd. προέθηκε, præter M. qui προέηκα (sic) : cf. not. ad v. 366.

400. R. L. προέθηκεν. Ceteri cum M

Αὐτοὶ δ' εἰς θάνατον καὶ πῦρ αἰώνιον [ἦξαν].
Εἰκών ἐστ' ἄνθρωπος ἐμὴ, λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.
Τούτῳ θὲς καθαρὰν σὺ ἀναίμακτόν τε τράπεζαν,
Πληρώσας ἀγαθῶν, καὶ δὸς πεινῶντι τὸν ἄρτον,
Καὶ διψῶντι ποτὸν, καὶ εἵματα σώματι γυμνῷ,
Ἐκ μόχθων ἰδίων πορίσας ἁγναῖς παλάμῃσι.
Θλιβόμενον κτῆσαι, καὶ τῷ κάμνοντι παράστα,
Καὶ ζῶσαν θυσίαν ταύτην τῷ ζῶντι πόριζε.
Σπεῖρον ἐπ' εὐσεβίῃ, ἵνα σοι κἀγὼ τάδε δώσω·
Καρποὺς ἀθανάτους, καὶ φῶς αἰώνιον ἕξεις,
Καὶ ζωὴν ἀμάραντον, ὅταν πυρὶ πάντας ἐλέγχω.
Χωνεύσω γὰρ ἅπαντα καὶ εἰς καθαρὸν διαλέξω,
Οὐρανὸν εἱλίξω, γαίης κευθμῶνας ἀνοίξω,
Καὶ τότ' ἀναστήσω νεκροὺς, μοῖραν καταλύσας
Καὶ θανάτου κέντρον, καὶ ὕστερον εἰς κρίσιν ἥξω,
Κρίνων εὐσεβέων καὶ δυσσεβέων βίον ἀνδρῶν,
Καὶ κριὸν κριῷ, καὶ ποιμένα ποιμένι θήσω,
Καὶ μόσχον μόσχῳ πέλας ἀλλήλων ἐς ἔλεγχον·
Οἵτινες ὑψώθησαν ἐλεγχόμενοι ὑπ' ἐλέγχων,
Καὶ στόμα παντὸς ἔφραξαν, ἵν' αὐτοὶ ζηλώσαντες
Τοὺς ὁσίως πράσσοντας ἴσως καταδουλώσωσι,

προέθηκ', ut nos. Sed M. γνώμην, ubi omnes γνώμῃ.

401. M. ἧψαν, ubi nos e conj. ἦξαν, verbum, ut jam sæpe notavimus, Sibyllistis gratum. Edd. vero et codd. plerique, alio sensu, αὐτοῖς δ' εἰς θάνατον καὶ πῦρ αἰῶσιν ἔῤῥιψεν, ubi codex B. ἔριψεν, Ops. e conj. ἔριψαν, et idem Ops. initio αὐτοί, quum Cast. αὐτός conjecisset. Quod si αὐτοὶ ἔριψαν legas, supplendum erit ἑαυτούς : sin αὐτὸς ἔριψεν, nempe αὐτὸς ὁ Θεός, supplendum τοὺς ἀνθρώπους. Proponi etiam posset αὐτοὺς ἔριψαν, id est more Sibyllino ἑαυτούς, nisi certior esset nostra lectio.

402. R. εἰκών ἐστι ἄνθρωπος ἡ μή. L. εἰκών ἐστιν ἄνθρ. εἰ μή. M. εἰκών ἐστ' ἀνθρώποις μή. B. prorsus cum edd. nobisque consentit : nec aliter Lactantius hunc versum citans, lib. II, cap. 11. Notandum vero male constitisse sibi interpolatorem, qui, quum primam personam in ceteris versibus mutavisset, in hoc intactam reliquit : cfr not. ad v. 366.

403. Pr. et Cast. cum B. τούτω θὲς σὺ καθ. καὶ ἀναίμ. τρ. R. L. τούτω θὲς καθ. καὶ ἀναίμ. σου τρ. M. τούτω θὲς καθ. καὶ ἀναίμ. τε τρ. Correxit Ops. e Cast. conj. καθαράν τε ubi nos καθαρὰν σύ : cetera ut nos. Mireris vocem ἀναίμακτον quæ Pythagoream doctrinam sapit de carnis abstinentia, nisi forte ad Therapeutarum mores referendum hoc est, quod notatu dignum, et confer nos in Exc. V.

404. M. καὶ δούς.

406. Phocyl. v. 142 : Ἐργάζευ, μόχθων ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύῃς.

407. M. κτίσαι et παρίστα. Nota κτῆσαι pro ἀνάκτησαι licenter positum.

408. M. καὶ ζωὴν θυσίαν ἐμοὶ τῷ ζ. π.

409. Pr. πεῖρον ἐπ' εὐσεβίῃ, ubi Cast. A. B. σπεῖρον, ut nos. R. L. σπεῖρον εὐσεβίην, male. M. corrupte, σπεῖρον νῦν ἐς ὕδωρ, et idem deinde, ut nos, ἵνα σοι

Sponte sua in mortem æternosque feruntur in ignes.
Effigies mea vivit homo, rationis alumnus.
Huic tu pone volens puram sine sanguine mensam
Confertamque bonis : hujus sedare memento
Pane famem, potuque sitim; tege corpus amictu;
Deque labore tuo partem largire benignam;
Oppressum recrea; fessum solare juvando :
Hæc a te detur viventi victima vivens.
Sparge pie semen; tibi largiar hanc ego messem,
Æternos fructus, æternaque lucis et ævi
Munera, quum fuerint omnes semel igne probati.
Namque repurgabo fornacibus omnia vivis,
Convolvam cælum, terræ interiora recludam,
Defunctosque homines, fati jam lege soluta,
Et fracto leti stimulo, prodire jubebo
In jus judiciumque, bonos simul atque malignos.
Ariete tunc aries, pastor pastore propinquo,
Cum vituloque astans vitulus, sibi quisque supremi
Judicis accipient legem. Lux illa superbos
Arguet, ora metu quondam præcludere justis
Qui voluere, lucri studio invidiaque maligna,

κἀγὼ τάδε δώσω, quum ceteri omnes ferant ἵνα σοι κύριος τάδε δώσει, vel ut Ops. et A. δώσῃ.

410. B. ἥξεις.

411. Edd. et codd. in fine, ἐλέγξῃ : confer nos ad v. 366.

412. Edd. et codd. χωνεύσει γὰρ καὶ πάντ' εἰς καθαρὸν διατάξει, ubi tantum R. L. πάντ' omittunt. Sed M. prorsus ut nos, nisi quod initio χωνεύων habet, ubi nos e conj. χωνεύσω. Confer parem versum, lib. II, v. 213, et III, v. 87.

413. Edd. et codd. εἰλίξει, ἀνοίξει. Sed M. ut nos, nec aliter Lactantius, hunc et tres seqq. versus citans, Div. Inst. lib. VII, cap. 20. Prius hemistichium jam lectum erat supra, v. 233.

414. Edd. et codd. ἀναστήσει νέκυας. M. ut nos, ἀναστήσω νεκρούς, et sic Lact. Sed in fine, M. et Lact. ἀναλύσας, ubi nos vulgatam retinemus.

415. In fine, edd. et codd. ἥξει. M. et Lact. ἄξω : nos correximus. Θανάτου κέντρον adduxit Paulus ad Corinth. ep. I, cap. 15, v. 55, sq. ex Osea propheta, cap. 13, v. 14, ubi tamen in græca, non in latina versione quærenda sunt hæc verba : maluit latinus interpres hebraïcis firmius adhærere.

416. M. κρίνω δ' εὐσεϐ. Ceteri cum Lactantio, κρίνων, ut nos.

417. A. R. L. et M. ποιμένι ποιμένα. Deinde omnes θήσει, præter M. qui θήσω, ut nos. Respicitur manifesto ad Matthæi locum, cap. 25, v. 32, sq. ubi tamen προϐάτων et ἐρίφων, non κριῶν aut μόσχων mentio fit.

418. M. πελάσας ἄλλους ἐς ἔλ.

419. M. ἐλεγχομένοις ἐπ' ἐλέγχω. Agitur de iis qui, per malam superbiam, christianæ prædicationi aures indociles præcluserint.

420. M. στόματα.

421. Edd. cum B. ὁσίους et καταδουλώσουσιν. A. R. L. M. ut nos. Confer supra, v. 32.

Σιγᾶν προστάσσοντες, ἐπειγόμενοι διὰ κέρδος·
Καὶ δόκιμοι παρ' ἐμοὶ τότε χωρήσουσιν ἅπαντες.
Οὐκέτι λοιπὸν ἐρεῖ λυπούμενος, Αὔριον ἔσται,
Οὐκ, Ἐχθὲς γέγονεν· οὐκ ἤματα μακρὰ μερίμνης,
Οὐκ ἔαρ, οὐχὶ θέρος, οὐ χειμὼν, οὐ μετόπωρον,
Οὐ δύσις, ἀντολίη· ποιήσω γὰρ μακρὸν ἦμαρ.
Εἰς δ' αἰῶνα τὸ φῶς μέγα καὶ πεποθημένον ἔσται
Χριστὸς Ἰησοῦς, αἰώνων . . . .

* * *

. . . .
Αὐτογένητος, ἄχραντος, ἀένναος, ἀΐδιός τε,
[Οὐράνιος], ἰσχύϊ μετρῶν πυρόεσσαν ἀϋτμὴν,
Καὶ πατάγου σκῆπτρον κατέχει σὺν ἀπηνέϊ πυρσῷ,
Πρηΰνει τε βαρυκτυπέων δουπήματα βροντῶν,
Γῆν κλονέων κατέχει ῥοιζήματα . . . . . .
Καὶ στεροπῶν μάστιγας ἀπαμβλύνει πυροφεγγεῖς,
Ὄμβρων δ' ἄσπετα χεύματα, [εἰαρινῆς] τε χαλάζης,
Κρυμαλέης νεφελῶν τε βολῆς, καὶ χείματος ὁρμῆς.

423. Edd. et codd. καὶ δοκίμοις πιστοῖς τότε χωρήσουσιν ἅπαντες, frigido ac vix sano sensu. Tantum B. χαρίσουσιν, ineptius multo. Sed M. prorsus ut nos, nisi quod ποτε habet, ubi nos cum vulgata τότε

424. Edd et codd. οὐκέτι λοιπὸν ἔρις, sine sensu. Nos emendavimus e libro II, v. 326. Deinde M. λυπουμένοις ἄρειον ἔσται.

425. Pr. cum A. B. et R. L. ἐχθρός pro ἐχθές : M. non melius ἔχθος. Cast. emendavit. Deinde Cast et Ops. minus recte, οὐχ ἤματα, ubi Pr. et codd. οὐκ ἤματα. Pro μακρά deinde quæ sana est lectio, Pr. et Cast. cum B. μικρά : M. πολλά habet, quod et legitur libro II, ubi hic versus et sequentium plures occurrunt, v. 327, sqq. non tamen sine aliquo scripturæ discrimine, et cum plurali genitivo μεριμνᾶν seu μεριμνῶν.

426. M. οὐκ ἔαρ, οὐ χειμών, οὔτε θέρος, οὐ μετ. Confer lib. II, v. 328, et III, v. 90.

427. R. L. οὐ δύσις ἀντολίης. Edd. A. B. M. ut nos. Confer lib. II, v. 330. Deinde Pr. et Cast. cum A. B. ποιήσω, notabile sane priscæ lectionis vestigium, quod tamen Ops. cum R. L. in ποιήσει mutavit, postulantibus quæ præcesserant. M. ποιήσω habet et habere debuit, sed idem versum male claudit sic : ποιήσω γὰρ πᾶν μακρὸν, et ἦμαρ ad sequentem versum rejicit.

428. Edd. A. B. R. L. εἰς αἰῶνα φωτὸς μεγάλου πεποθημένος ἔσται. Nos correximus, partim e conj. partim e codice M. sic habente : ἦμαρ εἰς δ' αἰῶνα τὸ φῶς πεποθημένον ἔσται. Sequentia in illo codice desunt.

429. Hoc hemistichium in edd. et codd. ad sequentia referri videtur, clauso sensu post v. 428, in quo cessavit codex M. Sed nos aliter sentire jubet, primum ipsa rerum series, quod sequentia manifesto de Patre, non de Filio sint accipienda; deinde Johannis testimonium, in Apocalypsi, cap. 21, v. 23 : Καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου ... ἡ γὰρ δόξα τοῦ θεοῦ ἐφώτισεν αὐτὴν, καὶ ὁ λύ-

Quo melius possent miseros urgere tacentes.
Sed justi intrabunt mea tunc in regna recepti.
Jam nec erit quisquam, tristi qui pectore dicat :
Cras erit, aut transivit heri. Non ulla trahetur
Mæsta dies : non ver, æstas, autumnus, hiemsve,
Non occasus erit, non ortus : namque parabo
Ipse diem sine fine, et lux in sæcula fiet
Christus Jesus sæclorum.......

* * *

....
Omnipotens, ex se genitus, sine fine modoque,
Cælestis, purus, qui temperat ignea nutu
Flamina, sceptra tenet qui fulminis atque fragoris,
Includitque cavis horrenda tonitrua nimbis,
Et terram quatit alternis sedatque trementem,
Obtundit rapidi flammatos fulguris ictus,
Torrentes pluvias ac vernæ grandinis imbres
Et nivium jactus cohibet, brumæque rigorem.

χνος αὐτῆς τὸ ἀρνίον. Itaque post hemistichium, non ante, majorem nos lacunam et fortasse libri novi principium indicandum duximus : confer not. sq.

430. Edd. A. B. ἀγέννητος, contra metrum et auctoris mentem, theologo fortasse aliquo emendante. R. L. αὐτογένητος, ut nos. Confer not. ad Proœm. v. 17. Poeticum quiddam, nec poeticum modo, sed lyricum sapit hic locus, exordium potius mystici alicujus hymni, quam pars Sibyllini carminis, ut merito dubites, utrum ingens lacuna subsit, an novum carmen hinc incipiat. Et sane commode carmen aperiretur, si vel unus versus præfigeretur, qui nobis inter fragmenta primus occurret : Κλῦτε δέ μου, μέροπες, βασιλεὺς αἰώνιος ἄρχει : sed alius potius in eamdem sententiam ; nam hunc locum et quæ sequuntur ad libri finem, videtur ignorasse Lactantius, quum ex iis nihil afferat, qui tot ex hoc libro testimonia protulit. Confer nos ad fragm. 1, et Exc. V.

431. Pro οὐράνιος habent Pr. et codd. οὐρανοῦχος, sed in fine versus prioris, aut inter hunc et priorem versum, non hujus initio, quo referendam eam vocem primus sensit Castalio. Metrum tamen claudicabat : itaque Cast. οὐράνιος in margine proposuit, quam conjecturam satis probabilem recepit Ops.; nos Opsopœum secuti sumus. Vide an sit οὐράνοχος legendum, ut γαιήοχος, ἀστύοχος et similia. Deinde Pr. με*ετρῶν. Cast. μέτρων, et in margine : « fortasse μετρῶν. » Ops. cum codd. μετρῶν. Media in ἰσχύϊ male producitur.

432. Pr. et Cast. cum A. B. πάταγον. Ops. cum R. L. πατάγου.

433. Pr. et Cast. cum A. B. πραΰνει τε βαρυκτυπέα. Ops. cum R. L. ut nos.

434. B. οἰζήματα, an pro οἰδήματα? In fine supple δεινὰ θαλάσσης, seu quid tale.

435. Edd. et A. B. κἀστεροπῶν. R. L. καὶ ἀστεροπῶν. Nos correximus.

436. Edd. cum A. B. χεύματα, ἠρακινῆς δέ, sine sensu. R. L. χεύματ' ἐρικινῆς δέ. Correximus nos e conj.

437. Pr. Cast. A. B. νεφελῶν βουλῆς. R. L. νεφελέων τε βουλῆς. Correxit Ops.

Αὐτοὶ μὲν γὰρ ἕκαστα νόῳ διατεκμαίρονται,
Ὅσσα περ αὐτῷ σοι δοκέει, πρήσσειν τ' ἐπινεύεις,
Σῷ παιδὶ πρὸ κτίσεως πάσης στέρνοισι πεφυκὼς
Σύμβουλος, πλάστης μερόπων, κριτής τε βίοιο.
Ὃν πρώτῃ στόματος γλυκερῇ προσφθέγξαο φωνῇ,
Ποιήσωμεν [ἰδοὺ] πανομοΐιον ἀνέρα μορφῇ
Ἡμετέρῃ, καὶ δῶμεν ἔχειν ζωαρκέα πνοιήν·
Ὧ, θνητῷ περ ἐόντι, τὰ κοσμικὰ πάντα λατρεύσει,
Καὶ χοϊκῷ πλασθέντι τὰ πάνθ' ὑποτάξομεν αὐτῷ·
Ταῦτα δ' ἔφησθα Λόγῳ· τῇ σῇ φρενὶ πάντα δ' ἐτύχθη·
Πάντα δ' ὁμοῦ στοιχεῖα κελεύσματι πείθετο τῷ σῷ,
Καὶ κτίσις ἀΐδιος συνετάσσετο πλάσματι θνητῷ,
Οὐρανὸς, ἀὴρ, πῦρ, χθών τε, καὶ χεῦμα θαλάσσης,
Ἠέλιος, μήνη, χορὸς ἄστρων, οὔρεά τ' . . . . .,
Ἦμάρ τ' εὐφρόνη, ὕπνος, ἔγερσις, πνεῦμα καὶ ὁρμὴ,
Ψυχὴ καὶ σύνεσις, τέχνη, φωνή τε καὶ ἀλκὴ,
Ζώων τ' ἄγρια φῦλα τὰ νηκτῶν καὶ πετεεινῶν,
Πεζῶν τ', ἀμφιβίων τε, καὶ ἑρπετέων, διφυῶν τε·
Πάντα γὰρ αὐτός σοι συνετάσσετο σῇ ὑπ' ἀγωγῇ.
Ὑστατίοις δὲ χρόνοις χθόν' ἀμείψατο, καὶ βραχὺς ἐλθὼν
Παρθένου ἐκ Μαρίας λαγόνων ἀνέτειλε νέον φῶς,
Οὐρανόθεν δὲ μολὼν βροτέην ἐνεδύσατο μορφήν.
Πρῶτα μὲν οὖν Γαβριὴλ σθεναρὸν δέμας ἁγνὸν ἐδείχθη·
Δεύτερα καὶ κούρην αὐτάγγελος ἔννεπε φωνῇ,
Δέξαι ἀχράντοισι Θεὸν σοῖς, παρθένε, κόλποις.

438. R. L. αὐτοὶ γὰρ ἕκαστα. B. αὐτοὶ μετὰ γὰρ ἕκαστα. Edd. ut nos. Et αὐτοί grammatice quidem ad ὄμβροι refertur, logice vero ad omnia quæ præcesserunt, nisi malis legere αὐτῶν γὰρ τὰ ἕκαστα. Finguntur omnes rerum naturæ partes tanquam attenta mente speculari quid Deus velit.

440. Edd. et codd. στέρνοις ἴσοισι πεφ. Nos correximus.

441. Confer supra, v. 264. Pro κριτής merito reponas κτίστης.

442. Edd. et R. L. προσφθέγξατο. B. προυφθέγξατο. Nos correximus.

443. Initio metrum laborabat; omnes enim pro ἰδοὺ legebant ἴδιον : nos correximus.

447. R. L. ταῦτα γὰρ ἔφης λόγω.

448. Edd. A B. πείθεται τῷ σῷ. R. L. πείθεται σῶ. Castalionis conj. secuti sumus.

449. In R. L. vox ἀΐδιος suppressa fuit, pio nimirum studio, ne materiæ æterna affingeretur natura. Habent vero edd. et A. B. Deinde A. B. συντάσσετο.

450. Edd. χθὼν, γῆ καὶ χ. θ. R. L. χθὼν γῆ χεῦμα θ. Nos correximus.

451. Edd. A. B. οὔρεα τ' ἦμαρ, et ad alteram lineam εὐφρόνη, ὕπνος, κ. τ. λ. R. L. οὔρεα τ' εὐφρόνη, et ad lineam, ἡμέρη, ὕπνος, κ. τ. λ. Claudicabat utroque modo sequens versus. Nos, sensu ducente, lacunam in prioris fine maluimus agnoscere, facile supplendam, si

Singula nam secum reputant, quid mente volutes,
Quid jubeas, Natum unanimem res ante creatas
Consiliis adhibens, patrioque amplexus amore,
Sive creas orbem, seu partes judicis imples.
Ad quem tu primo sic es sermone locutus:
En hominem, fili, proprium condamus, et ori
Consimilem nostro, vitæque addamus honorem;
Cui vel mortali, et terræ spatia ima tenenti,
Cuncta per immensum servire jubebimus orbem.
Hæc ubi tu Verbo fatus, simul omnia menti
Consona facta tuæ: parent elementa jubenti,
Mortalique operi aptatur natura perennis,
Cælum, aer, ignis, tellus, pontique fluenta,
Sol, luna, astrorumque chorus, montesque supini,
Noxque, diesque, sopor, vigilantia, vita, voluntas,
Mens, intellectus, vis atque ars, spiritus et vox,
Et brutæ species volucrum simul, atque natantum,
Quadrupedumque, et reptilium, vitæque biformes:
Omnia quippe tuos ad nutus ipse paravit.
Temporibus demum extremis, tellure supremum
Mutavit cælum, Mariæque ex virginis alvo
Effulsit nova lux, humanæ carnis in umbra.
Ac primum Gabriel casto sese induit ore
Nuntius, affaturque pio sermone puellam:
Accipe, virgo, Deum gremio intemerata pudico.

legas vel οὔρεα μακρά, vel simile quid.

452. Deerant initio verba duo ἦμάρ τ', huc a nobis adducta e prioris versus fine: confer not. pr.

454. Edd. et pars codicum, πετεηνῶν. A. πετεεινῶν.

455. R. L. ἑρπετῶν. Edd. cum A. B. ἑρπετέων, ut nos.

456. Edd. et codd. συντάσσεο σῇ ὑπ' ἀναγωγῇ, præter A. qui, pæne ut nos, συντάσσετο σῇ ὑπαγωγῇ, haud dubio sensu de Filio, etsi magis conveniret activa vox συνέτασσε. Augmentum verbo non addidissemus, nisi supra quoque lectum esset συνετάσσετο.

457. Edd. et codd. χθόνα ἠμείψατο, et post hæc verba lacunam omnes indicant quæ nulla est, rejectis male ad versum sequentem tribus vocibus, καὶ βρ. ἐλθών. Confer not. seq.

458. Edd. et A. B. καὶ βραχὺς ἐλθὼν παρθένου ἐκ Μαρίας λαγόνων τε, sic finito sensu versuque: nec aliter R. L. nisi quod L. λαγώνων sine τε, R. autem, inverso ordine, ἐκ λαγώνων μαρίας habet. Deinde omnes ad versum sequentem rejiciunt ἐξανέτειλε νέον φῶς, lacuna in fine indicata. Totum nos locum refecimus.

460. A. in fine δείχθη pro ἐδείχθη.

461. R. L. ἀρχάγγελος ἐνεπεφώνει.

462. R. τέξη, id est τέξῃ, frigide sane. L. τέξει pro eodem. Edd. et A. B. δέξαι, ut nos. Laborat versus, producta male ultima in δέξαι, vel syllaba una circa

Ὣς εἰπὼν, ἔμπνευσε Θεὸς χάριν· ἡ δ' ἀεικούρη,
(Τὴν ἄρα τάρβος ὁμοῦ, θάμβος θ' ἕλεν εἰσαΐουσαν),
Στῆ δ' ἄρ' ὑποτρομέουσα· νόος δέ οἱ ἐπτοίητο,
Παλλομένης κραδίης ὑπ' ἀγνώστοισιν ἀκουαῖς.
Αὖθις δ' εὐφράνθη καὶ ἰάνθη κέαρ αὐδῇ,
Κουρίδιον δ' ἐγέλασσε, νέην δ' ἐρύθηνε παρειὴν,
Χάρματι τερπομένη, καὶ θελγομένη φρένας αἰδοῖ.
Καί οἱ θάρσος ἐπῆλθεν· Ἔπος δ' εἰσέπτατο νηδύν·
Σαρκωθὲν δὲ χρόνῳ, καὶ γαστέρι ζωογονηθὲν,
Ἐπλάσθη βροτέην ἰδέην, καὶ κοῦρος ἐτύχθη
Παρθενικοῖς τοκετοῖς. Τόδε γὰρ μέγα θαῦμα βροτοῖσιν.
Ἀλλ' οὐδὲν μέγα θαῦμα Θεῷ πατρὶ καὶ Θεῷ υἱῷ.
Τικτόμενον δὲ βρέφος ποτεδέξατο γηθοσύνη χθών.
Οὐράνιος δ' ἐγέλασσε θρόνος, καὶ ἀγάλλετο κόσμος.
Καινοφανὴς δὲ μάγοισι σεβάσθη θέσφατος ἀστήρ·
Σπαργνωθὲν δὲ βρέφος δείχθη θεοπειθέσι φάτνῃ,
Καὶ Λόγου ἡ Βηθλεὲμ πατρὶς θεόκλητος ἐλέχθη
Βουτελάταις τε καὶ αἰγονόμοις καὶ ποιμέσιν ἀρνῶν.
. . . .

* * * *

. . . .
Ἐν κραδίῃ τε ταπεινοφρονεῖν, πικρά τ' ἔργματα μισεῖν·
Καὶ πάντως ἀγαπᾶν τὸν πλησίον, ὥσπερ ἑαυτόν·
Καὶ Θεὸν ἐκ ψυχῆς φιλέειν, αὐτῷ δὲ λατρεύειν.
Τοὔνεκ' ἄρ' ἡμεῖς, [ἐξ] ὁσίης Χριστοῖο γενέθλης

cæsuram deficiente : sed confer nos de metrica Sibyllina.

463. R. L. ἐπένευσε pro ἔμπνευσε. Deinde edd. et codd. ἡ δ' αἰεὶ κούρη; nos correximus : est enim ἀεικούρη idem quod ἀειπάρθενος, correpta ει diphthongo sicut nonnunquam in Sibyllinis, et favente æolismo bene noto ἀΐ pro ἀεί.

464. Pr. θάμβος θ' εἶλεν ἐξιοῦσαν. A. B. θ. θ' εἶλεν ἐς ἰοῦσαν, nisi quod A. ἐσιοῦσαν non dividit. R L. θ. θ' ἕλεν ἰοῦσαν. Cast. et Ops. e conj. θάμβος θ' ἕλεν ἐξαΐουσαν. Nos εἰσαΐουσαν prætulimus, vulgatius quippe et propius ad B.

465. Edd. cum B. νέος, ubi nos cum A. νόος. R. L. νεὼς, et in fine ἐπτόητο.

466. R. L. ἀγνώστησιν, id est ἀγνώστησιν. Laborat in medio versus, haud raro apud Sibyllistas vitio : confer supra v. 462, et Exc. de metr. Sibyll.

467. A. αὖτις pro αὖθις. R. L. ἐφράσθη pro εὐφράνθη.

468. Edd. et codd. ἐγέλασσεν, ἑὴν δ'. Elegantius sane nos.

469. Pr. et Cast. cum A. B. τερπομένην et θελγομένην. Correxit Ops. faventibus R. L. Deinde edd. et A. B. φρένα αἰδοῖ. R. L. φρένας αἰδοῦς. Nos correximus.

470. B. θάρσον, et in fine εἰσέπτατον ἠδήν.

472. R. L. ἐτέχθη.

475. Edd. et codd. post βρέφος distin-

Sic ait : ast illam cælestis gratia molli
Ambiit afflatu. Stetit obstupefacta tremensque
Semper virgo, novis animum perculsa loquelis,
Sensit et insolito trepidantia pectora motu.
Mox ubi jucundæ recreata est murmure vocis,
Virgineum risit ; gratus puerilia tinxit
Ora rubor, dulcique accepit mista pudore
Gaudia : tum castæ fiducia reddita menti,
Inclusumque utero Verbum est, et tempore carnem
Induit, humanæ similem ; dein exstitit infans
Virgineo partu : mirum! sed credere dignum,
Patre Deo, nascente Deo. Vix natus; et ecce
Lætitia tellus, cælumque exsultat et orbis.
Inde magi stellam ignotam coluere, recentem
Ornatum cæli ; visusque fidelibus infans
Fasciola vinctus, vili in præsepe recumbens,
Et Bethleem sancti monstrata est patria Verbi
Caprarum atque avium custodibus atque bubulcis.
. . . .

★ ★ ★ ★

. . . .
Vivere corde humili, fraudes odisse malignas,
Et tam cognatos homines quam semet amare ;
Diligere ex animo Numen, sancteque vereri.
Idcirco Christi sacra de gente creati

guunt. Legunt deinde edd. ποτὶ δ' ἔφθατο, R. L. ποτὶ δ' ἔπτατο, utrumque sine sensu. Nos correximus. Videtur autem poeta, dum terram fingit exsultantem, imprudens forsitan, accessisse ad Theognidem de Apolline nascente hæc canentem, v. 9-10 : Ἐγέλασσε δὲ γαῖα πελώρη, κ. τ. λ.

476. B. οὐρανίοις.

478. Pr. et Cast. σπεργανωθείς. A. B. σπαργανωθείς. Ops. cum R. L. σπαργανωθέν. Versus ægrotabat, quem e conj. correximus.

479. R. L. καὶ λόγου βηθλεέμ, sine articulo. Scribendum fortasse ἡ Βηθλέμ.

481. Edd. et A. B. ταπεινόφροσιν πικρὰ τέρματα. R. L. ταπεινόφροσι, ac deinde τόρματα. Nos correximus. Ante hunc versum Pr. et Cast. cum codd. nullam lacunæ notam habebant : primus Ops. indicavit. Quæ sequuntur præcepta, valde affinia sunt iis quæ libro II, v. 56-149, Phocylidea legimus. Hic tamen non Sibyllæ, sed suopte nomine loquentes inducuntur Christiani : confer infra, v. 484, sqq. et quæ disserentur in Excursu de Sibyllinis.

482. Edd. et codd. πάντων, ubi nos πάντως, monente jam olim Castalione.

484. Edd. cum A. B. καὶ ὁσίης. R. L. ἡμεῖς τε καὶ ὁσίοιο χρ. γ. Nos correximus.

Οὐρανίης πεφυῶτες, ἐπικλεόμεσθα σύναιμοι,
Μνηστὺν εὐφροσύνης ἐπὶ θρησκείῃσιν ἔχοντες.
Οὐδέποτε πρὸς νεῶν ἀδύτοις ἐώμεσθα πελάζειν,
Οὐ ξοάνοις σπένδειν, οὔτ' εὐχωλῇσι γεραίρειν,
Οὐδ' ὀδμαῖς ἀνθῶν πολυτερπέσιν, οὐδὲ μὲν αὐγαῖς
Λαμπτήρων, ἀτὰρ οὐδ' ἄρα τοὺς ἀναθήμασι κοσμεῖν,
Οὐ λιβάνου ἀτμοῖσιν ἀνιεῖσι φλόγα βωμῶν,
Οὐδ' ἐπὶ ταυροθύτοις [μηλοσφαγίας μετὰ λώβης
Λυθροχαρεῖς] πέμπειν, χθονίας αἰνίγματα ποινῆς,
Οὐδ' ἀπὸ σαρκοβόροιο πυρῆς κνισσώδεϊ καπνῷ
Καὶ μιαραῖς πνοιῇσι μιαίνειν αἰθέρος αὐγήν.
Ἀλλ' ἁγναῖς πραπίδεσσι γεγηθότες εὔφρονι θυμῷ,
Ἀφνείαις τ' ἀγάπῃσι, καὶ εὐδώροις παλάμῃσι,
Μειλιχίοις ψαλμοῖσι, θεοπρεπέεσσί τε μολπαῖς
Ἄφθιτον ἐξυμνεῖν σε καὶ ἄψευστον κελόμεσθα,
Παγγενετῆρα Θεὸν, πινυτόφρονα . . . . . .
. . . .

486. Edd. cum A. μνηστὴν εὐφρ. ἐπὶ θρησκείην κατέχοντες. B. item, sed ἐπιθρησκείην, indivise. R. L. ut nos, nisi quod μνηστὴν habent. Correximus nos. In μνηστὺν, Sibyllina licentia υ productum est. Post hunc versum, librum claudunt Pr. et Cast. addito elogio : Δόξα τῷ ἁγίῳ Θεῷ τῷ δόντι τέλος τῶν Σιβυλλιακῶν χρησμῶν. B. brevius, τέλος τῶν σιβ. χρησμῶν. A. etiam in hunc versum desinit. Sequentes versus ab Opsopœo e codice R. allati sunt, legendi quoque in L. vix ulla scripturæ varietate, nec ullo lacunæ signo inter hunc et proximum versum.

487. R. L. οὐδέποτε πρὸς νηῶν, ubi vel νεῶν scribendum nobiscum fuit, vel πρὸς delendum, metri causa. Deinde simili crasi contrahendum εω in ἐώμεσθα, nisi sit κελόμεσθα legendum, ut infra, v. 499, seu tale quid.

488. R. L. ξοάνοισι.

489. R. L. οὐδὲ μὴν αὐγαῖς.

490. R. L. αὐτὰρ οὐδ' ἄρα τούς, non τοῖς, quod perperam edidit Ops.

491. R. L. ἀτμίῃσιν ἀνεθεῖσι φλόγα βωμόν, ubi Ops. e conj. ἀτμοῖσιν et ἀνιεῖσιν, dissimulata codicum scriptura Nos in fine βωμῶν, e conj. etsi βωμοῖς magis placeret.

Dicimur, et dulci gaudemus nomine fratrum,
Lætitiæ memorem servantes relligionem.
Nec nobis templorum adytis accedere fas est,
Nec statuis libare precesve offerre caducas,
Spargere nec flores varios, accendere ceras
Lucentes, altis suspendere dona columnis,
Nec calidos aris imponere turis honores,
Nec super immani taurorum strage bidentes
Innocuas stygiæ mactare piacula pœnæ,
Nec busto ardenti pingues emittere fumos
Ad cælum, et fœdis vitiare vaporibus auras.
Sed castis animis et puro pectore sanctæ
Semper amicitiæ leges implere benignas,
Dulcibus et psalmis, et, quos Deus audiat, hymnis,
Te, Deus, æternum ac verum celebrare jubemur,
Auctorem rerum, sapientem.....
. . . .

492. R. L. μηλόσφαγα αἵματος λώβης. Correxit Ops. e conj. Videndum an alicui magis placeat μηλοσφάγου αἵματα λώβης.

493. Edd. et codd. λυτροχαρεῖς, sed melius videtur λυθροχαρεῖς, quod non ad victimas, sed ad immolantes referendum : sic lib. III, v. 36 : Αἶ γένος αἱμοχαρές. Nec vox λύθρον Sibyllistis inusitata : confer lib. V, v. 32. Deinde χθονίης magis placeret quam χθονίας.

494. R. L. οὐδ' ἀποσκοβόροιο πύρνης, ubi vel legit, vel certe scripsit Ops. ἀπὸ ὀσχοβόροιο πύρης. Sed ut sæpe σκός pro σαρκός in manuscriptis, ita manifeste σκοβόροιο pro σαρκοβόροιο scriptum est, quod reposuimus.

495. R. L. πνοαῖσι.

496. Ops. cum R. L. γεγηθότας. Nos correximus.

500. Versus hic mutilus librum claudit qui in quibusdam codd. primus, in edd. octavus et ultimus fertur, et fortasse nonum quoque ac decimum includit. Hic ergo finis fuit Sibyllinorum carminum, antequam e codicum nondum exploratorum caligine libros XI, XII, XIII, XIV eruisset doctissimi et sagacissimi Maii felix diligentia.

ΤΩΝ ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ

ΧΡΗΣΜΩΝ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

I.

Κλῦτε δέ μου, μέροπες, βασιλεὺς αἰώνιος ἄρχει.

II.

Ὃς μόνος ἐστὶ Θεὸς κτίστης ἀκράτητος ὑπάρχων·
Αὐτὸς δ' ἐστήριξε τύπον μορφῆς μερόπων τε,
Αὐτὸς ἔμιξε φύσιν πάντων γενεῆς βιότοιο.

III.

. . . . Ὁππότ' ἂν ἔλθῃ,
Πῦρ ἔσται σκότος ἐν τῇ μέσσῃ νυκτὶ μελαίνῃ.

I. Legitur, ut Sibyllinus, hic versus apud Lactantium, lib. VII, cap. 24, nec tamen in libris hodie cognitis invenitur. Haberet, ut diximus, locum satis convenientem libro VIII, ante v. 430, nisi ea pars libri octavi videretur incognita fuisse Lactantio. Melius hunc Bleekius ad Prooemium retulit, quod et Lactantio sæpe fuisse ob oculos et totum in unius Dei professione versari novimus. Locus ergo fuerit ei forsitan in lacuna post versum Prooemii 35 observata; et statim ei subjici potest fragmentum sequens, ut ambo continuentur.

II. Afferuntur hi tres a Lactantio, lib. II, cap. 12. Exstat secundus in Sibyllinis lib. III, v. 27, sed aliter stipatus, et cum aliqua scripturæ varietate, ibi enim legitur: αὐτὸς ὅς ἐστήριξε τύπον μορφὴν μερόπων τε, vel ut in Pr. editum erat: αὐτὸς ὅς ἐστήριξε μορφὴν τύπον μερόπων τε. Apud Lactantium non variat lectio, nisi quod codices quidam αὐτὸς δὲ στήριξε habent. Sed in excerptis Lactantianis quæ apud codices plerosque Sibyllinos primo libro præmittuntur (cf. nos ad præfat. p. 11, n. 13), totius fragmenti tenor alius fuit, sic: Ὃς μόνος ἐστὶ Θεὸς κτίστης, ἀκράτητος ὑπάρχων, Αὐτὸς στήριξεν μορφῆς τε τύπον, μερόπων τε Αὐγὰς μῖξε (lege μίξε), φύσιν πάντων γενεῆς βιότοιο, ubi Castalio secundum

SIBYLLINORUM

ORACULORUM

FRAGMENTA.

I.

Discite, mortales, rex imperat unus in ævum.

II.

Qui solus Deus est pater omnipotensque creator,
Ipse hominum statuit formam, quæ certa maneret,
Naturamque omnem viventum miscuit ipse.

III.

. . . . quum venerit olim,
Ignis erunt tenebræ media in caligine noctis.

versum audacius refecit ita legens : αὐτὸς στήριξεν μερόπων μορφήν τε τύπον τε. Nobis non est dubium quin servanda sit et in hoc versu Lactantiana lectio, et in sequenti αὐτὸς ἔμιξε φύσιν, arguente scholio quod e Betuleii codice ad finem præfationis addidimus, ubi cfr. annotata.

III. Locus verbis subintricatus, quem de secundo Christi adventu sic interpretatur Lactantius, lib. VII, cap. 19 : « Tunc, inquit, aperietur cælum medium intempesta et tenebrosa nocte, ut « in orbe toto lumen descendentis Dei, « tanquam fulgur, appareat, quod Si- « bylla his versibus locuta est : Ὁππότ' « ἂν ἔλθῃ, κ. τ. λ. » In Lactantii codicibus lectio non variat; solus codex Armamentarii Parisiensis antiquissimus in secundo versu articulum τῇ omisit, librarii culpa, ut videtur. Sed dura est in eo versu syntaxis, et numeri præfracti atque horridi limam vocant. Textus, si sanus est, ita videtur intelligendus : πῦρ ἔσται σκότος, *tenebræ ignis fient*, id est, *nox in subitam lucem vertetur*. Confer, ut sensu disparem, ita forma similem versum, lib. I, v. 375 : Νὺξ ἔσται σκοτόεσσα πελώριος ἤματι μέσσῳ, et lib IV, v. 56 : Νὺξ ἔσται σκοτόεσσα μέσῃ ἐνὶ ἤματος ὥρῃ.

ERRATA IN TEXTU.

Præf. Anonym.—Pag. 4, lin. ult., lege ἡ.—p. 12, lin. ult., lege omnino ὑπουράνιον: sic enim Bet. in nota falso citatus; et paulo post: ἐδημιούργησεν.

Lib. I, v. 58, lege ἱδρώοντες.—v. 77, lege φωτῶν.—v. 110, l. ὁπλότατον.—v. 147, l. ὧς.—v. 227, l. ἀνέμων.—v. 237, l. ἀήρ.—v. 338, l. ἀτραποὺς:—v. 350, l. ἐκλεκτοῖς.

Lib. II, v. 79, l. Ἱδρῶσι.—v. 83, l. μετάδος.—v. 109 et 131, l. μήδ'—v. 144, l. μηδὲ.—v. 152, l. ἔστησεν.—v. 203, l. ὀδοῦσι.—v. 258, l. δόλιοί.—v. 260, l. ἄνομοί.—v. 275, l. θρέπτρα, et sic in nota.—v. 276, l. αὐτὰρ, et notam muta.—v. 281, l. ζώνην.—v. 294, l. ἐνιποιήσωνται.—v. 296, l. ἀμφικατέρξει.

Lib. III, v. 7, l. κέλεταί.—v. 61, l. ἀγορεύσω.—v. 92, in fine post γένηται sensum claude.—v. 154, l. ἔστ'.—v. 166, l. Ὅσσαι.—v. 196, post λέξαι minorem distinctionem adhibe.—v. 283, l. ἐπέκρανεν.—v. 316, l. Ῥομφαία γάρ (τοι) διελεύσεται ἀμμέσα σεῖο, et notam muta.—v. 367, l. γαληνός.—v. 423, l. αὐτὸν, cum codd.—v. 507, l. δι' αἰῶνος.—v. 565, l. ὁλοκαρπώσασα.—v. 603, l. ἴδ'.—v. 626, l. ἑκατοντάδας.—v. 636, l. δυνάσται.—v. 795, l. μάλ'.—v. 798, l. πρὸς:—v. 800, l. Καί οἱ.

Lib. IV, v. 109, l. ποτε, sine accentu.

Lib. V, v. 9, l. ὅς θ' ἕξει.—v. 79, l. ἅ γε.—v. 80, l. παλάμαις.—v. 125, l. μηχανάαται, et punctum dele—v. 156, l. Ποσειδῶνι.—v. 193, l. Αἰθιόπων.—v. 320, l. Τρίπολίς.—v. 326, l. Ἵλαθι.—v. 332. l. Ἱμείρω.—v. 341, l. Ἰταλίη.—v. 377, l. ὕδωρ.—v. 381, l. Κοὐκέτι.—v. 419, l. ἦν.—v. 421, l. νεῶν.—v. 425, l. Ὥστε.—v. 431, l. Ὕστατος.—v. 508, l. Ὥστ'.—v. 527, l. Ὦρτο.

Lib. VI, v. 14, l. λυγρά.

Lib. VII, v. 69, l. πνεύματι.—v. 85, l. τίς.—v. 91. l. ἔκτοτε.—v. 120, l. μαινόμενον.—V. 121, l. Ὅσσον.—v. 134, l. ῥινά.—v. 150, l. ὅστε.

Lib. VIII, v. 39, l. ὅλην.—v. 57, l. ἅπαντα.—v. 94, l. ἥξει.—v. 96, l. ὅθεν.—v. 106, l. παλάμαις.—v. 148, l. ὀκτὼ.—v. 151, l. Οἴ μοι.—v. 171, l. οἰκτρὴν.

EXPLICIT PRIUS VOLUMEN.

